
Explicationes



Psalmorum



Hunc librum dedit dominus Wilhelmus
Carthelangen Canon. Ecclesiae Olomucensis fratribus Carthusianis ...



Cum omnes prophetas spiritu sancto docente
constet esse locutos. tamen per quasdam
ymagines rerum. aut per visiones. aut per
sompnia prophetabant. David vero
eximius propheta quodam digniori
modo per instinctum spiritus sancti sine
exteriori amminiculo prophetavit. Unde
et propterea liber iste dicitur liber soliloquiorum. Communiter autem ab
instrumento musico psalterium appellatur per similitudinem.
Quia sicut illud instrumentum de superioribus sonat ad tactum
manuum. sic iste liber docet bene operari. non propter terrena. sed
propter eterna. In prima igitur huius operis parte describit virum ius-
tum. scilicet Christum immunem ab omni malo. et hoc in primo versu.
In secundo vero dicit eum plenum omni bono. deinde alios utile
insequenti. Ad hoc autem ut ostendat eum liberum ab omni malo
utitur comparatione veteris ade. Quia non valet melius ostendi
excellentia unius. nisi alterius vilitas ad medium deducatur.
Adam enim triplici modo deliquit. voluntate videlicet opere et verbo
quod notatur in eo quod dicitur. abiit. stetit et sedit. Abiit per volun- vel consuetudinem
tatem. Stetit per operacionem. Sedit per malam doctrinam. Quia
abiit in consilio impiorum peccavit in deum. quia stetit in via pec-
catorum peccavit in se. quia sedit in cathedra pestilentie pec-
cavit in proximum. per malum exemplum et doctrinam. Infelix
et miser homo primus hiis modis peccavit. Sed secundus est
Beatus vir. quia firmus inter adversa et prospera. qui non pes 1°
abiit. abeo in regione dissimilitudinis. in consilio impiorum
pede prave voluntatis. Quia secundum Augustinum. pes anime amor ad affectus
est. qui si rectus est. caritas est. si tortuus cupiditas est.
et in via peccatorum mundane conversationis. vel prave operationis
non stetit. figendo pedem consensus. et in cathedra pestile-
tie non sedit. id est perniciosam doctrinam non docuit. sed salu-
brem. Quia prava ut cancer serpit. et illud corrumpunt
bonos mores colloquia prava. Vel non sedit in cathedra
pestilentie. id est noluit regnum terrenum. a cuius ambitione vix aliquis
vel pauci liberi sunt. quia omnes fere habent concupiscentiam

vel qui non sedet per obstinationem incorrigibilitatis; et hec sessio dicitur cathedra pestilentie qui sunt pestilentes habitatores et plures inficit sic obstinatus inficit et plures [illegible]

[illegible] vel in [illegible] vel et [illegible] est

dānandi. Et hic est mons pestifer de quo Jere. quinquagesimo primo:
qui corrumpit vniuersam terram. Notandum quod multiplex est
cathedra pestilentie. Prima erroris que est hereticorum. Secunda
ostentationis que est amatorum. tertia ambitionis que est
ypocritarum. quarta cupiditatis que est simoniacorum. Sed quia
non valde laudabile est fugere vituperanda nisi sequantur
laudanda. Vnde et dicit. Sed in lege domini. tamquam filius et
liber non sub lege tamquam seruus qui obedit ex timore. vo-
luntas eius. vt ostendatur quia non cum tedio sed cum amore
seruiebat. et non ad horam. sed meditabitur die ac nocte.
id est assidue. vel in prosperitate et aduersitate. Et hec medi-
tatio legis vocatur iugis custodia sanctitatis. Et erit tamquam
lignum. Hic tamquam non notat similitudinem sed veritatem. Osten-
ditur nobis vtilis vita christi a similitudine ligni vite in medio
paradisi. quia qui gustauit digne ex eo viuet in eternum.
quod plantatum est per incarnationem. secus decursus aquarum.
id est secundum operationem spiritus sancti. qui in eum plenissime descen-
dit. et ideo ponit decursus. vt plenitudinem notet. Vel
secus decursus aquarum. id est iuxta fluxibilitatem generis
humani. quod dilabitur sicut aqua. quia generatio aduenit.
et generatio preterit. quod fructum suum dabit in tempore suo. id est
redemptionem faciet. et spiritum sanctum mittet. et ecclesias constitu-
et. et eas fructiferas faciet. tempore suo. id est tempore gratie.
Et folium eius predicationis non defluet. id est non erit irritum
et omnia quecumque faciet prosperabuntur. scilicet et verborum folia. et fruc-
tus operum vtilia erunt. ad salutem fidelium. Iuxta illud ysa.
Verbum meum non reuertetur ad me vacuum. sed prosperabitur ad quecumque
misi illud. Non sic impii non sic. quasi dicat. beatus in omnibus
prosperatur. sed non sic iniqui. sed tamquam puluis. id est qui sunt
sicut pulueres aridi. steriles. diuisi in se. Instabiles. viles.
conculcati. et cibus serpentis. que proicit ventus superbie
tamquam paleam. vt fit in area triturandum. quia granum non
tollitur sed palea. a facie terre. id est a perpetua stabilitatis
eterne. que dicitur terra viuentium. Et quia sunt sicut puluis
Ideo non resurgunt impii in iudicio. quia dati sunt in reprobum sensum

Impii sunt maxime mali vt sunt infideles ydolatre apostate. qui iam iudicati sunt et non iudicabuntur

propterea non resurgunt in iudicio / ut saltem iudicent. neque peccatores in consilio iustorum. id est non erunt assessores dei in iudicio. Quatuor enim ordines erunt in iudicio / quidam enim iudicabunt et non iudicabuntur ut perfecti sancti. Alii nec iudicabunt nec iudicabuntur / ut infideles quia iam iudicati sunt. Alii iudicabuntur et saluabuntur. ut mediocriter boni. Alii iudicabuntur et dampnabuntur ut mediocriter mali. Vel sic. Non resurgunt impii in iudicio. in presenti ut se iudicarent ne iudicarentur in futuro. Iuxta illud. Si nos metipsos diiudicaremus et cetera. Quoniam nouit dominus. id est approbat. viam iustorum. id est vitam de quibus prius. vias que a dextris sunt nouit dominus / et iter impiorum peribit / quia dicetur eis Non noui vos. Discedite a me omnes operarii iniquitatis. et tunc peribunt omnes male voluntates eorum.

Quam hic opprimunt in iudicio ille iudicabit suos oppressores h. g.

Vel perfecte mali christiani

Quare fremuerunt gentes. Proprie fremitus est ferarum non hominum. Dicit igitur quare. id est sine causa sine ratione / fremuerunt gentes. id est romani milites crucifixores et populi id est iudei. meditati sunt inania. i. falsa in scripturis / ut de futuro messia. ac de morte christi. ut hoc. Ecce mundus totus post ipsum abiit / quia non impleuerunt ut opus extinguerent / quia occisus viuit et totus mundus sequitur eum. Astiterunt reges terre / i. herodes ascalonita pueros propter christum extinguendo / et herodes antipas christum illudendo et spernendo / et herodes agrippa petrum incarcerando et Iacobum occidendo / et principes iudeorum et pontifices conuenerunt in unum. i. in unam prauam voluntatem. Stulta presumptio regum terre contra regem celi / colligentes consilium / quomodo ihesum morti traderent. Aduersus dominum patrem / et aduersus christum eius. i. filium eius. Qui non honorificat filium. non honorificat patrem qui misit illum. Disrumpamus vincula eorum. Hec vox est eorum qui refugiunt disciplinam fidei christiane. q.d. principes et reges conuenerunt in unum dicentes. Disrumpamus vincula. i. rationes vinculantes sensualitatem / eorum. i. christi et discipulorum eius / et proiciamus a nobis iugum ipsorum. i. legem eorum quam nobis imponere volunt. Qui habitat in celis. i. dominus habitans in celis

29

sanctis et angelis. irridebit eos .i. irridendos ostendet sanctis
suis. et dominus subsannabit eos .i. sub sannandos iudicabit. quod
idem est. vel irridebit .i. dignos irrisione reddet in futuro. pro eo
quod noluerunt assumere suaue iugum domini et leue. et dominus
subsannabit eos. perpetua confusione in futuro. Iuxta illud. Et
ridebo cum vobis quod timebatis aduenerit. Tunc .i. in iudicio
loquetur ad eos. qui modo tacere videtur. in ira sua. et in furore
suo conturbabit eos .i. virtute iusticie. qua iuste iudicat ut puni
antur peccatores. quia ira et furor non sunt in deo. quia scriptum
est. Tu autem domine cum tranquillitate magna iudicas. et dis
ponis vniuersa. sed ira sua dicitur qua punit peccata. Ego autem con
stitutus sum. quasi dicat illi turbabuntur. sed ego cuius vincula volebant
abicere. constitutus sum. non intrusus. sed firmiter statutus. Iuxta
illud. potestas eius potestas [eterna] que non minuetur. rex. non tirannus. rex
etiam legittimus. ab eo. scilicet patre. non a me ipso. quia nemo
assumit sibi honorem et cetera. super syon. id est ecclesiam primitiuam
montem. ecclesia dicitur mons. propter radiorum fidei susceptionem. et
eleuationem virtutum. et propter fundamenti firmitatem. pre
dicans preceptum eius .i. legem euangelicam. in qua nouum manda
tum de dilectione mutua. et etiam inimicorum predicatur. Et ideo
Dominus. pater. dixit .i. promittendo disposuit. filius meus naturalis
non adoptiuus es tu. et non alius. ego hodie .i. in die eter
nitatis genui te. preteriti verbum ingit cum aduerbio presentis temporis
quia deo omnia sunt presencia. postula a me .i. obedi paciendo
et moriendo. vt possis postulare. hoc enim pertinet ad suscep
tionem humanitatis. que pro salute mea facta est. secundum quam inter
pellat pro nobis passam humanitatem pro nobis patri ostendendo
et dabo tibi. postulationem tuam exaudiendo. gentes. non
solum iudeos. Iuxta illud. Ecce gentes quas nesciebas vo
cabis et cetera. Et illud. populus quem non cognoui seruiuit mihi et cetera.
hereditatem tuam .i. dabo tibi gentes quas excolas. vt propriam here
ditatem. et dabo tibi possessionem tuam. quibus pleno iure do
mineris terminos terre. non tantum particulam mundi sed totam ter
ram. Iuxta illud. Et dominabitur a mari vsque ad mare. et a flumine
vsque ad terminos orbis terrarum. Reges eos. quos dedi tibi

Non dicere patris pluribus modis accipitur. scilicet pro dispone. pro facere. pro signere. pro promittere

non opprimes. sicut terram. Reges eius in virga ferrea. i. in in
flexibili iusticia. vel regia ptate bonos. ne mutent regendo
et tamquam vas figuli confringes eos scilicet malos qui nichil soli
dum in se habentes destruuntur, irrevocabiliter per eternam damp
nationem. Et nunc o vos reges spuales qui contrito luto regitis
vos et vra. qui iudicatis terram. i. dampnatis terrena mala in vo
bis et in aliis intelligite per vos. et si per vos non potestis eru
dimini per alios. vel de tpalibus regibus intelligendo dicatur
O vos reges. i. rectores mundi. a deo constituti intelligite statum
et vocatione vram. quia quanto pluribus prestis. tanto in maiori
piculo versamini. Et ideo erudimini qui iudicatis terram. ne sitis ceci
ductores. et claudi pcursores. et muti precones. quia durissimum
iudicium hiis qui presunt fiet. Servite dno. qui non sunt pre
care In timore. quia qui stat videat ne cadat. ne vero servitus
misera videatur. addit et exultate ei. quia timor dni non est
miserie sed gaudii. et ne sit negligens exultatio vel temeraria
subdit cum tremore. qui enim timet deum nichil negligit.
Apphendite disciplinam. i. correctionem morum causa si fugiat. nequando
scilicet in morte. vel in iudicio generali. irascatur dns. non affectu
turbati animi. sed effectu vindicte inflicte. et pereatis de via
iusta. i. a xpo. quia est via veritas et vita. vel de opatione bona
a qua deficere est magna pena. hiis qui dulcedinem iusticie gus
taverunt. Cum exarserit, q. d. apphendite disciplinam. dum tempus
est miserendi. Modo enim non ardet ira dei. quia castigat ut
pater. sed in futuro ardebit, quia nichil paciencie erit quando dicet.
Ite maledicti in ignem. et tunc erit ardens furor dni. ad pu
niendum. in brevi. i. in morte. vel in die iudicii. quod erit post
breve tempus. et breviter expedietur. quia in momento in ictu oculi
et cetera. ira eius. i. effectus vindicte in peccatores. Beati erunt. omnes
tam minores quam maiores. qui confidunt in illo. i. illi qui inve
ti fuerint habuisse fidem in corde. et confessionem in ore. usque
ad mortem. Quia qui pseveraverit usque in finem salvus erit.
Domine quid multiplicati sunt. psalmus iste agit de tradi 39
tione xpi. aut de tribulatione ecclesie oppsse a tyrannis. aut
de anima fideli impugnata a viciis. primo attribuitur xpo passo

Regnum. h. dubitatio non est s[...] pphetae. sed s[...] eos. qui cum dubitatione cogitant dei naturam. Vel Regnum dicitur ppter paciencias dei. quia ihc sedo diu sustinet. Impio illud de paciens redditor est.

et iuxta fidem [...] in ope.

scilicet marchione Pictorpio et suis.

et resurgenti. et hoc signatur in illa historia ubi dicitur quod david
fugit a facie absolon. et dicit sic. o. domine pater quoniam es dominus
universorum. quid. i. qua de causa. cum ego sim sine culpa mul-
tiplicati sunt. quia numerus persecutorum auctus est de numero discipulorum
multi insurgunt. quia stultorum infinitus est numerus. adversum me. oppri-
mendum. Multi dicunt. eudent insidiantes anime mee. non est
salus ipsi in deo eius. i. vana est spes de deo. quam predicat. Nisi
enim desperaret resurrecturum, nec iudas traderet illum, nec iudei
crucifigerent. et est sensus. deus non salvat illum, nec est
filius dei. Tu autem domine susceptor meus es. i. mee humanitatis per
gratiam unionis. Et loquitur in persona infirmitatis mee quam
suscepit. sicut advocatus reum adducendum, et medicus egrum
ad sanandum. gloria mea. per excitationem fruitionis. et exaltans
caput meum. i. mentem meam que tanta passione non
deprimitur. et hoc merito quia. Voce mea ad dominum clamavi.
voce scilicet cordis quam audit deus. sicut audivit vocem moy-
si et susanne. et exaudivit me. a persecutoribus liberando et
eis invitis a mortuis suscitando. de monte sancto suo. i. de excel-
sa potencia divine nature. vel de altitudine sue iusticie.
Ego dormivi et soporatus sum. mortis sponte cepi. et exsurrexi.
de sepulchro propria virtute. quia dominus suscepit me. in gloria
regni sui. Non timebo. amplius. milia populi circumdantis me.
in cruce pendentem. Exurge domine. i. fac me resurgere a morte.
salvum me fac deus meus. in corpore meo quod est ecclesia. Quoniam tu percussi-
sti. i. percuties. omnes adversantes mihi sine causa. iusta sed ficta. sive
iudeos sive hereticos. et dentes peccatorum. i. contradictiones eorum et
maledicta contrivisti. i. in irritum deduxisti. exterminando
et dampnando. domini est salus. i. dominus salvat. et super populum tuum
christianum benedictio tua. in via directionis. et in patria glorifi-
cationis. Ad quam nos perducat. et cetera.
99 Cum invocarem. Intencio huius psalmi est revocare
a vanitate seculi. Dicit ergo. quia prius serviens vani-
tati non querebam. sed modo. Cum invocarem. i. ad me sicut
prodigus filius reversus. intus in corde vocarem. deus dator
inspirator et conservator iusticie mee. i. iustificans me.

exaudiuit me gratiam consolationis conferendo. in tribulatione
dilatasti michi. i. ab angustia tristicie in latitudinem gaudii
duxisti me quod gaudium est de pura consciencia. et hec con
solacio dari consueuit auulsis a lacte et abstractis a carne
i. a terrena consolatione et carnali voluptate quia non datur
consolacio diuina admittentibus alienam. exauditus et dila
tatus iterum petit dicens. Miserere mei. mala amouendo et in
temptacionem non inducendo. et exaudi orationem meam. bona spiritua
lia tam vite quam patrie conferendo. quia gratiam et gloriam da
bit dominus. Filii hominum. i. ade et eue qui celicoles esse debetis
usquequo estis vel eritis graui corde. i. habentes graue cor. sarcina
peccatorum et depressum pondere iniquitatis. hoc pondere pressus
primus homo ruit de paradiso. hoc pondere pharao submersus
est in aquis sicut plumbum. hoc pondere petrus pressus cepit
mergi. ab hoc pondere liber dominus ambulauit super mare. Ut quid
diligitis vanitatem. i. terrena que vana sunt pro eo quod vanos faciunt
suos amatores. et queritis mendacium. i. mundana que beatitudinem
promittunt. et miseriam sollicitudinem et laborem exhibent cum
dolore. Sola igitur veritas beatos facit et securos. que suos non
deserit sectatores in mortem et in carcerem cum eis descendendo.
Post increpacionem malorum subsequitur monet eos ad conuersionem
exemplum eis ostendendo. Et ut contamini nolite diligere
vanitatem et mendacium. sed. Scitote per fidei certitudinem
et contemplamini animo. quoniam dominus pater. sanctum suum
filium xpm ihesum cum omnibus sequentibus eum. qui nichil
vanum dilexerunt. mirificauit. i. mirabilem toti mundo osten
dit. Dominus exaudiet me cum [illegible] clamauero ad eum. non
tam ore quam corde. cuius vox clamat ad aures dei. et ostendit
quo debeant conuerti. Irascimini. vobismetipsis de preteritis peccatis
et in futurum nolite peccare. vel. Irascimini. saltem primos motus
sencientes. et nolite peccare. i. ne ducatis ad effectum. quia
quod veniale est. i. primos motus quibus resistere non possumus non
prohibet. sed quod est culpe mortalis hoc vetat. Que dicitis in
cordibus vestris. i. de hiis que peccatis in cogitationibus cordium vestrorum
et in cubilibus vestris compungimini. i. puniatis in secreto consciencie

vitare. ut scriptum homo indicet, ut adeo non indicetur. Sacrifi-
cate sacrificium. q. d. conpungimini vastimini et sacrificate. i. offerte
non animalia quibus non delectatur deus. sed. sacrificium iustitie.
quod est spiritus contribulatus, quod bene sacrificium iustitie dicitur. Quid
enim iustius quam ut suis quisque peccatis vastatur et peccatis puniatur
ipse et non alius. et sic. i. ex hoc. sperate in domino. pro vita eterna
adipiscenda. sed. multi. insipientes corde. quorum infinitus
est numerus. dicunt. desperando. quis ostendit nobis bona. futura que
promittuntur vel mala que comminantur. Iuxta illud. Sap. Non
est qui agnitus sit reversus ab inferis. Ad quod respondet propheta
dicens Signatum est. i. racionaliter impressum. super nos. i. in superiori
parte anime. scilicet in mente. non in inferiori. scilicet. in sensualitate.

Lumen vultus dei gracia iustificans est quo ymago creata insignitur. Et hoc lumen est totum et verum hominis bonum

lumen vultus tui domine. i. gracia illuminans racionem. vel facies divine
ymaginis. vel racio qua deus potest agnosci. per hoc lumen dedisti
leticiam. non carnalem. non secularem. sed spiritualem. in corde
meo. de qua infra. Auditui meo dabis gaudium et leticiam. A fructu
tu frumenti. q. d. dedisti michi leticiam in corde. Sed illi qui despe-
rantes dicunt. quis ostendit nobis bona. Ipsi multiplicati sunt. i.
ditati. A fructu. vini sui. et olei sui. et frumenti sui. de quibus Job.
Habundant tabernacula predonum et ducunt in bonis dies suos. Vel
multiplicati enim sunt. exterius multiplici possessione. et interius
multiplici distractione. Unde Osee. Divisum est cor eorum. et Gen.
Multiplicabo erumpnas tuas. ex quibus dissipati sunt nec com-
puncti. illi ita multiplicantur. Sed ego qui habeo leticiam in
corde. In pace. i. in spe eternitatis. que pax est. In idipsum. i. im-
mutabilis. dormiam ab omni strepitu mundi in presenti. et requi-
escam. i. fruar beata vita in futuro. cum pervenero ad eum.
Apostolus. Amodo iam dicit spiritus. ut requiescant a laboribus suis.
Quoniam tu domine. constituisti me. i. firmiter stabilisti. singulariter in spe
que est de uno bono indiviso. de quo bono infra. Unam peci
a domino hanc requiram.

49 Verba mea. Titulus. hymnus psalmus. intencio est. in persona ecclesie. vel
fidelis anime orare. contra persecutores pro auxilio et dicit.

Sicut fecit moyses contra malos et susanna inter iniquos posita seniores

O domine percipe verba mea. i. oris psalmodiam. intellige clamorem
meum. i. cordis affectum. quo ad te clamo. auribus. i. precia-

diuinitatis. et congrue loquitur cum dicat verba percipe. clamo-
rem intellige. quia ore et corde clamabat. Intende uoci orationis
mee. quod idem est. et notatur magnus affectus orationis. Et nota quod
hic in tribus nominibus notatur trinitas personarum, scilicet. domine. rex.
et deus. Dominus pater potens. rex filius sapiens. deus spiritus
sanctus benignus. percipe. intende. Intellige. verba singularis numeri.
In his notatur vnitas indiuisa diuinitatis. Quoniam ad te orabo domine.
Clamaui et oraui. et me exauditam non sencio. dicit ecclesia
vel anima sancta. quia in nocte peccatorum orauit. Quoniam non sum ex-
audita. Certe adhuc orabo. vt exaudiar. ad te domine non ad
alium. mane exaudies uocem meam. i. in gracia non in nocte pec-
catorum. mane. i. tempore gratie expulsis viciorum tenebris. astabo
tibi. per vite mundiciam perseuerantur. non iacebo carnaliter resolu-
tus. vel terrenis intendens. et uidebo. i. sciam quoniam tu es
deus. eternus. non volens iniquitatem. Iuxta illud abakuk. Mun-
di sunt oculi tui. et respicere ad iniquitatem non potes.
Neque habitabit. q. d. vere non vis iniquitatem. ymo neque ma-
lignus qui volt malum proximo. eciam si non posset. habita-
bit iuxta te. i. in tui presencia. ad capiendam graciam in hac
vita. Neque iniusti. i. illi qui faciunt mala permanebunt ante
oculos tuos. in futuro. Iuxta illud. Tollatur impius. ne videat
gloriam dei. quia odisti omnes. i. videris odire. dum a te sepa-
ras et punis. omnes dico. qui operantur iniquitatem. non dicit qui
operati sunt. ne excludat penitenciam. que iustificat peccatores.
Iniquitatem dicit. omne mortale quod separat a deo. perdes omnes
eternaliter puniendo. qui loquuntur mendacium. non quodcumque. sed per-
niciosum tantum. quia hoc est veritati contrarium. Virum sanguinum.
i. homicidam. et dolosum. qui verbo decipit proximum. et hoc est
quod supra dixit. odisti qui operantur iniquitatem et locuntur
mendacium. hos dominus abhominabitur. i. exheredabit. Ego autem
talibus iniquis et mendacibus dissimilis. in multitudine misericordie
tue. non meis meritis. Introibo in domum tuam celeste. vt la-
pis in edificium. adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. quo
homines proficiunt ad salutem. domine deduc me. i. fac me proficere
gradatim. euntem de virtute in virtutem. in iusticia tua. vera.

Mane est finis noctis et
inicium lucis. sic gracia est finis
peccati et principium glorie.

Iniquitas mendacium homicidium
et cetera talia sunt nox. quia post
tricesimum quinquagesimum (?) sit mane per
graciam et tandem lux per gloriam

Quia alia mendacia sunt
iocosa et aliqua officiosa
que venialia sunt.

qua recipis humiliter penitentes. non humana. que malum reddit
pro malo. de qua dicitur. Ro. contempnentes dei iusticiam, et suam vo-
lentes statuere. propter inimicos meos. dyabolos confundendos. cum
viderint me reddere bona pro malis. et homines cum viderint
opera mea bona. ad deum glorificandum. dirige viam meam
i. intencionem. qua eatur ad te. in conspectu tuo. i. in consciencia.
quam nullus hominum videt. sed tu tantum. Quoniam non est. q. d.
dirige domine. quia necesse est. quoniam non est veritas in ore eorum.
inimicorum scilicet dyabolorum. quia mendaces sunt. vel malorum
hominum qui parati sunt ad detraccionem et calumpniam. et
ideo est fugiendum ad conscienciam. nec mirum si non est veri-
tas in ore eorum. quia cor eorum vanum est. quia ex habundancia
cordis os loquitur. Sepulcrum patens est guttur eorum. i. comparabi-
le aperto sepulchro. quia fetida promit. ad corrumpendos alios.
Iuxta illud. Corrumpunt bonos mores colloquia prava.
Linguis suis dolose agebant. ubi enim non possunt aperte. saltem
occulte moliuntur decipere. fraudes texendo quibus capiant
innocentes. et degluciant tamquam infernus viventes. suis
eos maliciis incorporando. Iudica illos deus. quod propheta
non dicit optando. sed prophetando. quia tales durum iudicium
dei expectat. Iudica dico sic. decidant a cogitacionibus suis.
i. frustrentur a spe sua. decidant dico. i. dampnentur. a cogita-
cionibus suis. que teste consciencia sua accusabunt eos. quia in
cogitacionibus impii interrogacio erit. expelle eos. qui sibi vi-
dentur intromissi. expelle eos ab hereditate tua. a facie tua.
secundum multitudinem impietatum eorum. i. ut merentur. quia alii
plus. alii minus peccant. sic eciam puniuntur. quoniam irritave-
runt te domine. i. ad vindictam provocaverunt. dulcem ipse ama-
rum et rigidum sibi facientes. quia oculis egris odiosa lux
est. que puris est amabilis. Et letentur. eterna leticia. omnes.
magni et parvi. qui sperant in te. qui gustantibus suavis es.
et bene dico letentur. quia exultabunt in eternum. non ad tempus.
Unde exultabunt. quia et habitabis in eis. et hec est eterna
exultacio sanctorum. cum templum dei facti fuerint. et erit
gaudium eorum in corde eorum. Et tunc non tantum exultabunt

sed etiam gloriabuntur in te, tamquam habentes ad fruendum quod
diligebant, et hec est hereditas eterna. quoniam tu benedices iu-
sto, i. eternam benedictionem dabis in gloria, cui tamen benedixisti hic in
gratia, et hec hereditas est illa benedictio, gloriari in deo et
habitari ab eo. Sed quia cito perditur bonum, quod a largitore
non custoditur, ideo subditur. domine tu coronasti, i. circumdedisti nos
ut scuto bone voluntatis tue, i. bona voluntate tua preveni-
ente et subsequente, et in hoc quod dicit scuto et coronasti
notatur quod bona dei voluntas est nobis etiam in presenti scutum
ad protectionem, et in futuro erit corona ad glorificationem. 6

Domine ne in furore tuo. huius psalmi intentio monet ho-
minem ad penitentiam per timorem iudicii extremi et dicit
O domine qui potens es hic vere hic scita. sed in furore tuo
i. in iudicio tuo futuro, ne arguas me ad dampnatione
convincendo, neque in ira tua, quod minus est, corripias me ad
ignem purgatorium condempnando. quia utroque modo horren-
dum est incidere in manus dei viventis. sed oro miserere
mei in hac vita dum tempus est miserendi. quoniam infir-
mus sum natura, in tantum quod iusticiam sustinere nequeo. quoniam
conturbata sunt omnia ossa mea. i. fortitudo anime ad resistendum
viciis. Et anima mea turbata est valde. i. non modicum. quia
per peccatum tranquillitas anime perturbatur. sed tu domine pie et
clemens, usque quo differs. In quo apparet quod diu luctatus
fuerat cum viciis. Non ergo crudeliter deus differt consolari
sed ad hoc facit ut persuadeat anime in que mala ceciderat, et
etiam ut ostendatur que pena sit non conversis si tanta est
difficultas conversis, vel ideo ut ardentiorem faciat ad oran-
dum, quia quod facile sanatur non multum cavetur. Ex dif-
ficultate sanationis, fit diligentior custodia sanitatis. Con-
verte domine ad me qui eram aversus per peccatum meum, et ego con-
vertar ad te, vel convertere domine, i. fac me perfecte converti. In quo
sentit laborem. Durum enim est et laboriosum ad serenitatem
divine lucis retorquere a caligine terrenarum cupiditatum
et eripe animam meam, peccatis ligatam cupiditatibus et concupiscentie
salvum me fac. i. fac me incolumem dando virtutem ut perficiam

in bono · et hoc · propter misericordiam tuam · non meritis meis · quia ius-
ta dampnacio debetur peccanti · Quoniam non est in morte · i · post mor-
tem non est · qui memor sit tui · ad veniam · Intendit dicere nunc
esse tempus confessionis · quia postea erit retribucio iusticie · In
inferno autem quis confitebitur tibi · ad graciarum accione · quod non est
contra illud · quod diues ille euangelicus confitebatur mala sua · qui
rogabat fratres suos a deo premoneri · vel mortem dicit aculeum
mortis · i · peccatum quod mortem generat · quia qui peccat immemor
est dei · eo quod precepta eius contempnit · laboraui · satisfaci-
endo pro peccato · ut liberer ab inferno · ubi non est confessio ad
salutem · et hoc in gemitu meo · scilicet cordis · gemuit iste dum
videt penas malorum · et postea addit · lauabo per singulas noc-
tes lectum meum · i · multum lacrimabor pro peccatis · vel lectum dicit con-
scienciam · lauabo lectum meum · i · mundabo conscienciam meam · per
singulas noctes · i · eundo per singula peccata · que faciunt noctem
tenebrarum · lacrimis meis · i · amaritudine penitencie · stratum
meum · i · sensualitatem meam · que prius erat arida a bono ·
rigabo · i · fertilem faciam in bono · Turbatus est a furore oculus
meus · vel ab ira dei vindicantis et punientis · vel mea per
vicium passionis · frequenter irascentis · vel ab ira · i · zelo meo · vel
consciencie peccato meo · vel aliorum indignantis · Quia ubique verit
turbacio oculi · i · mentis clare indicantis · Inueteraui · i · nimis
duraui · inter omnes inimicos meos · scilicet vicia · demones · et
homines malos eis consenciendo · vel saltem non repugnan-
do · discedite a me · q · d · prius quidem inueteraui inter omnes
inimicos meos · sed penitenciam egi · discedite a me omnes qui opera-
mini iniquitatem · i · ab animo meo nunc in hac vita · et in futuro
cedam a loco · quia exibunt angeli et separabunt malos de medio
iustorum et cetera · tamquam in area separantur grana a paleis · Quoniam exau-
diuit dominus vocem fletus mei · i · compunctionem pro commissis · Exaudi-
uit dominus deprecacionem meam · pro malis amonendis · dominus oracionem
meam suscepit · pro virtutibus obtinendis · Erubescant · q · d · ego
correctus et exauditus sum · ergo alij peccatores exemplo meo
erubescant et conterantur vehementer · de turpitudine peccatorum · conuertantur ·
dimittendo peccata · erubescant · de memoria peccatorum preteritorum (

inimici mei. mali homines rebelles. et veritatis contradicentes
valde velociter. quia periculum est in mora. vel potest recipi
per propheciam. Inimici mei erubescant. i. erubescent. et conturbentur.
i. turbabuntur vehementer. i. nimis in iudicio futuro. Hoc utique
non est hic. ubi inimici dei pocius irrident iustos. et suis
irrisionibus infirmos de christi nomine erubescere faciunt. Sed
in iudicio. ubi dicent. Hii sunt quos aliquando habuimus in derisum
nos insensati. vitam illorum estimabamus insaniam etc.
conturbantur et erubescant valde velociter. quia tunc repentinus
erit eis interitus. cum dicetur eis. Ite maledicti in ignem eternum.
A quo nos custodiat. qui et cetera.

Domine deus meus in te. Intencio. petit ab inimicis
liberari. et dicit. O domine. qui es potens. tu es. deus
meus. per creacionem. in te speravi. non in me. salvum me fac ex omnibus
persequentibus me. viciis. peccatis. et dyabolo. et libera me. Ne quando
infra. liberator meus de gentibus iracundis. Nequando. i. aliquando rapiat
ut leo. i. dyabolus animam meam de corpore carnis. vel
ecclesie per peccatum. dum non est qui redimat. a malo liberando. neque
qui salvum faciat. bonam vitam conferendo. nisi christus dominus.
ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Domine deus meus
si feci istud. i. non feci. scilicet peccatum. quod non nominat. et notat
superbiam. que est radix omnium malorum. hoc peccatum est primum
recedentibus. et ultimum redeuntibus. Deinde exponit quod
dixit. Si est. i. non est modo. iniquitas. i. in iusticia exterior
in manibus meis. i. in opere. Et si reddidi retribuentibus
michi mala. i. illis qui michi mala fecerunt pro bonis. q. d.
sustinui pacienter tuo exemplo. qui sustinuisti dolos proditoris
tui. Decidam merito. non mirando imprecatur sibi penam
quia videretur iam a passione iracundie superatus. Qui enim
se vindicat per imprecacionem. iam occulte est a dyabolo superatus
prophetando ergo pocius dicit. quid passuri sunt. qui se vindicant
de inimicis. Predicit autem eis tria mala. scilicet deiectionis.
ibi decidam. vexacionis. ibi persequatur. vilificacionis. ibi. et conculcet in terra. Dicit ergo. Si. ego. in genere fidelis quicumque
reddidi retribuentibus michi mala. per vindictam. decidam. merito

ab inimicis meis. superatus. Mansuetudinis. suis a mente mansuetudinis
qua debent specialiter christianum habundare. persequatur inimicus
i. dyabolus, qui auctoritate dicitur inimicus hominis. animam meam
temptando et comprehendat per consensum decipiendo. et conculcet
terra vitam meam. i. in terrenorum amorem deiciendo
et gloriam meam. i. decorem divine ymaginis. in pulverem deducat.
i. terrenorum pulvere obscuret. vel ad nichilum redigat.
Ecce quanta mala sequuntur superbum. quia scilicet in animis
a bono fit. persequitur conculcatur, et ad postremum in dampnatione
ad nichilum redigitur. Exurge domine. petit in auxilium
christum dicens. Exurge domine. i. fac me exurgere de peccato.
quo tam deicior et inclinor. In ira tua. i. in zelo iusticie.
quo zelatus est finees et eleazar machabeus et mathathias
contra meipsum et alios. et exaltare. i. altum te ostende
ad gloriam tuam. in finibus inimicorum tuorum. i. in possessione
dyaboli, et hec possessio fuit multitudo hominum. quam dyabolus
possederat per consensum peccati. Et est sensus. Exaltare in
finibus inimicorum tuorum. fac nos converti a peccato. ut tu exalteris
dominando nobis potius quam dyabolus inimicus meus. Exurge domine
deus meus. i. fac me exsurgere. in precepto. scilicet humilitatis quod
mandasti singulariter. sine quo non est salus. quia nullus
superbus salvatur. et nullus vere humilis dampnatur. Et synagoga
populorum. i. multitudo hominum ex iudeis et gentibus circumdabit
te. alii amando tamquam bone et facilis legis laborem
alii superbi et increduli persequendo. Unde de primo dicitur ysa. leva
in circuitu oculos tuos et vide. omnes isti congregati sunt venerunt
tibi. de secundis autem. Circumdederunt me viri mendaces. Dominus
iudicat. i. iudicabit. populos. i. iudeos et gentes. bonos
et malos. Unde nullus presumat superbiendo de bono. et
nullus desperet aspiciens sua mala. quia nescit homo.
si sit dignus odio dei vel amore. Iudica me domine secundum iusticiam
meam. prius dixit timendo iudicium in quo vix iustus salvabitur.
salvum me fac secundum misericordiam tuam. Nunc autem de
misericordia dei presumendo dicit. Iudica me secundum iusticiam meam
que consistit in bene operando. et secundum innocentiam meam.
que est in cavendo a malis. super me. i. tam iusticia quam innocen-

cia mea. non est a me sed ab illo qui est sup me. quia ipse dns xpus ihs sua iusticia et innocencia meruit nobis. ut in iudicio non dampnemur. Consumetur nequicia. q. d. dns iudicabit pplos in finali iudicio. sed interim consumetur. i. pficiatur nequicia. i. mala voluntas pctorum. ut qui sordescit. sordescat adhuc. et illud. Nondum complete sunt. iniquitates amorreorum. quibus consumatis et completis veniet iustum iudicium dei. quod predicit pphetando. non optando. et quia crescente iniquitate malorum. crescunt merita iustorum. Subdit ergo. Et diriges iustum. ut iustus iustificetur adhuc. Sed quia ppter simulacionem. que totum mundum operuit. non cognoscitur vera iusticia ab homine. quod deo tamen conuenit. subdens dicit. O deus. tu es solus. scrutans corda et renes. i. pfunda cogitacionum. et motus delectacionum carnalium. que quo animo fiant. solus deus nouit. qui cum videat hominem iuste moueri ad deum. et non delectari in carne finaliter. sed in deo. talem dirigit. et non solum dirigit. sed etiam adiuuat. Unde subdit. Iustum. est adiutorium meum a dno. contra totius mali insultum. Iustum. quia iam iusto tribuitur. qui saluos facit. a morbo liberando. et sanitatem conseruando. rectos corde. i. eterna cogitancium. Nec ad impios. rectos renibus quia delectacio boni. non ad renes ptinet. sed ad cor. deinde terret pctores. quorum malicia hic consumatur. inota volun[illegible] eorum. si forte retrahantur a malo. et dicit. deus iudex iustus singulis scdm merita reddendo. Ipse est fortis. cui non resistitur. paciens. modo dum sustinet vasa ire. Numquid irascetur p singulos dies. cotidie vindicando. Non. sed expectat ad iudicium futurum. vel ad iudicium penitencie. quia pse et suos inuitat ad pniam. Nisi conuersi fueritis. vos iniqui. gladium suum vibrabit. i. vindictam manifestam exercebit. arcum suum tetendit. et parauit illum. arcum dicit comminantes scripturas. et paratas esse ostendit ab inicio. ut pccās illuminet. ignorantes. et excitet torpentes. vel gladius dicitur xpe q̄ e bis acutus. quia occidit corpus et animam qui primo aduentu fuit q̄i vagina humilitatis tectus.

Necessaria iudici sunt hec. Prudencia ne decipiatur. Iusticia ne flectatur. Fortitudo ne terreatur. Temperancia ne impetu feratur.

Gladius dr multipliciter. primo dicitur verbum dei. ad ephes. ult. gladium spus. q. e. verbum dei. Scdo correctio platí. ie. plvm. Maledictus qui phibet gladium suum a sanguine. tercio ptas tempal. ro. xiii. non sine ca gladium portat. Quarto. auctas spual. luce xxii. Ecce gladii duo hic. Quinto. furor spus sci. math. x. Non veni pacem mittere in terram. sed gladium. vi. corruptio pcti. deut. xxxii. gladius meus deuorabit carnes. vii. seueritas diuine iusticie. deut. xxxii. Si acuero gladium meum ut fulgur. viii. pena finalis siue apok. i. Ex ore eius gladius acutus.

sed in f̄o quasi sinuatus choruscabit. quia terror eius super
impios erit. Gladius enim de ppinquo sed arcus a longe ferit.
quia xpus cum venerit. percutiet gladio oris sui dicens Ite
maledicti et cetera. Arcus vero scripturarum comminando modo quasi
a remotis percutit. Et in eo. scilicet arcu scripturarum. parauit deus.
i. occasionaliter permisit fieri. vasa mortis. i. hereticos qui ma-
le scripturas intelligunt. et in eodem arcu scripturarum. effecit sa-
gittas suas. i. formauit predicatores. ardentibus. suo amore
i. fidelibus. Ita quod scripture sunt bonis in bonum. et malis in ma-
lum. Sicut flos ad aliud valet serpenti. et ad aliud api.
Ecce parturit. q. d. deus occasionaliter parauit vasa mortis ex
hominibus. sed hoc non vicio scripture. sed ex eorum culpa venit.
quia ecce manifestum est. parturiuit iniusticiam. peccatum ad effectum
perducere conando. Iuxta illud. vt inique agerent laborauerunt.
concepit dolorem. i. peccatum. quod est causa doloris. per suggestionem
a dyabolo suscipiendo. et peperit iniquitatem. i. peccatum opere ad
implendo. Vnde Iacobi. Concupiscencia cum conceperit. parit
peccatum. Peccatum enim dicitur iniusticia. quia est contra proximum. do-
lor contra seipsum. Iniquitas contra deum. lacum aperuit.
q. d. concepit. parturiuit et peperit. et sic iam lacum aperuit.
i. similis est aperienti lacum. quod est concipere fraudem sugges-
tioni consenciendo. et effodit eum. i. similis est effodienti
pertinacendo scilicet instando operi fraudis. et incidit in foueam
quam fecit. i. similis est incidenti in foueam peccando. scilicet
fraudem perpetrando. et per hoc seipsum ledendo. et decipiendo.
secundum illud. gladius eorum intret in corda eorum. Conuertetur dolor eius.
i. peccatum quod concepit. in caput eius. i. in mentem ad ẽuandum
ne peccatum deseratur. et in verticem eius. i. supremam mentẽ ptē.
scilicet rationem. iniquitas quam peperit. i. peccatum opere perpetratum. descen-
dat. hic ad grauandum. et ad aliud trahendum. et in fu-
turo in penis ad dampnandum. Confitebor. q. d. adiutorium
meum a domino. Ideo. confitebor domino. i. laudabo dominum. secundum
iusticiam eius. i. per iusticiam. qua iustos protegit. et malos punit.
et psallam. gaudio leticie spiritualis. nomini domini altissimi. i. ad honorem eius.
qui solus est dominus. solus altissimus. Ipsi honor et gloria in secula seculorum amen.

8

Domine dominus noster. Intencio huius psalmi est gloriam dei per
totum mundum diffusam manifestare / contra Judeos /
qui tantum in iudea deum dicunt esse notum / et contra donatistas /
qui eum tantum in affrica volunt coartare / Dicit ergo. Sic /
o domine. qui es omnipotencia. dominus noster. specialiter per cultum et
veneracionem. quam admirabile .i. valde mirabile est. nomen tuum.
.i. fama honoris tui. in vniuersa terra. non in iudea tantum. vel in
secta aliqua hereticorum. vt ipsi affirmant. Quoniam eleuata est
magnificencia tua super celos. quo ad eleuacionem in ascensione.
vel super celos .i. super omnes sanctos. vel super omnes scripturas. quibus
ad plenum non explicatur gloria dei. Iuxta illud. Maior est
gloria tua. quam rumor quem audiui. Ex ore infancium et lactencium.
.i. minorum et simplicium / qui dicuntur infantes / non etate / sed
puritate Iuxta illud. Quasimodo geniti infantes / et non dicit
fecisti. sed perfecisti .i. perfectam laudem fecisti. quia non solum
a perfectis et magnis sanctis. sed etiam a paruis et incipientibus
predicaris. et hoc. propter inimicos tuos. scilicet hereticos destru
endos. vt destruas inimicum et vltorem. vel defensorem. scilicet iudeum
specialiter. qui sunt inimici crucis christi. et defendunt tantum nomen
patris. vel generaliter / omnes sunt inimici / qui se prohibent a fide christi.
Vel infantes sunt apostoli / quibus deus reuelauit archana sua.
et dimisit sapientes philosophos / et pontifices iudeorum inanes. /
Quoniam uidebo. ego quidem in spiritu. sed posteri mei. videbunt oculis
celos tuos .i. apostolos de quibus infra / Celi enarrant et cetera / qui
sicut celi illuminant doctrinis / tonant minis / chorruscant miraculis.
pluunt sacramentis. qui celi sunt opera digitorum tuorum. quia dixisti
ego scio quos elegerim. et videbo lunam .i. ierusalem ecclesiam.
et stellas .i. particulares ecclesias. vel doctores in ecclesia. que tu
solius fundamenti fundasti. quia fundamentum aliud nemo potest
ponere preter id et cetera. Quid est homo. In quo verbo ostendit hu
manam naturam esse vilem in se. et dignificatam per deum et
dicit. Quid est homo. qui miser est post lapsum in paradiso
cum sequacibus suis. quod memor es eius .i. non obstante pec
cato / tanta beneficia ei confers. Aut filius hominis .i. natus
ex adam. quod visitas eum. per graciam deuocionis et compunctionis

nullus enim sufficit omnes creaturas a quo sancti magis admirantur te deus et laudant

Confiteor tibi domine pater quia hec abscondisti a sapientibus et cetera

Aut vilitas eum . p temetipsum veniendo . et carnem suam as=
sumendo . Minuisti eum paulominus ab angelis . licet intelligat
de xpo humiliato p humilitatem ab angelis . sed post passio=
nem exaltatus . et gloria coronatus fuit . dns universorum in
celis constitutus est . Tamen de natura humana intelligi potest . qui
est inmoratus paulominus ab angelis . quam in hac vita . et si est ei
angelus prelatus felicitate tamen . homo ht merendi et cresce=
di facultatem . et hanc felicitatem quam habet angelus
ex natura . homo habet ex virtute . Gloria et honore coronasti
eum . i . fecisti eum capacem glorie honoris et corone in celo
p meritum . et constituisti eum . i . stabilimisti eum etiam in hac
vita . sup opera manuum tuarum . ut omnibus imperando utatur . et
solus tamen dno creatori et largitori subiciatur . Deinde descen=
dens ad spes . adiungens ait . Omnia . nichil excludens . sub=
iecisti sub pedibus eius . ad conculcandum . et subiciendum
p paupertat electorum . Oves et boves universas . insup et pecora
campi . Volucres celi . i . aeris . et pisces maris . qui perambu=
lant semitas maris . Et ex hac tam magna gratia qua
fecisti generi humano semper . nec . Dne . qui es . dns nr . quam ad
mirabile est nomen tuum . i . nimis laudabile et famosum . in
universa terra . i . ubique et p infinita secula .
9 Confitebor tibi . Intencio huius ps est psuadere . quod dei or=
dinatione non casu . vel fato regitur mundus . de quo
quidam murmurantes detrahunt . sed ego Confitebor tibi . id est
laudabo te in toto corde meo . non in parte sicut quidam . qui
quedam opera dei laudant . quedam blasphemant . et narrabo
aliis predicando . omnia mirabilia tua . visibilia scilicet . ut
lazari suscitationem . et invisibilia ut pauli conversionem . leta=
bor et exultabo in te . non in seculo . in quo non est vera leticia
et psallam . ex corde non tamen voce . nomini tuo . ad honorem tuum . o al=
tissime dne . Deinde causam laudis subiungit dicens . In conver=
tendo . i . dum convertisti . inimicum meum . i . dyabolum . retrorsum . quia p xpm
deiectus factus est retro . qui ante adventum xpi erat dux iti=
neris ad mortem . Infirmabuntur . impii . bonis nocere non va=
lentes . et peribunt . i . totaliter destruentur in futuro . a facie tua . i .

Dyabolus dicitur inimicus antichristus . qui
nec amat nec est amandus . homo vero
malus et si non amat . tamen est
amandus . quia recepta emendatione
futurus est coheres in celo nobiscum .

a iudicio tuo. Juxta illud Baruch v°. Nocentes prohibuit qui
te vastauerunt. Quoniam fecisti iudicium meum. i. ex hoc quod te iudicari per
misisti, et causam meam. assumpsisti moriendo. conuersi sunt ini
mici mei dyaboli retrorsum, et potestas eorum ad nichilum redacta
est. et non quod dicat iudicium meum. et causam meam. i. michi uti
liter. et pro me facta sunt. hoc dicat a simili, sicut ineunte dicitur
ventus michi. quod est peius, sedisti. i. sedes post resurrectionem.
super thronum. ad dexteram patris, tu. qui iudicas iusticiam. i. secundum
iusticiam. cui pater dedit omne iudicium, qui sedens in throno
paterno. mittens spiritum sanctum in apostolos. et per eos increpa
sti gentes. de peccatis suis arguendo. et perijt impius. impie
tatem deserendo per conuersionem. nomen eorum. scilicet impiorum delesti.
ne deinceps impij vocarentur. Juxta illud. Verte impios et
non erunt. scilicet amodo impij, sed pij. in eternum. et in seculum seculi. i.
hic et in futuro. Jnimici defecerunt framee. i. gladij dyaboli
quibus nos impugnabat cessauerunt. in finem. i. per christum in eius
primo aduentu in parte, et in secundo aduentu plenarie. Jste
finis est ille gladius aperte iudicans. de quo supra. Gladium
suum vibrabit. qui modo iudicat occulte, et expectat pa
tienter correctionem. et ciuitates eorum. i. munitiones dyaboli. in
quibus inueniuntur dolositas. et contradictio. et consilia fraudu
lenta. destruxisti. ut excluso dyabolo seruiant iusticie et ve
ritati. perijt memoria eorum. scilicet impiorum. cum sonitu. i. ad sonum pre
dicationis sicut dauid dixit peccaui, et statim deletum est peccatum.
vel sic. perijt memoria eorum scilicet impiorum. i. ritus eorum euadet
cum sonitu. hoc ideo dicit. quia cum impietas euertitur. de corde.
vnius. vel de collectione hominum strepitus fit, quia non venitur
ad pacem, nisi prius pugna sit cum vicijs. et dominus. i. potestas
domini in eternum permanet. quia potestas eius non corrumpetur.
parauit thronum suum. i. iudiciariam potestatem. in iudicio. quando
iudicatus est, quia in sua paciencia celum acquisiuit, et
iudiciariam potestatem, quia in humilitate iudicatus est in ma
iestate iudicabit. et ipse tandem aperte iudicabit orbem
terre. i. mundum. vel omnes gentes in equitate. reddens dig
na meritis, et hoc idem alijs verbis repetit dicens Judicabit.

Ciuitas in qua contra dyabolus fraus et dolus
vbi mala consilia obtinent prin
cipatum, cuius satellites sunt. curi
ositas oculorum, lascivia aurium
rapina manuum. hec in ecclesia subiacet
tirannico principatui. i. prauis
consilijs militat. huius ciuitatis
plebs est. dolos affectiones delicate
et motus turbulenti cottidie. quasi per
seditiones cum Iuratus et agita
tes. has quoque ciuitates cum rege
iniustis et plebe. dominus destruit.
et destruit semper.

populos in iusticia. Iuxta illud. omnes nos stabimus ante
tribunal xpi. et tuus est dñs. q. d. in futuro iudicabit. et
interim ne noceat inimicus. tuus est dñs refugium in ma
lis vitandis. paupi. i. illi qui nichil in mundo cupit. Unde
tibi derelictus est paup. et tuus est adiutor. in bonis age
dis. in oportunitatibus. i. in hiis ubi est necessitas. in tri
bulacōe. quia est dulce auxilium in necessitate. et sperent
in te dñe. quia es adiutor et refugium illis. qui nouerunt
nomē tuum. qui sicut dño fideliter seruierunt. quod nomē bn
nouit et intelligit. qui spem non ponit in rebus caducis.
sed in eo cui essencia. non nouit preteritū vel futurorum. quia
ei omnia presencia sunt. qm nō dereliquisti. nec ad horam.
licet videar aliquando derelinquere. querentes te. tamen quo nemo
potest querere transitoria. quia nemo pt duobus dominis
seruire. psallite dño. Vos omnes sequentes. quos non dere
linquit. i. laudate eum ore predicando. et ope implendo
qui habitat in syon. i. in pnti ecclia. que quidem recte spe
culatur deum in scripturis p fidem. quia dns habitat in ea.
alias erraret in momento. quia nisi dns custodierit ciuitatem etc.
annunciate predicantes. inter gentes. i. iustos et iniustos. stu
dia eius. i. bnficia. qui oriri facit solem suum sup iustos
et iniustos. vel. annunciate studia eius. i. mandata eius
quibus est studendum. et diligenter insistendum. Sed qui dicat
missi ad annunciandum mandata eius. Ecce annunciamus et
non pficimus. insup et occidimur. quibus rndet. Non sine
fructu occidimini missi a xpo. Qm dñs requirens sanguinem
eorum. scilz occisorum. de manibus occidencium in iudicio futuro.
Ubi statim sequetur pena occidencium. et gloria susceptet oc
cisos. recordatus est. non quod obliuio cadat in deum
et postea sit memor. quia post longum tempus futurum
est iudicium. Et dr hoc scdm affectum infirmorum. qui eum obli
tum putant. quia non statim fit quod volunt. non est
oblitus. negando quod petunt. clamorem. i. intensam pe
ticionem. pauperum. qui mundum contempnunt. et solum deum
querunt. Sed bn obliuiscitur clamorem diuitum. Luc. Eleuas

dives oculos vidit et cetera. Quis autem sit clamor pauperum
subdens manifestat. Miserere mei domine. ubi unus pro
omnibus clamat. Vide. intuitu me. i. adima humilita-
tem meam. quia aspectus dei auxilium est. qui cum sit
lux tenebras fugat. mentem serenat. fidem auget
firmat caritatem. de inimicis meis. Vide. i. adima me
de superbia quippe inimici. estimatur humilitas patientie quan-
tum isti humiliantur. quantum illi extolluntur. Dico. Tu vide
Qui exaltas me. i. removendo longe facis de portis mortis
i. ab omnibus pravis cupiditatibus. quibus itur ad mor-
tem. Mors autem est ipsa leticia. que etiam habetur in hac vi-
ta in perfruendo cupitis. Unde apostolus. Vidua in deliciis vivens
mortua est. ad quas delicias pervenitur per cupiditates tamquam
per portas mortis. a quibus me elongas. Ut annunciem
omnes laudationes tuas. hiis qui sunt in portis filie Syon.
i. hiis qui sunt in statu incipientium et discentium fidei cu-
iuncta. Vel sic. Qui exaltas me. longe faciendo me. de
portis mortis i. a doctrina hereticorum. et collocas me in por-
tis Syon. i. in doctrinis prophetarum. et apostolorum. per quos fides
suscepit exordium. Ut annunciem omnes laudationes tuas. aliis te
laudabilem predicando. Exultabo. q. d. tu exaltas me de
portis mortis. ideo exultabo. in quo notatur intensa leticia
in salutari tuo. i. in christo. sed gentes incredule ecclesiam per-
sequentes. Infixe sunt in interitu anime quibusdam clavis
peccatorum suorum. quem fecerunt. ubi nota quod interitus quem homines
faciunt est culpa. et interitus quem sustinent est pena. In la-
queo isto quem absconderunt. i. in fraudulento consilio. pes eorum.
i. amor. qui per fraudem venit ad vanam leticiam com-
prehensus est. quia delectatio alligat eos. ut inde non va-
leant abrumpere amorem. et ad alia convertere non
audeant ad penitentiam. et hoc fit occulto dei iudicio. Cogno-
scetur dominus. hic a servis suis iudicia iusta faciens. in quo
secernit merito bonos a malis. Quo autem cognoscetur mali
hic. et que iudicia facit ostendit dicens. Comprehensus est peccator.
i. ligatus cruciatur. in operibus manuum suarum. i. in peccatis que

Pes anime amor est. qui si pravus
est cupiditas est. vel libido.
si rectus est caritas est.
amore enim movetur anima.

sunt opa sua, quia non adeo pcedit, quo cruciet eos,
sed ab eis, quia ipa pcta sunt eis tormenta. Vel de futuro
iudicio intelligatur. Cognoscetur dns a toto mundo iudicia
vera faciens, secernens etiam loco bonos a malis, et tunc
apparebit dementia malorum, quia peccator comprehendetur in operibus
manuum suarum, i. eternis penis tradetur p pctis suis, deinde
non optantis sed predicentis animo subdens dicit, converta
tantur pctores, deum et iusticiam eius contempnentes, in infer
num descensuri, et qui sint pctores, subdens dicit. Omnes gen
tes que obliviscuntur deum, cognoscere eum nolentes, et pre
cepta contempnentes, vel exponatur optando conversionem
eorum et dicat. oro dne. convertantur pctores in infernum p consi
deratoem cordis, ut videant et intelligant, que et quanta
mala expectant eos in tormentis. Sicut est illud. descen
dant in infernum viventes per memoriam, ne descendant
morientes p sensum tormenti, Quasi, q. d. mali punientur
quod patet p oppositum. Quoniam oblivio pauperis non erit.
apud deum. in finem. i. semper, quamvis in pnti aliquando ob
litus videatur. Iuxta illud. ysa. Ad punctum et in modico
dereliqui te, sed non in finem. quia numquam obliviscitur
mater filio uteri sui etc., causam huius subdit dicens,
quia paciencia, i. meritum pacientie, qua paupertate et alia
multa sustinent. non peribit in finem. ymo remunerabitur
copiose. Iuxta illud. fili recordare quia recepisti bona
in vita tua, et lazarus similiter mala. nunc vero tu cruciaris
hic vero consolatur. Multa bona facit voluntaria paup
tas. primo deo amabilem facit. ysa. ultio. Ad quem respiciam
nisi ad pauperem. Scdo. deum provisorem habet. dns so
licitus est mei. Tercio, dei imaginem acquirit, ysa. xliv.
pauperum suorum miserebitur. Quarto, preces exaudibiles facit.
ps. tn. Quoniam exaudisti preces. v. ad electoem divinam dispo
nit. ysa. xlviii. Elegi te in camino paupertatis. vi. divicias spirituales
multiplicat. ii. cor. viii. Altissima paupertas eorum habundavit in divicias
expeditum facit. mt. Ecce nos reliquimus omnia. viii. ad
pdicandum ewangelium ydoneum ondit. mt. pauperes ewangelisantur.

Hic nota quod voluntaria pau
ptas multa bona facit.

simplicitatis
eorum. vii. ad
quietem d...

ixo. futura bona pregustare facit. ps. Pasti in dulcedine tua pauperi deus
xo. In regno celorum Ius tribuit. mt. Beati pauperes spiritu quoniam
ipsorum est regnum celorum. xio. In iudicio assessores constituit.
Job. xxxo. Iudicium pauperibus tribuit. xiio. Ad vitam eternam
perducit. Ecclesiastes vio. Quid habet amplius sapiens stulto et
pauper nisi ut pergat illuc ubi est vita. Et ne deficiat pa-
ciencia pauperum. oro. Domine exurge. i. fac nos ad te orandum
exurgere. et conserva nos. Ut non confortetur homo. i. antichristus
tribulans ecclesiam. vel animam fidelem. et nunc antichristi mul-
ti sunt. ut dicit Jo. qui iudicat iustos iniuste. et condempnat
crudeliter pios. et tamen hec potestas licet sit a deo. permissive tamen
evacuabitur in fine. Ideo rogo. Iudicentur gentes in conspectu tuo
i. tu solus cui potestas non eximantur. iudicabis iuste et
pie ecclesiam tuam vel animam fidelem. Constitue legislatorem
i. christum verum legis ewangelice ministrum. super eos. i. tirannos
vel dyabolos. qui animam fidelem vel ecclesiam universam
tribulantes infestant. ut appareat eciam impium. quia
non est potestas super terram. que tibi valeat comparari
Oro eciam sciant. i. intelligant te inspirante vel per tuos
informante gentes. i. gentiliter viventes terram. sive pec-
catores quicumque. quoniam homines sunt. infirmi et pauperes. et
quasi vapor ad modicum parentes. Ut quid domine. Iste in per-
sona anime fidelis temptamenta sustinentis. vel ecclesie uni-
versalis antichristi. vel alterius tiranni. tribulacionem pa-
cienter dicat. quibus brevis tribulacio longa videtur ad modum
infirmi sicientis. cui videtur minister tardus esse licet
ille festinet occurrere ei. dicat ergo. Ut quid domine. i. quare
recessisti longe. hoc videtur. dum tardat subvenire. et quasi
responderet sibi ipsi. dicat. despicis in oportunitatibus in tri-
bulacione. i. despicis subvenire utiliter differendo auxilium.
et utilitatem huius ostendit dicens. Dum superbit impius.
inflatus superbia. persecucionem instaurando. incenditur pau-
per. i. purgatur iuxta illud. Tamquam aurum in fornace pro-
babit eos. vel incenditur ex tribulacione et paciencia
ad dei amorem. et ad bene vivendum impellitur pauper.

Vel incenditur. i. affligitur tormentis quia non vult obedire eius voluntati. Hic incendere capitur pro omni tormento.

Hec est magna ira dei ut desit correctio et assit adulacio. Adulantium lingue alligant homines in peccatis. Delectat enim facere ubi non solum non timetur reprehensor, sed insuper auditor laudatur.

Tren. i°. Sordes eius in pedibus eius nec est recordata finis sui.

comprehenduntur, impii, id est illaqueantur, consiliis, id est cogitationibus
suis fraudulentis, quibus cogitaverunt conculcare sanctos
quia in eos redundat malicia sua. Unde et gladius eorum
intret in corda eorum. Et huius pene causam subdit dicens.
Quoniam laudatur, a suis non corripitur, peccator, qui in se peccat
in desideriis anime sue, id est in adimpletione desideriorum
sensualitatis, et iniquus, id est ille qui aliis nocet, benedicitur
a malis. Unde Malach. Maledicam benedictionibus vestris.
Et quia peccator laudatur et benedicitur, propterea exacerbavit, id est ir-
ritavit dominum peccator, id est antichristus, qui est caput omnium pec-
catorum, qui secundum apostolum dicitur homo peccati id est superbie. Ipse
specialiter exacerbavit dominum quia se deo comparabit. Quia
deus secundum multitudinem ire sue non queret hic corrigere
sed reservabit eum eternaliter puniendum. Multa enim
ira dei est in illum qui per fraudes et scelera ad divicias
pervenit et honores. Magna etiam ira dei est quando
peccantem non corripit, sed vagam licenciam ad peccandum
permittit, et tanta est dei ira in antichristum specialiter quod
non est deus in conspectu eius, id est nullius reputationis. Apostolus
dicit. Qui adversatur et extollitur super omne quod dicitur
aut colitur deus, ita ut in templo dei sedeat, ostendens se tamquam
ipse sit deus. Et potest intelligi de omnibus membris eius ty-
rannis et hominibus iniquis in quorum conspectu non est
deus, de quibus dicitur Daniel. Averterunt oculos suos ne vi-
derent celos, et recordarentur iustorum iudiciorum dei. O quam magnum
malum est a luce veritatis deseri, cum magnum malum
putent homines oculorum corporalium cecitatem qua lux ista re-
trahitur. Nequicia autem in causa est quod deus non videtur. Et
ideo inquinate sunt vie illius, id est actiones et cogitationes sordi-
bus peccatorum omni tempore suo quo vivit vel alieno, id est plus omnibus
qui fuerunt quocumque tempore. Auferuntur iudicia tua a facie eius,
id est antichristus non timebit iudicia divina. Particulare est in
morte, generale in resurrectione generali. Omnium inimicorum suorum do-
minabitur, id est habebit facultatem seducendi et opprimendi
omnes sibi resistentes, quod habent etiam sua membra

deposito dei timore excecatur iniquitate et tandem proruit taliter in malum suum. Et sic malicia excecatus, antichristus videlicet cum membris suis sequentibus et precedentibus, dixit .i. dicet, et dicit in corde suo .i. intra se, extra enim dicit bonus ut bonus videatur. Secure sequar voluntatem meam, quia non movebor .i. non inquietabor, non molestabor. A generatione vna transeundo ad aliam generationem sine malo, cuiuslibet pene et contradictionis, quia nimia elatione reputabunt et reputant dominium suum stabile et nisi presumptio elationis eos excecaret, nunquam tam audacter filii hominum perpetrarent mala. Cuius maledictione os plenum est. antichristi, qui blasphemabit christum, et ipse et per suos christianos tormentis et contumeliis implebit. Amaritudine plenum est os eius .i. amaris verbis et iniuriis. Et dolo .i. fraudulentis blanditiis, sub lingua eius labor et dolor, quia percipiet sanctos laborare, et dolore torqueri. Sedet nunc in ecclesia militanti et sedebit in fine cum diuitibus huius seculi, quos ditabit et muneribus seducet, ad decipiendos alios, quos posuit et ponet in insidiis in occultis .i. ponet insidias in rebus occultis, vbi non facile intelliget, quid respuendum et quid sit eligendum. Ad quid sedet, vt interficiat innocentem .i. faciat nocentem de innocenti vel morte corporali interficiet sibi resistentes. Oculi eius crudeles respiciunt. torue in pauperem christum inuidendo eis in eo quorum est regnum celorum. Insidiatur in abscondito maliciam occultando, quasi leo per seuiciam in spelunca sua propter insidias dolosas. Iuxta illud. Vrsus insidians factus est michi leo in abscondito. Cum insidiatur dolose vt rapiat pauperem christum ad subuersionem illius attrahit eum ad se per violenciam. Et tunc In laqueo suo .i. in fraudulentia qua multos capiet. humiliabit eum scilicet pauperem. quia quanto maiora signa faciet, tanto sancti illius temporis plus contemnentur. Sed animequiores sitis sancti pauperes christi, quia non durabit tribulatio, non enim violentia durare potest. Nam sequitur. Inclinabit se diuina virtute

Constabit enim persecutio antichristi ex violencia vt in primitiua ecclesia et finali fraudulentia hereseos et ypocrisi. vt tempore doctorum et in punctu de qua dicitur amaritudo mea amarissima

deiectus, quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui, et hoc erat tunc cum dominatus fuerit pauperum christianorum suo impio subiectorum, et causa eius deiectionis subditur. Dixit enim in corde suo, per cogitationem fixam: oblitus est deus pauperum ad subveniendum, et mei ad puniendum. Avertit faciem suam deus, ne videat me mala inferentem, et illos pacientes et gementes. Usque in finem, id est in diem iudicii. Vel ne videat in finem, id est quidam heretici credunt quod deus non curaret res humanas, que aguntur in hoc mundo, quia terra est finis rerum et ultimum elementum, et propterea dicit in finem, cui secte et hic qui est caput persequutorum erat subiectus. Ecclesia vero illo tempore laborans, quasi navis in fluctibus velut dormientem excitat dominum dicens. O domine deus exurge cito, quare obdormis, venias ad puniendum eum, et me ad liberandum. Et exaltetur manus tua, id est manifeste appareat potencia iudicii tui. Ne obliviscaris pauperum, ut putat antichristus cum suis. Propter quid irritavit impius deum, id est quid profuit antichristo cum suis tanta mala facere. Dixit enim in corde suo non requiret deus que facio ad puniendum. Sed tu o deus vides omnia, quia nichil latet oculos maiestatis tue, quoniam tu solus consideras diligenter laborem et dolorem, quos sustinent sancti tui tam humiliter et pacienter, ut tradas eos, scilicet antichristum cum suis in manus tuas ad puniendum, quod nimis est horrendum, secundum apostolum ad Hebreos x. Tibi soli o domine derelictus est pauper, qui omnia temporalia comoda reliquit ut tu solus sis spes eius. Et orphano, cui mortuus est pater, cui crucifixus est mundus et ipse mundo, tu eris adiutor et liberator. Contere, id est totaliter destrue, brachium, id est fortitudinem peccatoris et maligni, id est antichristi et suorum, qui peccator est in se et malignus malos. Queretur peccatum illius, id est iudicabitur, et non invenietur, quia per sinam ad nichilum redigetur. Unde tollatur impius ne videat gloriam domini. Vel queretur peccatum illius, si adhuc sit necessarium ad purgandum sanctos, et non invenietur necessarium, quia ferro limato,

Job xxii°. Circa cardines celi perambulat nec nostra considerat.

horrendum est incidere in manus dei viventis

sarcina non est necessaria, nec disciplinato filio virga
et tunc peracto iudicio, dominus regnabit cum sanctis suis
in eternum et in seculum seculi. Unde Dan. Potestas eius potestas eterna
sed vos gentes, id est sine fide gentiliter viventes et sanctos
persequentes peribitis condempnati de terra illius, id est de terra viven-
.ij. tium. Unde ps. xxxvij. Impii de terra peribunt, et qui iniqua agunt
auferentur ex ea. Sed desiderium pauperum, id est ardens desiderium
quo estuabant in malis huius seculi cupientes diem domini di-
centes cottidie. Pater noster. Adveniat regnum tuum. Exaudivit
dominus. Unde ps. xx. Desiderium suum iustis dabitur, quia voluntatem
timentium se faciet et deprecationem eorum exaudiet. Et auris tua, id est
potencia vel anima, audivit preparationem cordis eorum, ad te
ferventer orandum vel fideliter serviendum vel preparationem
cordis eorum audivit auris tua, id est deus statim audit hoc
quod sancti volunt rogare, et ad quod disponunt se pe-
tendum sicut de moyse et zusanna, quorum audivit cla-
morem cordis, non per os prolatum. Iudicare etc. desideri-
um pauperum. Iudicare cupientes dominum pupillo, id est ferre
sententiam pro pupillo, cuius pater mundus crucifixus est,
et humili, id est pro humili, qui mundo crucifixus est. In quibus
duobus verbulis, non duos sed unum hominem notat,
ut non apponat se homo, id est antichristus vel tirannus, qui est .p.
homo purus non deus, non apponat ultra, sicut fecit, in ter-
ra magnificare se, id est magnum facere vel ostendere, tunc enim
omnia mala habent finem, cum homo, id est auctor malorum
cum sua plebe dampnabitur. Vel non apponat se homo magnifi-
care, id est humana sensualitas non inhereat terrenis volup-
tatibus superbie, videlicet gule et ceteris malis que humiliant
super terram, sed sursum cor habeat, et terrena ac vana
non querat. Sequitur. In domino confido.

In domino confido. Intencio psalmiste est firmare ecclesiam contra 10
insultus hereticorum et dicat. Ego fidelis confido in domino
qui est mons in vertice moncium, ad quem fluent omnes gentes
quomodo vos heretici dicitis anime mee, in qua pacio est, trans-
migra a tua valle que est in ymo ad montem, id est eminencia.

intellectus. quam vos habere creditis, cum tamen non sit
mons intelligencie, sed mons pestifer, et mons caligino
sus. et dicitis anime mee. transmigra ad nos sicut passer. cum sis
animal pennatum virtutibus et preceptis, et nidifica in
altitudine montis nostri, sed quare hoc dicitis anime mee.
quia ego qui passer sum habeo domum. Unde passer inve
nit sibi domum. Vos scire quam domum, deum qui factus est
refugium pauperi, in quo confido. et non emigrabo. Quoniam
ecce. i. in evidenti. peccatores. i. heretici. qui specialiter dicti sunt
peccatores propter infidelitatem. intenderunt arcum. i. verbis
subtilibus. ad suam voluntatem retorserunt scripturam
repugnantem. et paraverunt sagittas suas in pharetra. i.
parata habent in corde suo verba venenosa. ad quid. ut sagit
tent in obscuro. i. ut vulnerent suis obscuris sentenciis
rectos corde. i. in simplicitate sensus viventes. Quoniam que
perfecisti. i. scripturas. quas perfecte instruxisti et edidisti. de
struxerunt. male intelligendo, et male exponendo. et quantum
in ipsis est corrumpunt. Iustus autem. i. christus. qui solus
est iustus essencialiter. quid fecit. utrique parti. et iustorum et
malorum. q. d. et si heretici et tiranni persequentes pios eos
offendunt, nonne christus dat pacem eis, qui dicit, pa
cem meam do vobis, quam heretici et mali nephan
da dissensione et violencia rumpunt, dominus in templo
hic dicit. quid agit cum iustis, quid autem operatur cum reprobis
ostendet ibi. pluet super peccatores, per hoc premisse interogacioni
rundet, et dicit primo de bonis, dominus est. in templo sancto suo.
i. in suis fidelibus, quos facit templum sibi. Juxta illud
Templum dei sanctum est quod estis vos. dominus etiam hoc facit
bonis. quod in celo est, sedes eius. i. facit eos etiam celum
archana eis revelando, et per eos iudicia sua decernendo.
et hoc dicitur de magnis. Oculi vero eius in pauperem
respiciunt. i. misericordia eius humiles adiuvat. Respectus enim
dei auxilium est, super etiam est suis simpliciter. et pure ambu
lantibus. et palpebre. que sepe aperiuntur. et sepe clauduntur
significat vicissitudines gracie dei, que iam adest, et

subito ne iure hereditario tenera uideretur euanescat. Vel iudi-
cia dei, que aliquando occulta, aliquando vero aperta sunt, interrogant
.i. probant filios hominum, quales sunt, utrum constantes, aut
vacillantes, utrum fideles vel infideles. Quia boni de carencia
gracie vel occultis iudiciis non deficiunt a caritate, et de pre-
sencia gracie, vel cognicione iudiciorum dei, non extolluntur.
Et adhuc dominus interrogat, per tribulacionem examinando iustum
et impium. Quia dominus solus iudicat, de conscienciis utriusque. Hoc
autem invenit, quod qui diligit iniquitatem .i. dilector est iniqui-
tatis, odit animam suam .i. nocet anime sue proprie non alteri
qui credit deo. Huiusque est dictum, quid iustus faciet bo-
nis. Iam sequitur quid faciet malis. Pluit super peccatores la-
queos .i. doctrina erroris illaqueantem eos. Hos laqueos
dominus pluit, de nubibus pseudo prophetarum, qui veris falsa
admiscent. Vel eciam de veris prophetis, quos permittente deo
male intelligunt, et errant a fide. Sed hos laqueos dominus
non pluit, nisi super peccatores elatos, de se presumentes, iusti-
ciam dei contempnentes. Deinde pena eorum describitur. Cum
subinfertur, et primo de presenti pena intelligendo. Ignis
cupiditatis, sulphur, fetoris carnalis, spiritus procellarum
tumultus elate et superbe mentis. De futura autem pena
sic. Ignis ardoris, sulfur, infernalis fetoris. Spiritus
procellarum .i. pena expulsionis, et a bonis separacionis, cum
dicetur. Ite maledicti etc. Pars calicis eorum .i. tormentorum eorum
pars minor que exprimi potuit. Calicis, quia ad mensuram
voluntatis peccandi, datur mensura penarum. Et predicta
omnia faciet dominus, quia iustus est ipse, et iusticias dilexit.
In aliis, et dicit Iusticias pluraliter, quia una est iusticia
dei, de qua participant omnes sancti. Equitatem vidit .i.
approbat vultus eius .i. noticia. Unde Abacuc .i.o Mundi
sunt oculi tui, et respicere ad iniquitatem non potes.
Saluum me fac. Intencio psalmi est, revocare homines
a vanitate seculi, ad eloquia dei, ubi est salus. 11
Videns ergo sanctus vir multiplicari mala seculi, per mansuetudinem
precaute exclamat dicens Saluum me fac domine quia potes saluare.

Et non quod non dicitur qui facit
iniquitatem, sed qui diligit iniquitatem
.i. qui ex desiderio peccat et ex
affectu, quia si semper viveret, semper
peccare vellet.

et causam clamoris subiungit dicens, quia defecit sanctus, i. non inuenitur sanctus in hoc mundo cui tanta mala transsaunt et hec fuit opinio in Elya. qui dixit. Domine relictus sum ego solus, et querunt animam meam. Vel sanctus. i. deus, tamquam timor euanuit de mundo, quia diminute sunt veritates a filiis hominum, i. virtutes. Veritas enim dei una est qua illustrantur sancti. Et nota quod triplex est veritas in hominibus. Alia est vite, de qua ysa. xxxviii. memento queso quomodo ambulauerim coram te in veritate. Alia doctrine de qua matth. Magister scimus quia verax es, et via dei. Alia iusticie, de qua deutro. xvi. prouide de omni plebe viros potentes et gnaros in quibus sit veritas. Contra primum est vite prauitas. contra secundum doctrine falsitas. Contra tertium iudicii peruersitas. contra quos omnes. ysa. v. ve qui dicitis bonum malum et malum bonum, ponentes lucem tenebras et tenebras lucem, ponentes amarum dulce, et dulce amarum et hee veritates diminute sunt a filiis hominum. et non dicit in filiis hominum quia dona dei culpa corrupta deprauantur et diminuuntur. Vana locuti sunt, q. d. vere diminuta est veritas quia creuit falsitas et hoc est quod dicit. Vana locuti sunt i. inutilia, ymo etiam nociua. vniusquisque ad proximum suum decipiendum. labia dolosa habentes in corde. et corde locuti sunt, i. duplici corde. Aliud cogitando et aliud loquendo disperdet dominus vniuersa labia dolosa. i. homines bilingues. et disperdet dominus etiam linguam magniloquam, i. superbos vanigloriosos, et ypocritas. Qui ypocrite. dixerunt. i. in animo statuerunt dicendum. linguam nostram magnificabimus. nos de bonis, tamquam a nobis habeamus iactando. et de non habitis, tamquam habeamus. ut ex hoc magnificemur ab hominibus. labia nostra. i. facundia predicationis. a nobis sunt. i. ex merito nostro. quis noster dominus est. a quo talia nos habere recognoscamus. cui legi nos subiciamus. Hec de phariseis vel antiquis philosophis. Vel modernis predicatoribus. qui multa locuntur. et pauca faciunt intelligi possunt. Propter miseriam inopum tollendam. et gemitum pauperum consolandum

Veritas triplex

Vel propter miseriam etc. i. propter iudeos pauperes, quantum ad intellectum legis. et inopes gentes, quia nec legem nec prophetas habuerunt. Nunc. i. tempore gratie exurgam. i. apparebo in filio incarnato.

qui vident mala crassari in mundo. Ubi veritatis et iusticie
modicum. et falsitatis plurimum esse vident et gemunt. Nunc
exurgam. i. apparebo per me in filio. et per meos. et dissipa-
bo omnes operantes iniquitatem. Ponam. consolacionem.
ac remedium pauperum et inopum. contra miseriam et
gemitum in salutari. i. in ihesu. fiducialiter agam in eo.
i. potenter. cui nichil resistere poterit. quia docebit. non
sicut scribe et pharisei. Cuius videlicet xpisti. et suorum apostolorum.
Eloquia domini. i. xpisti. eloquia sunt casta. quia nulla
cupiditatis aut falsitatis admixtione corrupta sunt.
et summo sicut argentum propter sonum dulcedinem. Iuxta illud.
quam dulcia faucibus meis eloquia tua. Igne examinatum.
propter tribulacionem inde exortam. Nam sufferencia tribula-
cionum. quae sustinet predicatores. probat eloquiorum verita-
tem. Probatum terre. i. purgatum a terrenis cupiditatibus.
et ponitur genitivus pro ablativo. more grecorum. quia ewangelica
doctrina nichil terrenum. sed celeste promittit. et testame-
tum vetus terrena. et non celestia promittebat. Purgatum
septuplum. i. universaliter ab omni impuritate. quia septe-
narius numerus significat universitatem. Vel septuplum. i. per
septem dona spiritus sancti. Tu domine. solus. servabis nos
in bono confortando. et custodies nos. a malo munie-
do. a generacione hac. presenti prava et perversa. et in fidelibus
filiis. in eternum. perducendo ad eternam beatitudinem. In cir-
cuitu. q. d. domine. tu nos servabis. sed impii. quos non
servas a temptacione. et tribulacione. cupiditate sua. in cir-
cuitu. i. in circulo septem dierum. scilicet per totam vitam suam.
eundo de una sollicitudine in aliam. sed tu multiplica-
sti filios hominum. in virtutibus et meritis et numero.
secundum altitudinem tuam. i. ad te altum contemplandum. ex
quo transit de virtute in virtutem. Est enim multiplicacio.
in temporalibus. sed hec fiunt distraccionem. et non complicacionem
et diminuit adeo ut fixqueret. Vel secundum altitudinem tuam
i. facis nobis hec et plurima alia. non pro merito nostro. sed pro gloria
altitudinis tue. Ad quam nos et cetera. [illegible]

Usqz quo dne. Intencio ps est, ostendere desiderium
12 patrum sanctorum, desiderancium adventum xpi ad
iudicium finale, qui cupiunt dissolui et esse cum xpo. Et po
test intelligi desiderium antiquorum desiderancium primum ad
adventum in carnem. Dicat ergo sic. O dne obliviscere
tis me. i. pncam in carnacione. michi subtrahis usqz
in finem. i. ad tempus plenitudinis. Unde apls Cum
venit plenitudo temporis, misit deus filium suum. Usqz quo
auertis. i. differs, faciem tuam. i. filium. qui est facies patris
Quamdiu ponam consilia in aia mea, in quo ostenditur
magnus ardor desiderii, et ex dilacione desiderii, tristicia
dolor, quia spes que differtur affligit aiam. et hoc est
quod dicit, quamdiu ponam dolorem in corde meo per diem
i. tota vita mea. dolendo et gemendo. Usqz quo exaltabitur
inimicus meus sup me. i. dyabolus qui ante adventum
xpi dominium exercuit in terra, et captivum tenebat genus
humanum. Respice dne deus meus. i. mitte quem missurus es
et exaudi me, qm benigna est misericordia tua. Totum hoc in
telligi pt, ex persona modernorum sanctorum, desiderancium
adventum xpi in iudicium, ut cum eo vivat beate. Usqz
quo dne obliviscer is me in finem. i. differs me a fine meo
qui est xpus. quamdiu incolatus meus prolongabitur. quando
veniam et apparebo in conspectu tuo. quia tunc saciabor
cum apparuerit gloria tua. Usqz auertis faciem tuam a me. i.
non das cognicionem tuam anime mee. Quamdiu ponam
consilia in aia mea, consilio non est opus nisi in adversis
et est responsio precedenti interrogacioni scilicet quod tamdiu obli
uiscatur et avertit faciem suam. Quamdiu ponam consilia in aia
mea quamdiu necesse est ponere consilium in aia, tale scilicet ut opor
tuniam et iusticiam, et quamdiu ponitur dolor in corde. per diem
tota die. i. semper. Et est sensus quod quamdiu hic vivitur, ubi indi
gemus consilio ad bene vivendum, et dolore ad peniten
dum. tamdiu non est plena cognicio faciei dei. in qua
quies erit sine timore et dolore. Usqz exaltabitur inimicus
meus super me. i. dyabolus vel carnalis consuetudo.

ano.

Vt aut hec tollant, respice et exaudi me dne deus meus.
Illumina oculos meos, lumine sapie oculum intellectus,
et lumine gratie oculu affectus, ne vmqz obdormiā p negli
genciam, contra consiliu sapientis. p̄ub. vsqz piger dormis (
vel obdormiā p concupiscencia peccati (que est ex me, in
morte. i. in reatu pcti mortalis, nequādo dicat inimicus. i.
dyabolus. preualui adusus eum. ecce insultacō dyaboli (
que valde timenda est. Qui tribulant me, scilz dyabolus
et angeli eius (qui pmittente deo. immittit tribulacōm
iustis (exultabunt Iuxta illud p̄ub. qui letant cum male
fecerint (et exultant in rebus pessimis, si motus fuero. (
a stabilitate fidei et gratie. Ego aut, q. d. illi tribulant (sz
ego spaui in mīa tua, non meis meritis (Exultauit cor
meu in salutari tuo. i. in ihu quē mente futurū conspicio
cantabo dno cordis leticia. qui bona tribuit michi. ing.
notat magna virtus fidei (in patribus antiquis (et in
isto vbi dicat (tribuit (nō tribuet. Jam enim hūt quod fu
turū est, psallā ope, nomini dni altissimi, et est sensus (
cātabo et psallam, nomini dni altissimi. i. cum gaudio gracias
agam. corde (ore (et ope (Et si antiqui patres tantum
laudauerunt (et seruierunt venturo (quid faciendum
est nobis. cristo iam suscepto.

Dixit insipiens in corde suo. Superiori ps. describit
desideriu patrum antiquorum et modernorum videndi
xpm in carne et in glā sua. Hic ostendit xpm venisse
et a Judeis contemptu fuisse (Et ideo hic increpantur
dixit insipiens. iudeus sine sapia fidei. in corde suo, nō
tantū ore. Hic homo. non est deus, et ideo hoc dixerunt
iudei (quia corrupti sunt. i. omni racōe priuati, et abho
minabiles facti sunt. i. reprobi, in studiis suis. i. in cupiditatibus
suis (quibus timuerunt seculu pus pdere. nō est. de illis
omnibus. qui faciat bonū. credendo (non est dico vsqz ad
vnū. i. nec vnus quidem (vel ad vnū. i. ad eos. qui conuersi
ex iudeis et gentibus facti sunt vnū in fide. vel ad vnū. i.
ad xpm (sine quo nemo facit bonū (dns de celo pspexit.

Vel oculum sinistrum illumina luce
predicac (ita ad instruccōz tpalium
et oculum dextrum dei contempla
cōem exhortacōe. Sz dyabolus
vult eciam oculum dextrum et
relinquere sinistrum.

Dicit v bn̄ i spm scm ē irremis[ib]ile
vn̄ iste insipiens (nō dixit alibi (in
tm i corde suo nō ē deus. et inde 13
pctm est tota trinitate (cuius opa
indiuisa sunt negare Ez qd dixit.
insipiens q caret sapia (q donū
dei est nobilissimum inter dō. s.s. Et
ecce duobus donis s.s. extremis ca
ret iste. s. sapia et timore (quibus
carens inimicus se (et dr insipia dixit
inimicus ut diligat i semetipso (
nō est timor dei et c.

i. deus pater misit filium ad docendum per se et per apostolos su
os super filios hominum. i. iudeos specialiter ad contendum, de
inde ad gentes. Iuxta illud. Vobis oportebat predicari
regnum celorum. sed quia indignos repu. v. vite eterne. ecce conv. ad ge.
Ut videat. i. videre faciat. si est intelligens aliquis per fidem
aut requirens deum. bona operacione, omnes declinauerunt
quia iudei tales sunt et gentes simul. cum declinacione.
inutiles facti sunt. i. nociui proximo, et in tantum declinauerunt
quod non est qui faciat bonum. scilicet meritorium, quod non potest esse
sine fide et caritate, usque ad unum. i. preter xpm, vel preter
xpianum. in quo est fides cum caritate. Ecclesiastes. Virum de mille
vix reperi. Sepulcrum patens est guttur eorum. i. os eorum sicut est
aperto sepulchro propter detractionem vel voracitatem. linguis
suis. malis. dolose agebant. adulando vel corrumpendo,
quia sermo malus serpit sicut cancer, et corrumpunt bo-
nos mores colloquia praua. Venenum aspidum. i. odium im-
placabile sub labiis eorum. i. in corde palliatum verborum
dulcedine, et notanter dicit aspidum, quia aspis non audit
incantacionem, sic isti sunt insanabiles, quia nolunt au-
dire correctiones. Quorum os maledictione plenum est. i. oppro-
briis et blasphemiis et amaritudine nimia per maliciam
et indignacionem. Veloces pedes eorum. i. expediti per consue-
tudine malefaciendi, ad effundendum sanguinem xpi et suorum
et quia tales sunt. Ideo contricio impunita propter temporalem
punicionem. et infelicitas propter eternam dampnacionem. in
viis eorum. i. in operibus eorum, Omnes enim vie malorum plene
sunt doloribus et miseria. Viam pacis non cognouerunt.
i. xpm et eius eciam cognoscere noluerunt. De qua via dicit
Iugum meum suaue est. et onus meum leue. Non est timor
dei. quo possent retrahi a malo, et ad bonum impelli ante
oculos cordis eorum, sed absque timore filii hominum perpetrant
mala. Homines cognoscent. Non timent deum nunc. Homines
cito veniet tempus et tunc cognoscent per experienciam in
penis, quod modo nolunt cognoscere credendo. Iuxta illud
ysaie. Sola vexacio dabit intellectum auditui, quid cogno

Inutile dicitur quod non valet ad finem intentum sicut medicina dicitur inutilis si non operatur sanitatem.

Adrianum enim contriti sunt a tyto et vespesiano, et infelices propter dispersionem in mundo.

Et alibi. non est pax impiis dicit dominus, Et impii quasi mare feruens. pro eo quod raro tranquilli sunt animo.

scient. Qui dñs in generatione iusta est. Qui operantur iniusta-
tem. opere uel consensu. quod utique mortale. et illi. qui deuo-
rant plebē meā. sicut escam panis. i. cottidie deuorant spo-
liando. occidendo. opprimendo. ys. v. Vos depasti estis vineā
meam. rapina pauperum etc. Et hoc faciunt quia deū nō inuo-
cauerunt. i. non crediderunt in deum. Iuxta illud. Quicumque
inuocauerit nomē dñi saluus erit. Illic trepidauerunt timo-
re. ubi nō erat timor. i. iusta ratio timoris. quia timere
dampna rerum temporalium irrationabile est. Unde nolite time-
re eos qui occidunt corpus. Qm dñs. q. d. nomine cognoscent
Qm dñs est. i. habitat et manet per gratiam. Iuxta illud. Qui
manet in caritate in deo manet. et deus in eo. in generatione
iusta. i. in congregatione iustorum. Unde. Ubi duo uel tres congregati
fuerint etc. Consilium inopis. i. xpi. Iuxta illud. Quoniam inops et
pauper sum ego. confudistis. i. recipere noluistis. vel consilium
inopis. i. cuiuslibet predicatoris paupertatem predicantis
et salutaria monentis. sine cupiditate fauore uel munere. quoniam
tamen dñs solus spes eius est. et ex hoc magis est predicator
uerendus et audiendus. Quis dabit. q. d. vos confudistis sper-
nendo consilium inopis. Sed quis alius preter xpm. ex syon. i.
de iudeis procedens. dabit salutare isrl. i. saluabit fideles. nisi
subaudis. ille quē humilem spreuistis. et nullus alius qui ue-
turus est in claritate ad iudicium. quia cum dñs xps auerterit
captiuitatem plebis sue. qua nunc tenetur capta a dyabolo
vinculis peccatorum et errorum. exultabit iacob. pro uictoria uitiorum
et concupiscentiarum et letabitur isrl. pro visione dei. que fit post
victoriam peccatorum. quando videbimus et gaudebimus. gaudebimus et
laudabimus deum deorum in syon. 14

Domine quis habitabit. Intentio ps est ostendere
qui sunt de gremio ecclesie. et qui non sunt. et prosequē-
nes. qui sunt futuri in eterna beatitudine saluandi. et quasi
petens a deo declarari hoc. quod latet humanum intellectum
et dicat. Dñe quis habitabit digne. in tabernaculo tuo. i. in
presenti ecclesia militanti. in qua contra hostes inuisibiles
dimicamus. quia tabernaculum proprium est bellatorum.

Timere oportune cautela est
Inepte vero trepidare ignauia est

Job. Terrebit eos
sonitus folii
volantis

aut q's requiescet i mōte scō tuo. i. in ecclia triumphante
in qua quies est a labore. et r̄ndet. Qui ingredit' sine
macula. i. qui vivit in p̄nti vita innocent' sine mortali
pc̄o. et opat' iustitiā non tantū abstinendo a malis. sz
etiam faciendo bona. Unde. Qui timet deum faciet bō.
Et in ṗs. Declina a malo et fac bonū. Qui loquit' veri
tatem conceptam in corde suo. i. talis appareat foris.
qualis est intus. et hoc est q' subdit'. et nō egit dolū in lingua
sua. aliū decipiendo. nec fecit p̄ximo suo malū. ymo nec
inimico est nocendum. Juxta illud. Bn̄ facite hiis qui o
derūt vos. et obp̄briū nō accepit adūsus p̄ximos suos. cri
minibus et cotumeliis. ad eoꝝ infamiam credendo. vel ali
is p̄palando. vel defectus p̄teritos improperando. et p̄ hoc
q' dicit. p̄ximos. notat omnem hominez. Ad nichilum de
ductus est in cōspectu eius malignus. i. dyabolus. qui stare
nō pt̄ adūsus resistente. qui nō vincit nisi volentem.
Vel malignus homo qui fugit iustum. Juxta illud p̄u
p̄v°. Ventus aquilo dissipat pluvias. et facies tristis
Ethicoꝝ. Honor ē defend' la | lingua detrahentem. Et hec omnia dicunt' de perfectis ing
lem in testimoniū sue | nis viris. Ea vero que sequunt'. dicunt' de p̄uis et incipic
v'tutis. | tibus. et dicit. timētes aūt dn̄m glificat. q. d. nō solum
predicti intrabunt. sed etiam timētes. i. incipientes. quia
initiū sapie timor dn̄i. glificat. i. gloriosos omnibus pu
blicat. Qui iurat p̄ximo suo. i. firmit' p̄mittit. et non
decipit. ~~mentiendo~~ Qui pecuniā suā nō dedit ad usuram. sed
p̄ximo suo sine spe lucri subueniendo. Unde. Mutuū dan
Vnū bt̄s q' excutit manus ab omni | tes. nichil inde sperantes. et munera sup innocētes nō acce
suas ab oī munē. q' a munera ex | pit. i. p muneribus non recessit a iustitia. ut opprimat inno
cecant oculos etiā sapientū. Ysa. | centem. quia dicit Job. Ignis devorabit tabernacula coꝝ
Ve qui iustificat impiū p mu | qui libent' munera accipiunt. Qui facit hec predicta. non
neribus. de ve. Maledictus qui ac | commouebit' in eternū. quia p̄ueniet de p̄nti tabernaculo.
cipit munera. ut interficiat ani | ad domū nō manufactam. ubi secur' erit a turbine et
mam innocentis | a pluvia. Et possunt hec omnia exponi de xp̄o. qui
in mundum sine pc̄o venit. et opat' iustitiā. q' a nulli
pepcit. nulli palpauit pc̄a. Qui loquit' veritate in corde.

quia in veritate docuit viam vite. Nec fecit proximo suo malum
pro malo, sed pro crucifixoribus oravit. et obprobrium adversus proxi-
mos non accepit. quia et Judam amicum appellavit dicens
Amice ad quid venisti. Ad nichilum deductus est in conspectu eius
malignus. quia princeps huius mundi eicietur foras, et accusato-
res adultere ab eo recesserunt. Qui iurat proximo suo et non de-
cipit. quia suis sequacibus eterna premia dedit ut promisit
Qui pecuniam suam non dedit ad usuram. quia pro nobis pauper
factus, omne lucrum temporale contempsit. et munera super innocentes
non accepit, ymmo potius eos defensavit. Mt. xii. Si sciretis
quid est misericordiam volo et non sacrificium, nunquam condempnassetis innocentes.
Conserva me domine. Materia huius psalmi est ostendere hu- 19
militatem regum christi humilis, qui de se dicit, Discite
a me, quia mitis sum et humilis corde. In persona igitur omnium fi-
delium qui sunt corpus eius caput loquitur dicens O domine pre-
conserva me. inter pericula et temptamenta dyaboli. quoniam speravi in te.
non presumpsi de me. Dixi domino. per confessionem oris, et affectu
cordis, deus meus es tu. secundum humilitatem, quoniam bonorum meorum
non eges. id est bonis meis non expectas fieri beatus, quia a te ac-
cepimus quod offerimus tibi. Sanctis qui, quasi dicat oravi, et dominus
mirificavit. id est mirabiliter fecit. et adimplevit omnes volunta-
tes meas. quas habemus moriendo, redimendo et resurgendo.
et hoc illis qui sunt in terra eius. id est in ecclesia fidelium, de qua in ista.
Benedixisti domine terram tuam. hoc dicit ad differentiam sanctorum appa-
rencium et non existencium. scilicet ypocritarum, qui sunt in terra
dyaboli, complevit inquam voluntates meas. in eis. id est in prospectu
corporum qui senserunt, quid eis profuit humilitas moriendi et
potencia resurgendi. Deinde post illuminationem subito pro-
venit. Unde dicit. Multiplicate sunt infirmitates eorum spirituales
videlicet temptationes viciorum vel corporales, postea acceleraverunt.
sine mora ad auxilium querendum, quia multe tribulaciones iusto-
rum, de quibus Osee vi. In tribulacione sua mane consurget
ad me. Nam secundum Gregorium, Mala que nos hic premunt, ad deum
ire compellunt. Unde psalmista. Imple facies eorum ignominia et que-
rent nomen tuum domine. Non congregabo conventicula. id est conventus

Non congregabo et cetera. id est non inducam eos ad gaudia celi, si invenero
in eis sanguinem peccati. Nec memor ero nominum eorum. quia non scribentur in
libro vite per labia mea. quia dicet in iudicio, non novi vos, disce-
dite a me operarii iniquitatis.

sive ceciliias fidelium de sanguinibus carnalium observanciarum
sicut antiquitus de quibus dicitur ys. Holocausta arietum
et sanguinem hircorum nolui sed congregabo eos in uno sanguine
agni immaculati ihu xpi. Nec memor ero nominum eorum per labia
mea. quia qui prius erant iudei vel gentiles et peccatores
sive inimici dei per vite mutacionem vocabuntur nomine novo. scilicet
Iusti fideles et amici dei. Nec in iudicio audient contra se sen-
tenciam Ite maledicti sed per se Venite benedicti. Et tunc
apparebit manifeste quod dominus pater est. ps hereditatis mee.
i. porcio hereditaria mea et meorum. quam ergo avari sunt quibus
non sufficit deus qui est hereditas sanctorum et dominus est pars
calicis mei. i. tocius consolacionis. Iuxta illud Calix meus inebri-
ans quam preclarus est. et illud Comedite amici et inebriami-
ni karissimi. Et tu es o pater qui restitues hereditatem meam michi.
i. lumine claritatis et immortalitatis in celesti beatitudine
restitues membris meis quam in adam perdiderunt. caput
loquitur in membris. Ipse enim nunquam claritatem suam perdidit
quam habet communem cum patre. Ipsi restituta est in resurreccione
sua. nobis autem in resurreccione generali restituetur cum sancti
singuli vestientur stola bina. corporis videlicet et anime glorifi-
cacione. Unde subditur Funes ceciderunt michi in preclaris. i. hereditas
mea non in ignobilibus bestiis sed in hominibus preclaris
obvenit michi per consortem divine eleccionis et enim hereditas
mea. que adhuc premitur in mundo per infidelium oppressionem
preclara est michi. qui video cor et considero agonem licet
mundo sit contemptibilis et obscura. et pro hiis omnibus Bene-
dicam dominum patrem gracias agens qui tribuit michi. scilicet
xpo homini in membris meis. intellectum. i. cognicionem fidei. Unde
Hec est vita eterna ut cognoscant te verum deum et quem misisti
ihm xpm. Insuper. i. eciam de hoc benedicam quod renes mei
i. iudei ex quibus xpus secundum carnem vel carnales homines
increpuerunt me persequendo caput scilicet et membra. usque ad noc-
tem. i. ad mortem. vel usque ad obtenebracionem criminis racionis
quam incurrerunt persequutores xpi et sanctorum. Iuxta illud Excre-
cavit illos malicia eorum. Illi increpuerunt me. Sed ego providebam

Accelerare debet homo ut exeat de seculo propter quatuor raciones. Quia
periculose conversatur quia ad magna vocatur. quia diu expectatur
ne forte excludatur sicut fatue virgines. Et hoc ultimum
pertinet ad propositum. postea acceleraverunt.

Hic agit gracias de beneficio cognicionis

Inhic instruimur gracias agere deo de bonis naturalibus maxime quod eminet in intellectu. hoc est lumine vultus dei signatum super nos. hec est ymago dei in nobis. Gen. i.

(hic agit de bus[?] confirmacio[?])

bam dnm in conspectu meo sp. et ideo omnia transitoria contemp
nebam, semper enim anima xpi deum contemplabatur et continuo
fruebatur. unde Jo. Qui me misit mecum est, et non reliquit
me solum, hoc de capite. De membris aut sic. prouidebam et c.
i. veniens in ea que transeunt, non abstuli oculum ab eo, qui
semper est prouidens. quia in eum post ista temporalia pacta rectem
quoniam a dextris est mihi ne commouear. i. fauet michi. Ut in eo per
maneam stabilis, et ideo nichil sinistri michi preualeat.
Unde ps. Justus in eternum non commouebitur. propter hoc letatum est
cor meum, et exultauit lingua mea. et ibi est plena leticia. que
corde hilari percipitur, et lingua alacri exprimitur. insuper et caro
mea non deficiet interitu, sed requiescet. i. dormiet in spe
resurrectionis. et hic agit gratias pro gaudio et quiete, sicut
prius agebat de passione. Dixerat enim Insuper et renes
mei usque ad noctem increpuerunt me. Quoniam non derelinques, q. d.
requiescam in spe. quoniam non derelinques animam meam in inferno
more aliorum quam habeo sicut et ceteri homines, sed confringit
portas ferreas, et infernum momordit, inde electos educendo
Nec dabis sanctum tuum. i. sanctificatum. videre. i. experiri. corruptio
nem. i. incineracionem. Nec obstat quod dicitur infra. Que utili
tas in sanguine meo. dum descendo in corruptionem. i. anime
separacionem. Notas michi fecisti. i. meis. vias vite. i. viam
humilitatis. per quam ad deum redeunt homines, qui per super
biam corruerunt. Adimplebis me. i. fideles meos leticia
cum vultu tuo. i. gaudio immediate visionis, ita ut nichil
aliud desiderent, cum facie ad faciem te viderint, et delecta
tiones sunt eis modo in presenti in dextera tua. i. in protectione tua.
usque in finem. i. ad mortem vel in eternum duratura.

Exaudi domine iusticiam meam. Intencio psalmi huius est ad
oracionem monere, ut diriget eum deus inter inimicos con
stitutos, dicit ergo sic. O domine deus. exaudi iusticiam meam.
quia iusticia habet vocem apud deum, que penetrat celum.
Juxta illud Jacobi. Multum valet deprecatio iusti assidua.
intende deprecacionem meam. i. diligenter attende oracionem
meam, que est de cauendis malis. et auribus percipe. i.

Hic talis exprimitur quo peccata videt[ur]
cum enim deum per mentem intuetur
non peccatis inquinatur

Hoc Job orabat dicens. libera
me domine. et pone me iuxta te

Joh. ix. peccatores deus non
audit, sed si quis est dei cul
tor, hunc deus exaudit. 16

In labiis dolosis orat qui
cum celestia verba canit eterna
comoda consequi intendit.

fortiter teneas, oracionem meam, que est pro bonis adipis-
cendis, aures dei dicuntur potencia exaudiendi et misere-
ri. oracionem inquam factam non in labiis dolosis, sed in vero
corde, non sicut oraciones ypocritarum qui amant orare in
angulis platheArum propter favorem hominum. de vultu tuo iudicium
meum prodeat, i. sentencia iudiciorum meorum de me vel aliis proferenda, non determinet aliud quam quod expresse intelligo deter-
minandum, oculi tui sole clariores, videant, i. per illuminacionem
intellectus videre me faciant, equitatem. ut iuste iudicem
et non habeam, pondus et pondus, hoc est equaliter pon-
derem facta mea sicut proximi mei, probasti cor. q. d. ideo
fac domine, quod peto, quia cor meum probasti, i. probatum oste-
disti. quando nocte, i. tribulacione me visitasti, Igne me ex-
aminasti, ad modum auri, quod in fornace probatur. Et ex
eo, non est inventa in me iniquitas, quia quod lima ferro, hoc
tribulacio facit viro iusto, et inde sum iustificatus. Ut
eciam os meum non loquatur opera hominum, Iuxta illud. eph. iiii.
Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, et propter verba
labiorum tuorum complenda, ego. custodivi vias duras pas-
sionis et afflictionis, quia arta est via que ducit ad celum
quam nullomodo possem ambulare, si gibbi iniquitatis de
dorso per falcem tribulacionis non deponerentur, quia camelus
non potest transire per foramen acus, deinde rogat ut in
eisdem confirmaretur et teneretur. sciens se in lubrico consti-
tutum, et dicit. perfice gressus meos. i. affectiones et
voluntates meas, non solum in via mandatorum, sed eciam
in semitis tuis. s. consiliorum que sunt via ardua. ut non moveantur.
i. non vacillent vestigia mea, i. imitatores mei, quos op-
to, ad gloriam tuam edificare, vel sic. ut non moveantur
vestigia mea. id est. ut ante mortem, nec in hora mortis
movear a fidei stabilitate, quia vestigium est finis corporis
et mors finis vite. Ego clamavi. in tenso affectu cordis.
quoniam exaudisti me, i. certissime scio me exauditum, et hoc dicere
non convenit nisi iusto, inclina aurem tuam ad me i. cle-
menter misere et exaudi verba mea. quod peto conferendo,

Mirifica misericordias tuas. i. ostende te esse mirabilem in misericordia
tu, qui saluos facis sperantes in te. et non presumentes de se.
Custodi me. cum multa diligencia. ut custoditur pupilla
oculi. A resistentibus dextere tue. i. ab hiis qui contradicunt
fidei. que est de filio tuo. scilicet ab hereticis. Iudeis et dyabolis
protege me et custodi. ut gallina pullos suos. sub umbra
i. protectione. alarum tuarum, scilicet. misericordie et caritatis
protege me dicens. a facie. i. ab instancia. impiorum. i. demo-
num vel hominum persequutorum, qui me afflixerunt. persequendo
et insidiando. Afflixerunt inquam in hunc modum. inimici
mei. Iudei vel alii tiranni persequentes me caput et membra.
animam meam circumdederunt. consilia inquirendo contra vitam
meam et meorum. adipem suum. i. impinguatam et dilatatam
superbiam, quam ex malicia conceperant. concluserunt.
i. consummauerunt xpistum occidendo. et sanctos persequendo,
usque ad mortem. Os eorum locutum est superbiam. i. gloriati sunt
quod sanctos et xpistum occiderunt. proicientes me extra ciuitatem.
circumdederunt me, pendentem in cruce, non amore sed odio
et hoc ideo, quia Oculos suos cordis. statuerunt declinare in
terram. ne perderent locum et gentem dicentes, Ecce totus
mundus post eum abiit. Si dimittimus eum sic et cetera, quod
eciam de eius membris. videlicet martiribus intelligi debet.
Susceperunt me. a discipulo tradente, vel Iudice condempnatum
sicut leo. qui ex fame. paratus est ad predam. in quo notatur desi-
derium eorum ad mortem xpisti. et sicut catulus leonis habitans
in abditis. i. in insidiis, quia mos est malis vota sua te-
gere. ut latenter possint ea perficere, quod totum factum est
contra sanctos primitiuos, et hodie contra membra xpisti co-
tidie agitur. Tunc enim leo frendebat aperto ore. nunc autem
latendo circumuolat, querens quem deuoret. Sed in tali angu-
stia clamat caput cum corpore. et dicat. Exurge domine. ad vi-
dictam, qui quasi dormire videris per dissimulacionem, et
videris mala hominum non curare. Preueni eum. i. preuenias mordaces
vel tirannorum. et loquitur a similitudine currentium, currunt
mali ut occidant, currat deus ut vindicet, sed deus preuenit

expectando. Malus enim se ledit prius per maliciam quam alium per penam. Et est sensus. Preueni eum. i. malum eorum opus bonum dicta expectacionis preueniat. et supplanta eum. i. fac in effica ces. ad terram eos deiciendo more luctantis. eripe animam meam ab impio. q. d. illos supplanta et me eripe a dyabolo et membris eius. et eripe frameam tuam. i. animam meam. quia per animam iusti vincuntur dyaboli ad modum pugnancium cum gladio Eripe inquam ab inimicis manus tue. i. ab hiis qui contradicunt et opponunt se virtuti tue. vel fidei que est in xpo. qui est dextera patris. domine a paucis. q. d. supplanta eos hoc modo domine diuide eos. scilicet Iudeos per mundum. a paucis. qui salua tur. de terra in vita eorum. scilicet puniti. quam diligunt. Vel de genere malorum exponatur sic. O domine diuide eos. concordiam eorum malam rumpendo. a paucis. quos persequuntur. qui pauci sunt respectu malorum. sicut in area grana pauca sunt respectu palearum. diuide inquam de terra tua viuencium. ne scribantur in ea. et hoc in vita eorum. scilicet quam solum curant et defendunt. pro eo quia venter eorum. i. tota memoria eorum adimpletus est de absconditis. i. de peccatis. que ut frequenter in abscondito aguntur. vel pro eo quia deus non respicit. i. non approbat ea. Iuxta illud abbakuk. i°. Mundi sunt oculi tui. et respicere ad iniquitatem non potes. Saturati sunt filiis. i. peccatis. que ad opus filiorum vel propter filios perpetrantur. et est similitudo a re que non est. Nullus enim carne filii sui saturatur. quia et alia translatio habet. porcina. i. porcina immundicia. dimiserunt reliquias. i. exempla prauitatis. paruulis suis. i. posteris. quia pec cata patrum sepe in filiis pullulauerunt. Ego autem. loquitur caput pro membris. in iusticia tua. i. secundum iusticiam tuam. que iustificat. non in mea. que est quasi pannus et cetera. appa rebo conspectui tuo. Iuxta illud. Quando veniam et apparebo ante faciem domini. et tunc saciabor. plenitudine dulcedinis et lucis. cum apparuerit gloria tua. i. claritas eternitatis. qua sancti omnes inebriabuntur ab vbertate habundancie dei. Ibi ut ait augustinus. Vacabimus et videbimus. videbimus et amabimus. amabimus et laudabimus. Quando per spiritu memoris dabitur psalmus laudis.

Saturati sunt filiis. i. concepcionibus que concupiscencia nostra generauit.

et dimiserunt reliquias suas.

O quam beata illa patria, que nescit nisi gaudia. Nam cives
huius patrie non cessant laudes canere. et cetera.
Diligam te domine. In hoc psalmo agitur de gratiarum actione
pro victoria inimicorum. Ad literam David gratias agit
quia de manu Saulis et Absolon et complicum eorum liberatus est
et libere regnat. Mistice autem agit de victoria capitis et me-
brorum ecclesie. Capitis de manu Iudeorum, membrorum de manu
dyaboli et tyrannorum. Dicat ergo: O domine, cuius beneficio gratie
et munere utor, diligam te potius quam timeam, quia tu es for-
titudo mea, id est das michi fortitudinem ad resistendum inimicis. Fir-
mamentum meum ad sustinendum adversa. et refugium meum, id est
turris fortitudinis a facie inimici, et liberator meus de
multis tribulationibus, temptationibus et iniuriis. Deus meus
propter creationem ad hoc ut essem, adiutor meus, ut bene essem. et
ex eo sperabo in eum, et non in alium, et merito in eum sperabo
quia tu es protector meus, contra insidias temptatoris, et cor-
nu salutis mee, id est potentia salutis, contra insidias damp-
nationis. Susceptor meus per gratiam a laqueo peccati. laudans
gratias agam pro preteritis, invocabo dominum pro futuris, et sic
indemnis sperando ab inimicis meis, scilicet demonibus vel malis
hominibus, salvus ero, secundum illud: Omnis qui invocaverit
dominum salvus erit. Et necesse est laudare et invocare, quia
circumdederunt me undique dolores, non pro rebus mundi, sed
mortis, id est dyaboli, per quem mors intravit in orbem terrarum. et
torrentes iniquitatis, id est habundantes iniquitates rapide ad
modum torrentis, conturbaverunt me, propter sensum legis con-
trarie in membris meis. Dolores inferni, id est peccata, que sunt
materia infernalis doloris, circumdederunt me, per concupiscen-
tiam et cupiditatem, quibus repletus est mundus. Preoccu-
paverunt me laquei mortis, id est originale peccatum et fomes
attrahit per inclinationem, et ligavit me prius quam peccarem
per actum mortalis peccati. Sed in hac tanta tribulatione
mea, id est necessitate, invocavi dominum, quod est unicum in
adversa remedium, et ad deum meum, non ad alienum clamavi,
iuxta illud: Ad dominum cum tribularer clamavi. Et deus

Osee iiii. Maledictum mendacium
furtum homicidium
adulterium inundaverunt
et sanguis sanguinem
tetigit.

meus quia misericors est exaudivit de templo sancto suo. i.
de celo vocem meam. i. orationem, et clamor meus. i. intensa
oratio, facta in conspectu eius. i. in consciencia pura non ficta,
introivit in aures eius. i. exaudita est, tamquam gratus
nuncius. Iuxta illud. Eccli. xxxv°. Oratio humiliantis se
nubes penetrat, et donec propinquet non consolabitur, et
non discedit donec aspiciat altissimus. Commota est. q. d.
exaudivit me dominus filium in carnandum in mundum mit
tendo, et tunc commota est terra. i. terrenum scilicet peccatores ad
penitenciam interius, et postea contremuit, exterius per
partes per signa exteriora. Necesse enim est ut predicacionem
iudicis tremant peccatores, et fundamenta montium. i. spes et
presumpcio superborum in sanctis conturbata sunt et commota sunt. quia
spes mundi cum presumpcione non habent solidum fundamentum
in cordibus hominum, postquam per contemplacionem viderint
iudicium dei occultum, quod est abissus multa, quoniam iratus
est eis. i. quia innotuit eis ira dei. Unde, Montes sicut
cera fluxerunt a facie domini. Ierem. xxxi°. Postquam ostendisti
michi percussi femur meum. Ascendit fumus. i. postquam inno
tuit eis ira dei, elevata est ad deum lacrimosa peticio pe
nitencium. In ira eius. i. postquam in cogitacione previdit pe
nam iudicii extremi. Et post. ignis caritatis fervide ex
arsit. i. inflamatus est, a facie eius. i. a noticia iudiciorum
eius. Iuxta illud. Ignem veni mittere in terram, et quid
volo nisi ut accendatur. Carbones succensi sunt ab eo. i. illi qui
iam per peccatum mortale extincti erant, a calore dileccionis
dei, et nigri sine luce iusticie, rursus accensi et illumina
ti ab eo scilicet Christo veniente per incarnacionem. Vel modo per predi
cacionem, vel per inspiracionem gracie salutaris. Sed unde venit
utique venit. Quia. Inclinavit celos. i. se verbum. et descen
dit in mundum carne indutus. Vel sic carbones succensi
sunt. et quomodo hoc. Inclinavit. deus pater. celos. i. humiliavit
celestia. misso filio, et descendit, in uterum marie, assumens
quod non erat, et manens quod erat, et tunc inclinavit
celos. i. angelos humane nature in Christo subiciat. et caligo

Inclinavit celos et descendit. i. contemplacionem iubet condescendere infirmis in predicacionibus et conversacionibus ut intelligi possit. Vel inclinavit celos. i. predicatores ad tollerandum iniurias et descendit ipse deus cum eis, quia ipse patitur in eis. Unde Venio romam iterum crucifigi. et caligo sub pedibus eius. i. tenebrosi persecutores sunt sub eius potestate, tantum faciunt quantum permittuntur.

Descendit, non per loci mutacionem sed per effectus exhibicionem, qui malos punit, et bonos liberat.

sub pedibus eius. i. dyabolus qui mentes obnubilat ab
hominibus diuina virtute conculcatur. Et ipse qui humiliatus
descendit. ipse idem ascendit. super celos qui videlicet viden-
tibus apostolis eleuatus est. Ascendit inquam super cherubin. quod
interpretatur plenitudo sciencie. quia omnem sciencie plenitudinem
excessit. Nullus enim apprehendit hoc archanum quod caro mor-
talis et crucifixa. sic est exaltata. et volauit. fama eius
volauit. Hec geminacio verborum nimiam celeritatem significat. quia
per totum mundum fama fidei eius celerrime cucurrit. Unde
et subdit. super pennas ventorum. i. velocius quam ventus quo in
rebus velocius non inuenitur. quia mox natus in oriente
magis innotuit. Unde velociter currit sermo eius per apostolos
quorum vox predicacionis in omnem terram exiuit. et quamuis
velociter innotuerit. tamen posuit. i. ab eterno ordinauit
tenebras. i. misterium assumpte mortalitatis latibulum
suum. i. maiestatis sue velamentum quod nobis ymo et
angelis est incomprehensibile. quod tunc aperiet. quando videbitur
eum sicuti est. et medio tempore. tabernaculum eius. i. ecclesia mi-
litans est. in circuitu eius. per misterium suum fideliter ei adheren-
do. que modo et si non per speciem. tamen per fidem et spem cum
contemplatur. quia tenebrosa aqua in nubibus aeris. i. ob-
scura doctrina. in lege et prophetis. de quibus dicitur ysa. v.
Mandabo nubibus et pluent super eam ymbrem. De quibus
adhuc subditur. pre fulgore vna dicto. i. prefulgide. nubes. i.
apostoli et successores eorum fulgidi caritate et aqua sapiencie
repleti ad irrigandum dura corda infidelium. in conspectu eius
racione familiaritatis xpi. vel racione fidei. Sicut propheta
dixit. Viuit dominus in cuius conspectu sto. transierunt. velociter
neminem salutantes nulli adulantes nichil in mundo con-
cupiscentes. mundum sibi et se mundo crucifigentes. et illis
transeuntibus in predicando processerunt eorum grando. i. verba
obiurgatoria et comminatoria ad terrendum et carbones
ignis. i. verba inflammancia caritate ad resoluendum et lique-
faciendum dura corda peccatorum. Unde exo. ix. Grando et ig-
nis pariter ferebantur. pro. posuit pluuias eorum grandinem

ignem comburentem in terra ipsorum. Et per eas scilicet nubes intonuit dominus de celo, id est qui habitat in celis, intonuit per se et suas ingenciam misteria de virtute fidei. Vel. Intonuit penas eternas malis comminando. Et altissimus dedit vocem suam premia celi iustis promittendo. Quia suavis dominus nichil terroris est in eo. Iuxta illud. Sonet vox tua in auribus meis. Et illud. Gustate et videte quoniam suavis et cetera. Et hoc est quod sequitur. grando quo ad comminationem. et carbones ignis quo ad promissionem premii inflammantes ad caritatem. Et dominus etiam misit sagittas suas id est predicatores eius qui non ausu temerario currebant. Iuxta illud. Quomodo predicabunt nisi mittantur. qui fuerunt et sunt pennati virtutibus. et veloces. et expediti per contemptum omnium terrenorum. Et dissipavit eos ad quos missi sunt per conversionem et contritionem. Fulgura multiplicavit. id est miracula. Et conturbavit eos per stuporem qui visis mirabilibus dixerunt viri fratres quid faciemus et cetera. Et apparuerunt fontes aquarum id est per conversionem hominum apparuit veritas predicatorum. Et revelata sunt id est manifestata fundamenta orbis terrarum occulte sententie prophetarum. Christo enim veniente et docente per se et per suos occulta scripturarum revelata sunt. quod significat ecclesia quia in pascha revelat que in quadragesima tenet velata. Sed o domine hec facta sunt ab increpatione tua id est virtute tue predicationis qua docebas exterius. que non sufficeret nisi adderetur reliquum scilicet et ab inspiratione spiritus ire tue id est tu inspirabas interius timorem quo per penitentiam vitaretur ira tua qua condempnas impenitentes. Ecclesia vel anima fidelis considerans beneficiis collatis sibi a deo gratias agens dicit. Deus pro sua bonitate misit de summo celo vel corde suo filium suum et per eum spiritum sanctum. et accepit me scilicet ecclesiam vel animam fidelem in sponsam. Iuxta illud osee. Sponsabo te in fide. Et assumpsit me de aquis multis id est de multitudine populorum et gentium per electionem. Unde ego scio quos elegerim. Vel de multitudine peccatorum per remissionem. Unde dimittuntur

tibi peccata tua. Vel de multitudine tribulacionum per excepcionem i.
vnde, cum ipso sum in tribulacione. Eripuit me dominus. i.
quadam vi rapuit, quia fortior prevaluit. eripuit inquam
de inimicis meis fortissimis, i. concupiscenciis carnalibus
Iuxta illud Eccli. Si prestas anime tue concupiscencias
suas, faciet te in gaudium inimicis tuis, s. demonibus
in extremis: ffortes inimici sunt homines, fortiores demo-
nes, fortissimi concupiscencie interiores, et tales inimi-
ci, tamquam domestici plus nocent. et ab hiis qui oderunt
me. s. tirannis vel demonibus vel concupiscenciis, quoniam
confortati sunt super me. propter negligenciam meam vel igno-
ranciam, vel pravitatem, que ex fomite peccati procedit. preve-
nerunt me. q. d. ex hoc confortati sunt super me, quoniam prevenerunt
me. i. antequam intelligerem. irruerunt, et prevaluerunt in me.
in die afflictionis mee. i. in hoc tempore presentis miserie, quo. s.
mortale, et onerosum corpus gero, temptamenta sencio,
et mortem expecto, et in hoc factus est dominus protector meus
contra miserias et voluptates. Et. dominus eduxit me de an-
gustiis tribulacionis et peccati. in latitudinem. spiritualem, que
est caritas, et in libertatem spiritus, per mala enim crebrescencia.
dilatat dominus caritatem, Ecclesia namque crevit per persecucionem tir-
rannorum, quod figuratum est. Exo. i°. Quanto plus opprimebant
egipcii filios israel, tanto magis multiplicabantur; saluum me
fecit. per fidem et dileccionem, transferendo ad salutem. et hoc
factum est, quoniam voluit me. i. suo beneplacito non meo meri-
to, antequam ego vellem enim, prevenit me misericordia sua gratis. Et
retribuet michi. hic imponitur qui dedit gratis fidem, et
caritatem, retribuet. inquam. secundum iusticiam meam. i. pro
bona voluntate, quam ipse michi dedit per misericordiam suam, ut
vellem bonum, et eciam, retribuet michi. secundum puritatem
manuum mearum. i. factorum meorum, que ipse dedit, ut facere
educendo in latitudinem. Quia custodiui. q. d. ex eo quod iustus
ex fide, et purus in opere sum ex gracia sua, eciam ex dono
sue bonitatis. custodiui vias domini. quo ad iusticiam fidei
nec impie gessi. recedendo. a deo meo, per opera mala. Quoniam

Vel sic. Iusticia mea fides
mea, iustificans me. puritas
manuum mearum, opera ex caritate
procedencia, et hec sunt a deo, ergo
deus sua dona in nobis remu-
nerat.

Vel sic, Quia custodiui vias
domini nec impie gessi a deo meo.
i. precepta caritatis que sunt
vie dei implevi. et ad
mala facienda non
declinavi.

Racio quare duo sunt iudicia in presenti scilicet prosperitas malorum / et afflictio bonorum et duo in futuro scilicet remuneratio iustorum et condempnatio malorum / et hec placuerunt michi quia iusta sunt /

Omnia iudicia eius .i. ordinationes et disposiciones / temptationes flagella probandorum in conspectu meo, sunt semper per consideracionem perseverantem. Et iusticias eius .i. executiones iudiciorum / quibus alios saluas / alios condempnas, non repuli a me .i. non reprobaui ymmo approbaui et laudaui quia placuerunt michi. Vnde infra. Iusticie domini recte letificantes corda / Vel sic. Iusticias eius non repuli a me, iusticiam deserendo, Et ero immaculatus cum eo, .i. ei adherendo ero purgatus / et deinceps obseruabo me diligenter / ab iniquitate mea preterita / ne cadam recidiuando in peccatum Et retribuet. Supra dixerat retribuendum pro latitudine fidei et caritatis in presenti / quibus fuit dotatus / hic agit de futuro et dicit. Et retribuet michi dominus in futuro / secundum iusticiam meam. et secundum puritatem manuum mearum .i. pro iusticia et puritate mea / in qua perseveraui usque in fine et propter illam longanimitatem retribuet michi in conspectu oculorum eius .i. in eterna vita ubi deus videt, non in presenti, ubi homines vident / quia illud eternum, hoc temporale / Et ne gloriari possit iustus et purus / tamquam ex se haberet bona sua / dicit in sequentibus / Cum sancto. ostendit quo habetur gratia / quia ex deo / et dicit. O domine qui es sanctus ex te. eris cum sancto, adiuuans scilicet / in sanctitate et gratia et qui es innocens. xps in tota vita tua sine reprehensione eris cum innocente. te imitante / eum conseruando. et cum electo electus eris .i. ab eo quem tu eligis eligeris. Iuxta illud. Ego scio quos elegerim. et illud. Elegit nos ante mundi constitucionem, et cum perverso perverteris. non effectiue / sed permissiue .i. sinis perverti. Iuxta illud. Ego indurabo cor pharaonis. Vel ut hec intelligantur secundum communem cursum hominum / quia ex conuictu bonorum boni efficiuntur / et ex conuictu malorum mali / Tales enim efficiuntur ut frequenter qualium utuntur societate. Iuxta illud. Qui coicat superbo induet superbiam / et illud. Qui tetigerit picem / inquinabitur ab ea. Aliter tu perversum humilem, scilicet innocentem et clam /

salutis faciens. in presenti visitando, et in futuro plene a malo
liberando, et oculos superborum, qui ignorantes dei iusticiam,
suam volunt constituere, humiliabis. hic confundendo, et ibi in infer-
num deiciendo, quia superbis resistit, et graciam et cetera. Quoniam tu
illuminas. q. d. tu qui sanctificas sanctos, et eos suas innocen-
tes precor. domine deus meus. qui illuminas lucernam meam.
i. apostolos et predicatores, in quibus fuit et est, hodie lux. i.
cognicio veritatis, qua alios illuminant precor. illumina etiam
tenebras meas. i. eos qui adhuc sunt obscuri, ignorancia
veritatis, qui licet sint tenebre propter peccata, tamen sunt mei
predestinatione. Vel sic. Quoniam tu illuminas lucernam meam. i. das
cognicionem sancti, quia nostrum lumen non est ex nobis, sed a te.
quia lucerna lumen habet aliunde. illumina tenebras meas.
i. nos peccatores, qui adhuc in peccatis sumus, nescientes introitum
et exitum nostrum. Quoniam in te. q. d. merito est rogandus, quoniam
in te. i. per te. eripiar a temptacione. dyabolica mundana et car-
nali. et in te deo meo, non in meis viribus, transgrediar
murum. i. obstaculum peccatorum, que impediunt ire ad deum. Unde ysaias
peccata vestra diviserunt inter vos et deum vestrum. deus meus
q. d. vere in te o deus eripiar a temptacione. quia deus meus
simplex. eripiet me. et impolluta via eius. i. talis est quod non
incedit per viam immundam, quia non venit ad homines, nisi mun-
dos via per fidem, nec venit ad deum, nisi per viam rectam
bonorum operum. Iuxta illud. parate viam domini, rectas fa-
cite semitas eius. Eloquia domini. i. doctrina evangelica, igne
examinata. i. spiritu sancto probata, et eos qui eam predicant
tribulacionis igne probat. sicut aurum, sed non deficiunt, quia domine
tui eloquia proferunt, protector est omnium sperancium in se. non in
suis meritis, quia hic eos liberat a contradictionibus malorum,
et in futuro a penis peccatorum, et insuper coronat gloria beatorum.
Et ex quo tanta facit nobis dominus, est ei fideliter adherendum.
Unde et dicit. Quis deus alius est. preter dominum. cui servimus?
aut quis deus preter deum nostrum, quem in premium expectamus. Deus
qui precinxit me virtute. i. armavit me fortitudine virtutis

. est vox ecclesie.

Murum hunc. ab adam cepit edificari et totum genus humanum consummare duris lapidibus. i. criminibus non cessat exaltare, hunc murum destruere non possumus in hac vita, sed per peccati dolorem et penitenciam transilire.

Nota

ad bellum spirituale. in parte similitudine corporalis belli / ad
quod armantur corporalibus instrumentis bellatores / et po=
suit. i. determinauit immaculatam viam meam / scilicet fidem
tectam per quam venit ad me deus / et caritate per quam ego
ad deum venio. deus precingit ecclesiam suam / vel fidelem
animam virtute, dum mentem eius in desiderium superne patrie
colligit / ne defluat ad seculi cupiditates. per quas mandatorum
via / et gressus impediantur. Nota quod spirituale cinctorium
multiplex est. primum continencia a superfluitate voluptatum
Luce xii°. Sint lumbi vestri precincti / lumbos enim precingimus
dum carnis luxuriam per continenciam coartamus / Secundum
abstinencia a superfluitate ciborum / hec est zona helye / iiii°
Reg. i°. Vir pilosus est / et zona pellicea accinctus renes.
Tercium iusticia a superfluitate accionum, ysa. xi°. Erit iu
sticia cinctorium renum eius. Quartum sapiencia a superfluitate co=
gitacionum et verborum. Apok. i°. precinctum ad mamillam
zona aurea. Qui perfecit pedes meos. i. perfectos facit
affectus meos / unde aug. pes anime amor est. tamquam cer
uorum. ut velociter iam ad deum transiliendo / spiritus p
sencium diviciarum foveas deliciarum / montes honorum. et
super excelsa statuens me. i. intencionem meam firmavit / ad
celestia cogitandum et amandum / Qui docet manus
meas ad prelium. i. ipse est / qui dat michi prudenciam / in
expugnacione viciorum / et dicit notanter manus non linguam
quia magis est necessaria factorum quam verborum. unde apostolus.
Non enim est regnum celorum in sermone. sed in virtute. et po
suisti ut arcum ereum brachia mea. i. dedisti michi inflexi
bilem bonorum operum intencionem. Et dedisti michi protectio
nem salutis tue. i. dedisti michi protectionem me saluantem
quia non sufficiunt predicta / nisi assit protectio dei conser
uantis. et dextera tua. i. fauor gracie tue suscepit me. scilicet
ad refocillandum post bellum. secundum illud. Venite ad me omnes
qui laboratis / protexisti quidem / sed non ita absolute / ut
nichil paterer / sed ut per passiones erudirer. Dicit ergo sequitur
et disciplina tua. i. correctio per tribulacionem vel molestiam /

infirmitatis vel flagellorum correxit me. i. duxit in finem
debitum, quo tibi inhereat. et disciplina tua. i. experien-
cia tribulacionum vel temptacionum. ipsa me docebit ad me-
liora promouendo, quia qui non est temptatus qualia scit,
Et in hiis omnibus non angustiabor, sed exhilarabor,
Unde sequitur, dilatasti per caritatem que est latum mandatum
gressus meos. i. actus caritatis. vel affectus meos, for-
mando eos ad caritatem. et non sunt infirmata per mala
mundi vestigia mea. i. exempla viuendi, que sequacibus
meis reliqui, ex hoc patet quod tribulacio est correctio et Nota
doctrina, et dilatacio et confirmatio, Et sic dilatatus
persequar inimicos meos. spirituales, et carnales affectiones
et comprehendam illos, ut absumantur, et non procedant ad illaque-
andum. et non convertar ab hac intencione. donec deficiant
amplius non rebellando, et racione non obruendo, Penitus
enim deleri concupiscencia vel cupiditas de corde non potest
quamdiu viuit homo, sed semper persequenda sunt hec vicia, et
subiugenda. Juxta illud. hee sunt gentes, quas reliquit
dominus, ut erudiret in eis israhelem, Unde milicia est vita
hominis super terram. Confringam illos, scilicet motus et affectus
carnales per repugnanciam Juxta illud, Castigo corpus me-
um et in servitutem redigo, nec poterunt stare. i. non
durabunt contra fideles pugnatores, sed cadent subtus
pedes meos, quia desideria futurorum bonorum preualent omnibus
temptacionibus carnis. Unde Josue x°. ponite pedes vestros
super colla quinque regum istorum. i. per ducitur amor dei. quinque
sensibus affectionum carnalium, et hoc totum facio, quia
tu domine deus, precinxisti me virtute ad bellum. i. fluxa deside-
ria carnis virtute restrinxisti, ne in pugna impedirer,
et supplantasti. i. sub plantis meis dedisti, insurgentes
in me, hostes exteriores, et interiores, et inimicos meos
carnales scilicet motus, vel spirituales, dedisti michi dorsum
ut iam non resistent michi in faciem, sed sequerentur per
temptacionem iuniorem, cui facile possit repugnari, et
odientes me. i. permanentes in odio, obdurati scilicet demones,

dispdidisti. i. anichilacione ppetua eodem punasti. Vel ut dicta
superiora intelligantur de pugna ecclesie cum tirannis. quos
vicit per dilatacione caritatis et per paciencia. Vel cum hereticis
quos per racionem fidei supplantauit, et quia in malicia
odii perdurauerunt, dispdidit eos, et a facie veritatis fuga-
uit, in tantum quod nisi in abditis occultant facta iniquitatis
sue. quia tirrani vel heretici in tribulacione positi Cla-
mauerunt ad dominum. de quo prius senserunt. nec exaudiuit
eos. i. non indicauit eos dignos exaudicione. quia non
recedunt a malicia sua. et propterea. Comminuam eos. i. ad
vilem statum redigam. ut puluerem ante faciem venti. i. au-
feram omnem virtutem fortitudinis eorum, ut cedat omni
vento doctrine, quorumcumque phylosophorum, et ita aridi et dissipati
erunt, sine pluuia doctrine diuine et gracie dei, ut elati
et inflati superbia sua, a firma spe, cui deberent inniti, tamquam
puluis a facie terre capiantur. et. ut lutum platearum delebo eos.
quia per lata mundi lupaniantes, fetor eterne mortis deuo-
rabit. Eripies me. o domine deus, sponsam tuam ecclesiam
videlicet. uel animam fidelem positam in medio malorum. Eripi-
es me de contradiccionibus populi. i. de questionibus impugnan-
tibus fidem, et per victoriam, quam facies per me. Constitues
me. i. firmum me ostendes, in caput gencium. i. subiugabis
gencium multitudinem fidei, et christiane religioni. Populus
quem non cognoui. seruiuit michi. In quo ostenditur exaltacio
gencium que crediderunt, et humiliacio siue deieccio. Iudeorum
hereticorum, et tyrannorum, qui in sua duricia obstinati. per-
manserunt et dicit. populus. scilicet gencium. quem non cognoui. i.
quem non visitaui corporaliter. nec per prophetas, ac si enim non
cognoscerem. seruiuit michi. seruicio latrie in me credendo
et adorando. in auditu auris obediuit michi. quia statim
ut audiuit de me eciam predicari, humiliter obediuit. Unde
Gentes quas nesciebas vocabis, et gentes que te non
nouerunt ad te current. Sed filii. i. iudei, qui fuerunt filii
Iuxta illud, filios enutriui. et exaltaui. Facti sunt alieni
propter malam vitam. mentiti sunt michi. Iudei prius, sed

per infideli[...]
vel sic fili[...]
mei dic[...]
sed. alien[...]

postea xpiani non seruauerunt pactum factum in baptismo. filij quondam mei · alieni · i · dyaboli · inueterauerunt · i · in veteri homine obstinati remanserunt, quos veneram innouare. et claudicauerunt a semitis suis. Iudei nouum testamentum respuendo, et vetus non tenendo, falsi autem xpiani claudicauerunt a semitis suis, nunc bene incipiendo, qui vno pede erecti, nunc declinando ad partem iniquitatis, qui altero pede deiecti, contra quos dicit propheta, vsque claudicatis in duas partes. Viuit dominus, vbi ecclesia exultans, summatim munera dei laudat et dicit. Viuit dominus omnia viuificans, et viuit presens in corde meo per fidem, et benedictus dominus deus meus, qui omnia replet benedictione, et exaltetur deus salutis mee · i · laudetur solus qui saluat me a periculis sua bonitate. Tu domine deus merito es laudandus, qui das vindictas michi · i · das michi potestatem ligandi rebelles, et soluendi humiles. Vel vindicas me de inimicis meis hereticis vel tirannis. et subdis populos sub me mundanos conuertendo. Iuxta illud. Iere. i°. Ecce constitui te super gentes et regna, et ys, gens et regnum quod non seruierit tibi peribit. et tu es liberator meus, de gentibus iracundis · i · ab impijs valde feruentibus in persecucione mea, in quo magna est gloria tua, et ab insurgentibus in me, i · ab impijs tirannis siue hereticis, qui modo insurgunt contra me per oppressionem et fraudem, in futuro plene exaltabis me · i · in alto constitues. vbi non valeat michi nocere. A viro iniquo · i · dyabolo vel antixpo, qui anthonomastice dicitur iniquus. eripies me ipsum occidendo, et me liberando. propterea · i · propter illa beneficia. confitebor tibi · i · laudabo te, in nacionibus · i · omnibus gentibus. et nomini tuo psalmum dicam · i · voce laudis vocem operis coniungam, vt sic fidelibus et infidelibus innotescat. Quia tu deus pater es · Magnificans · i · magnas ostendens salutes regis eius · i · xpi · quas salutes dat credentibus in se. Et deus pater est faciens misericordiam xpo suo dauid · qui est manu fortis · liberator suorum captiuorum, et semini eius · i · eis quos credentes per eum genuit, vsque in seculum · i · ad finem · q · d · magnam misericordiam facit deus pater omnibus credentibus

iij · Re · xviij ·

Vel loquitur more antiquorum qui nouo regi acclamabant dicentes viuat rex.

ad secreta dei
celant in eis.
Celi dicti sunt apli in quibus lucet
sol iusticie, splendet luna sue
micant stelle virtutum, cho-
ruscant fulgura signorum.
tonant tonitrua
predicationum, ma-
nant ymbres scrip-
turarum.

Celi dicti sunt qui celsi
i. alti.

Unde apls. Sapiam
loquimur inter per-
fectos.

In ps. prof. et
...

Vel in sole i. in aperto tabnaculum
vel in sole i. in tempore
mutabilitatis
qua facit
sol

eorum. in hoc quod eos saluat cum omnibus sequentibus usque
in fine seculorum. Sequitur.

Celi enarrant gloriam dei. Intencio ps. istius est mo-
nere nos ad fidem xpi accedere. et loquitur de xpi in-
carnatione. et aplorum predicatione. et primo ad litteram. Celi
enarrant gloriam dei. i. o. ma. ei an. f. De celo rege nato stella
noua missa est. ortum sui nunccians regis. Sed mistice sic.
Celi. i. apli. in quibus tamquam in celis habitat deus. enarrant.
i. euidenter prediant. gloriam dei. i. diuinitatem in xpo. et opa
manuum eius. i. passionem. annunciat firmamentum. i. predicat
vniuersalis ecclia. firmata supra firmam petram. Non
sunt omnia dicenda omnibus. sed discrete est agendum. Unde
dicitur. dies diei. i. clari claris. sancti sanctis. eructat. qui de pleno.
verbum. i. sapiam dei. ex patre genitam. deum de deo. et
nox nocti. i. iidem apli per condescensione carnalibus et
grossis. indicat predicando scientiam. i. cognicionem de humanitate.
Vel sic. dies diei. eructat verbum. et nox nocti indicat scienciam.
quia doctrina eorum continuatur diebus ac noctibus usque ad
finem mundi. Et hoc fit tam mirifice quod non sunt loquele.
neque sermones. i. lingue nacionum. quorum scilicet sermonum et
linguarum, non audiantur voces eorum. quia omnium linguis loquebantur
apli sancti. Et ideo. In omnem terram. i. in omni eius parte
exiuit sonus eorum. i. fama predicatoris eorum. et in fines orbis
terre. i. in extremis angulis eius. verba eorum. i. epistole scripte
per eos. Sed predicacio eorum erat. ad hoc intimandum quod al-
tissimus. In sole posuit tabernaculum suum. i. in manifesto ondit
assumptam carnem suam. quia qui inuisibilis est in sua
gloria. visibilis factus in carne nostra. et ipse tamquam sponsus
ecclesie sancte copulatus. procedens in natiuitate de talamo
suo. i. de vtero virginis. in quo sunt hec nupcie celebrate.
Ibi enim amatissimus deus habitat confidenter. Ecce humilis
erat xps in nostra. sed fortis maiestate. Unde subditur. Exulta-
uit. quia labores huius vite voluntarie non inuitus sus-
cepit. ps. Non contristabit iustum quidquid acciderit illi
ad currendam viam huius mundi non diu habitandam

sed velociter transgrediendam. Unde Jere xiiii. quare quasi colonus
futurus es in terra, et quasi viator declinans ad manendum.
ut gigas. quia fortiter et infatigabiliter attigit enim
a fine usque ad finem fortitudinem humanam naturam fortitudine
superans, propter quod giganti comparatur. A summo. ecce
via quam currit, quia a summo celo. i. ab occulto, scilicet
a patris equalitate, a summa videlicet trinitate egressio eius. i. gene
racio non temporalis sed eterna, qua nascitur ex patre, qui in
tempore factus est homo. Unde. exivi a patre meo, et veni
in mundum. et occursus eius, scilicet facti hominis, usque ad summum
eius. scilicet celi, usque ad patris equalitatem. Unde. Iterum relinquo
mundum, et vado ad patrem. nec est qui se abscondat a ca
lore eius, a spiritu sancto, quem apostolis misit in specie ignis
a quo nullus abscondi potest, quia omnia occulta novit, ut
possit mundum arguere de peccato. iudicio et iusticia. Lex domini
data per spiritum sanctum. est immaculata, vetans omnem maculam
convertens animas. revocans a peccatis. testimonium domini. i. eadem lex
fidele. i. fidedignum et credibile. sapientiam. i. dei cognicionem. prestans
tans parvulis. i. humilibus non superbis. Justicie domini sunt recte
letificantes corda. ex spe premii, non terrentes timore pene, ut
faciebat lex vetus. preceptum domini. datum per Christum. lucidum
sine ullo carnalium observanciarum obstaculo. illuminans
oculos. interioris hominis. Timor domini. est. sanctus. non ille
quo declinatur a malo propter penam, sicut timet servus, sed
ille quo filii faciunt bonum ex caritate, eciam si pena non
esset. de illo dicitur, tremunt potestates. i. diligunt et reverentur.
et hic timor. permanet in seculum seculi. quia nunquam excidet cari
tas, sed fructus eius permanet in eternum. Judicia domini pa
tris, qui non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio, sunt
vera. quia sine munere, sine personarum accepcione Christus. est verus, non
fallit quemquam. iustificata in semetipsa. quia non egent
alterius auctoritate. ut firma habeantur. Et quia talia sunt
iudicia. Ideo sunt. desiderabilia multum. super aurum et lapidem preci
osum, vel sunt desiderabilia. super aurum multum, vel super aurum
et lapidem multum preciosum. i. super omnes pompas seculi.

Vel lex domini. i. caritas per Christum
data est immaculata. quia
facit immaculatos et ipsa
est testimonium domini fidele,
quia per eam dinoscuntur filii
dei a parvis, et ipsa dat
sapienciam humilibus, ipsa
est iustificacionis et le
tificacionis corda ha
bencium eam.

scilicet diuitias et potenciam que significantur in auro et la-
pide precioso, per quibus sepe a mundanis iudicia dei contempnuntur
vel timentur vel non creduntur. Et hec iudicia domini sanctis sunt
dulciora super mel et fauum, id est super omnem dulcedinem carnalis
voluptatis, quod patuit in Martino et Benedicto, Gregorio
et Augustino. Iuxta illud psalmiste: Quam dulcia faucibus meis
eloquia tua super mel etc. Et enim seruus tuus, id est fidelis anima
custodit ea, que sunt eis modo dulcia, postea salubria, et
in custodiendis illis, scilicet iudiciis, retribucio multa, eterne
iocunditatis, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec
in cor hominis ascendit. Hec iudicia et iustificaciones dulces sunt
in custodiendo. Sed timeo ne quibusdam viciis preoccuper, et
minus eam custodiam. Et illa delicta occulta quis intelligit
omnia. Nullus, quia sicut tenebre oculos obuoluunt ne videant,
ita delicta mentem non sinunt videre lucem vel seipsam. Ideo orat
ut possim videre et intelligere et te laudare, o domine munda
me ab occultis meis, id est a peccatis originalibus siue actualibus,
que ex me oriuntur per cupiditatem vel concupiscenciam, et me inqui-
nant, que occulta sunt, quia adhuc non exeunt in actum. Et ab
alienis parce seruo tuo. Aliena sunt, que suadente dyabolo
vel hominibus committo. Vel que in aliis per silencium consencio
et fieri permitto, de quibus dicitur Ecclesiastici vii°. Non alliges tibi peccata
duplicia. Ab illis rogo, parce seruo tuo, id est humili non superbo, non
libero, sed seruo tuo, tolle de corde meo malam cogitacionem,
et de foris malum persuasorem. Quia si mei non fuerint dominati
dyaboli persuadentes, et homines attrahentes ad occulta et
aliena, tunc ero immaculatus in hac vita. Vel sic: Si mei
non fuerint dominati, scilicet motus interiores impellentes ad peccatum,
et licet senciam, tamen si non consenciam, tunc immaculatus ero,
ab omni macula criminali, et si non ab omni culpa veniali,
quia non nocet temptacio vel carnalis inclinacio, cui asse-
sum non prebeo, sed prodest, quia pugna maculam purgat
et premium virtutis seruat. Et tunc emundabor a delicto maximo,
id est superbia, quod est ultimum redeuntibus ad deum, et primum
recedentibus a deo, quia non est maius peccatum quam apostotare.

Apostolus: Et non regnet peccatum in vestro mortali corpore, non dicit non sit, quod est difficile vel impossibile. Si dixerimus quia peccatum non habemus etc.

nota

a deo. quod fit p suppbiam. sicut patet in angelo et primo
homie. Et postq tuo adiutorio. ero immaculat et emudat
a suppbia. tuc eloquia oris mei erut. talia. vt coplaceant
in cospectu tuo. non in cospectu homi. Si aut no fuero mu-
dus. tuc eloquia mea placebunt in cospectu homi. no tuo
et dicet michi. quare tu enarras iusticias meas. et assu-
mis testametu meu p os tuu. Si vero mudus fuero. tuc
non solum eloquia. sed etiam. meditaco cordis mei. place-
bunt tibi. i. grata oracio. sancta cogitacio. vtilis erit p-
dicacio. dne adiutor meus. in bonis agendis. et redemp-
tor meus. in malis cauendis. Caueat ergo suppbia hu-
mana sibi ascribere. quidq boni facit. quia non nisi deo
adiuuate facit. Et si qu malum cauet. quia nisi sua clem-
cia custodiret deus. nullus vitaret pctm. ec.

Exaudiat te dns. Intencio est ps. induces eccliam 19
orare. p suis mebris positis in tribulacoe. et speci-
aliter p mtibus. qui p xpo paciut. Dicat ergo ecclia ipso
tribulato. domini. deus creator tuus. exaudiat te. ipse
martir. in die tribulacois. i. passionis. inter cruciatus
psecucionu. ptegat te nome dei iacob. i. xpiane pfessiois
meritu. in qua luctantes cum iniquitate. bndictione p
piut sicut iacob. Mittat tibi auxiliu. deus pater. de sancto
i. de filio suo. qui est scus scorp. ne deficias in penis. et de
syon tueat te. i. de altitudine fidei xpiane. et de merito
eius faciat te tutum. Memor sit ois sacrificij tui. q s. tpalia
tua paruipendens. omes facultates tuas dimisisti. et olo-
caustu tuu. i. oblacio corporis et aie. pinguefiat. i. acceptum
Tribuat tibi. deus pater. scdm cor tuu. scdm intencione
et desideriu cordis. quia intenco martiris fuit. omes reducere
ad rectam fidem. et ome cosiliu tuu cofirmet. quod deus
tuc facit. qn victoria tribuit mrtibus suis. Sequit vox mrm
inter cruciatus positorp. letabimr in salutari tuo. sperantes
quia p te saluabimr. et in noie dei nri. i. xpi. p que pater
innotuit mudo. magnificabimr. i. cofessio nois. tui. et
fidei magnificabit nos. i. magnos ostendet toti mudo et

Ptegat et c. i. virtus diuini
nois supplatet inimicos
tuos ante te.

Vel s. Memor sit ois sacrificij tui
i. sacrameti eukaristie p te ob-
lati. qd dr oe sacrificiu. qa
cotinet eminet virtute
oim sacrificiorum

Olocaustu. i. feruens desideriu. quo
p deo aggrederis mortem
piculum sit ei
gratum.

Letabimr. et c. tibi deo vic-
toriam tribuedo. et nobis
graciam et miam
optado.

celo / vox ecclie p mrtbus. Impleat dns omes petitones
tuas. peticiones mrm sunt / quas formauit xps in cruce
s. ne statuas illis hoc ad pccm / ut omes salui fiant / Et
tuc dicere potero / ego eccla vniusalis in fine mudi qn redde.
vnicuiqz iupta opa sua. nuc cognoui. veracit. sed prius in
enigmate. / qm saluu fecit dns xpm suu. i. ppłm xpianu p
xpm redemptum / sed et nuc in temptatone tribulatonis
dns. Exaudiat illu. s. ppłm dimicante p fide xpi. de celo
sancto suo. i. de altitudine mie sue / et ostendat. pter con-
fortatone pusillorꝝ. qui trepidat visis tormetis / q in po-
tetatibz dextere eius. i. in vtute xpi / qui vicit malignu
est salus. ome anime fideli / Vel sic. in potetatibus. i. i aplis
qui potentes erant scia et aucte. p eorꝝ pdicatone est. salus
dextere eius. i. saluat. qui ponendi sunt ad dextera iudi-
cantis / quia salus ex fide / et fides p vbum dei / Est etiam
salus sinistre eius / sed illa tpalis / transitoria et caduca /
de qua scribit. In sinistra eius diuicie et gloria
de hac sinistra subditur. Hij. qui no sunt de dextera qui no
sunt sui. in curribus. i. in volubilitate tpaliu successiui tra-
hunt et gaudet seculari potencia. Hij. i. alij. in equis. qui
gaudent supbie honoribus / et in hijs duobus generibus
cotinet malicia tocius mudi. s. voluptate quo ad delicias
supbia quo ad gliam vanam, Nos aut. q. d. illi sic. Sed
nos qui vrim et timdim. in noie dni inuocabim. spem
figentes in eternis / nec gliam mam querentes / sed dei /
Ipsi obligati sut, tpalibus laqueis / quibus inclinati sut
ad casum / quia habent vnde teneant. et ceciderut, a statu
gracie in pccm / et cum pcco in suppliciu, nos aut. a pcti
miseria, surreximus. p pniam. et erecti sum ad gaudia
eterna. Dne saluu fac regem. i. salua nos in victoria regl
mi xpi p quo patim. et exaudi nos in die qua inuocaue
rim te. i. in tpe tribulacois temptatonis et angustie. c.
Idem quoqz pt exponi de quolibet iusto tribulato. in plio
viciorꝝ. Rogat ut dns eum. in die tribulatonis et tepta
cois exaudiat / a pcco ptegat / auxiliu cotra iacula dyab.

Hij. i. infideles cõfidunt in vtute hũana

Nos aũt in diuina

mittat de syon .i. de ecclesia catholica fide eum muniat et ad
spem superne patrie eum dirigat. Sequitur
Domine in virtute tua. Intencione monet ut ecclesiam
per laudem christi ad benedictionem invitaret ad hoc ut
filii sui maledictum cibum devitarent. Verba sunt sumpta
ex eo qui post ruinam absolon regnum recepit et pro illo se perse-
quentem in graciam per fidem recepit et significat quod post ruinam
antichristi recipiet regnum patris et suos resorbebit ad graciam et
postea recipiet ad gloriam et inimicos condempnabit ad penam
Vox est ecclesie conuerse de gentibus agentis gratias quod in christo
omnium prophetarum desideria completa sunt. Dicat ergo sic. O domine
pater. Rex .i. christus quia rex regum et dominus dominancium. letabi-
tur in virtute tua .i. non in virtute sue humanitatis sed in virtute sibi
unite diuinitatis .i. verbi. et super salutare tuum .i. quia per eum
mundum saluas. exultauit vehementer. quia magnus amor
saluandorum est ei magna causa exultacionis. Iuxta illud.
Exultauit ut gigas ad currendam viam. desiderium anime eius
tribuisti ei .s. comedere pascha cum discipulis et pati pro
populo quod desiderauit. et voluntate labiorum eius .i. per
verba prolata. non fraudasti eum. Iuxta illud. Ego sciebam
quia semper me audis. quia quidquid dixit factum est. in sana-
do infirmos et resuscitando mortuos et demones effugando
Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. omnes alii preueni-
untur in amaritudine Ade. solus christus conceptus et natus
et vixit cum immunitate peccati et dicit. dulcedinis .i. ex gracia
patris. posuisti in capite eius coronam .i. dignitatem et hono-
rem regni. de lapide precioso .i. de multiplici virtute. vel senatus
ecclesia cum multitudine sanctorum quorum salus ascribitur vic-
torie christi sicut est in veritate. Vitam peciit a te. qui dixit
Clarifica me pater claritate qua habui etc. et tribuisti ei
non solum in persona capitis sed eciam membrorum quibus dedit
pater propter filium. longitudinem dierum. eciam in presenti quia
usque ad consummacionem seculi ecclesia durabit. et postea in seculum
seculi .i. eternaliter. gloriam et magnum decorem. in celo inpo-
nes super eum. quando omnes saluandi colligentur ad patriam

vel sic. preuenisti etc. .i. prius vel primus et plenius in eum munera graciarum contulisti cui non est datus spiritus ad mensuram. de cuius plenitudine nos omnes accepimus.

qui per filium gaudebunt se redemptos et salvatos. Quia da-
bis eum in benedictionem in seculum seculi. Ut per eum omnes gentes
benedicantur. et letificabis eum in gaudio cum vultu tuo. i. de hoc
erit speciale gaudium filii. quod sui fideles. in tui presencia gau-
debunt. Quia rex sperat. q. d. merito hoc gaudium fiet. Quia
rex. prius homo sperat in domino. non se ipso. et ideo in misericordia
patris firmatus. non commovebitur. i. nichil turbabit humili-
tatem eius. Inveniatur manus tua. q. d. et quia talis es
cum ad iudicium veneris. Inveniatur. i. cognoscatur. manus
tua. i. claritas potestatis tue. omnibus. i. ab omnibus
inimicis tuis. qui te in tua humilitate contempserunt. Unde
Bernardus. Cognoscetur dominus iudicia faciens. qui non est cognitus
iniuriam paciens. et dexteram tua. i. claritas regnantis
ad dexteram patris. inveniat. puniendos in iudicio. omnes
qui te oderunt. Iudeos et alios tirannos nominis ihesu persecu-
tores. et tunc. pones eos. i. in iudicio condempnabis. ut
clibanum ignis. ut intus in consciencia ardentes impietate
sua. Iuxta illud Ozee vii°. Omnes adulterantes. i. pecca-
tores. erunt quasi clibanus succensus a quoquente. Et illud
Vermis eorum non morietur. et ignis eorum non extinguetur.
in tempore vultus tui. i. in iudicio. quando iratus apparebis
iniustis. dicendo. Ite maledicti et cetera. Et hoc est quod sub-
ditur. Dominus in ira sua conturbabit eos. condempnacione diffini-
tiva. et tunc. devorabit eos ignis. infernalis. Sopho-
nias propheta. hunc ordinem iudicii previdit dicens. A pri-
ma porta erit clamor. et a secunda ululatus. Quasi
enim due porte sunt. visus et auditus. A prima. ergo
porta erit clamor. cum impii videbunt omnia mala
sua. propriis consciencijs eos accusantibus. Unde. Ecce
homo et omnia opera eius cum eo. A secunda vero porta
scilicet auditus. erit ululatus. i. dolor vehemens. cum au-
dient hanc sentenciam sue condempnacionis contra se pro-
latam. Ite maledicti in ignem eternum. et tunc devorabit
eos ignis. ut dicitur. Fructum eorum. i. mala opera. perdes de
terra. vivencium. et semen eorum. i. illos seduxerunt. perdes

a filijs hominum · i · non computabis inter filios regni ce
lestis / hec aut pena ideo erit illis · Quia declinauerunt in te
mala · i · mala tibi imposuerunt · dicentes / demonium hec ·
et huiusmodi plura / et ad hoc ut euaderent iudei malum
quod imminebat eis a romanis / si fidem xpi reciperent
ne scilicet tollerent locum eorum et gentem , cogitauerunt
consilia , dicentes / expedit uobis ut unus homo &c · que non
potuerunt stabilire , i · nomen xpi exterminare / et in sepul
chro ne resurgeret custodire · Quoniam , i · ex hoc / quod tam ma
liciose egerunt / non tantum illa predicta patientur in futuro /
sed et in presenti , pones eos dorsum , i · terga vertentes / ad hoc
ut timeant omnem hominem , et in reliquijs tuis · i · insequen
tibus paucis preparabis wltum eorum , i · expones eos / omni con
fusioni / que magis in wltu apparet / quam in alia corporis parte ·
Et concludendo dicit Exaltare domine · tu · qui humilem contempse
runt · Exaltare in virtute tua , eis te ostendendo / non ut gau
deant / sed ut timeant · videndo quem confixerunt / et nos semper
tui in presenti incipientes / et in futuro uirtute plene consumman
tes / Cantabimus et psallemus virtutes tuas · nota facientes
mirabilia tua uniuersis / Iste etc · psalmus posset
exponi de quolibet iusto / regnum suum bene regente / quoad
vires interiores / et sensus et actus exteriores / qui non
de se sed de deo / pro omnia confidit / propter quod coronatur in celo
et inimici eius s · demones puniuntur in inferno · Domine · deus in
virtute tua letabitur rex · leticia spirituali pro eo quod de dono tuo ·
bene rexit corpus suum sensibus suis / et animam cum pote u et actibus
ntijs suis , et super salutare tuum · i · xpm · exultabit uehementer
i · super omnia · desiderium cordis eius tribuisti ei · s · gratiam in re ·
et gloriam in spe / et uoluntate labiorum eius non fraudasti eum
quia uoluntatem timentium se faciet / et deprecationem eorum exau
diet / et hoc ideo / quia preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis
dando benigne gratiam orandi / et bene viuendi · Unde infra
Clamaui quia exaudisti me / quia deus illam oracionem
quam wlt exaudire inspirat / ut cum merito oretur deprecanti
posuisti in capite eius · que preuenisti in benedictionibus

corona, i. consummatione perfectionis, de lapide precioso, i. de soliditate virtutis. Vitam petiit a te. iste rex potius quam aurum i. gratiam
qua vinceret. et tribuisti ei. hilariter et celeriter in presenti
et longitudinem dierum in seculum seculi. i. gloriam perpetuam in futuro
huius regis est. o domine pater, magna gloria in salutari tuo
i. in christo. cui gratias agit de liberali communicatione celestium beneficiorum. Ideo subdit. gloriam et magnum decorem impones
super eum. in premio futuro. Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum
seculi. i. rex iste aliud officium non habebit, nisi deum deorum
benedicere in secula seculorum. et in hoc officio non gravabit. sed
letificabis eum in gaudio. inenarrabiliter cum vultu tuo. cum
quanto quis propinquior merito fuit, tanto iocundius gaudebit, quia clarius videbit. Quoniam. iste rex sperat fortiter
in domino. non in se, non in mundo. et in misericordia altissimi
non commovebitur. sed magis in ea et per eam confirmabitur.
Inveniatur manus tua. i. potencia tua christe omnibus inimicis tuis. ad puniendum adversarios et oppressores regis
huius. s. anime fidelis. dextera tua. i. filius ad iudicium veniens
inveniat ad perdendum finaliter omnes qui te oderunt. quia
qui filium non habet, nec patrem habet. et tunc. pones eos
per sentenciam diffinitivam. ut clibanum ignis. in volvendo eos
igne gehenne, in tempore vultus tui. i. in die quo ostendet iratum vultum suum. dominus in ira sua. ut eis videbitur iratus.
conturbabit eos per iudicium. et devorabit eos ignis. iehenne.
fructum eorum. i. imitatores nequicie. de terra viventium perdes
i. excludes. et semen eorum a filiis hominum. ab hereditate
christi et dei. Quoniam declinaverunt in te. i. contra te. mala, i.
peccata que sunt contra deum, et bonum dicit. declinaverunt. quia
sicut in gramatica, declinatio est de casu in casum, sic
isti declinaverunt de iusticia corruendo. de peccato in peccatum,
et tandem devenerunt in peccatum obstinacionis et contemptus.
cogitaverunt consilia que non potuerunt stabilire. quia repente
tolluntur de felicitate temporali, in qua cogitaverunt permanere
et prosperari. Quoniam pones eos dorsum. eos a te reiciendo. in reliquiis tuis preparabis vultum eorum, i. cum demonibus quos reliquit in inferno.

in vultu tuo. i. in aperta visione faciei tue.

prov. xviii. Impius cum venerit in profundum peccatorum contempnit

exaltare dn̄e i ṽtute tua. pacto iudicio reutaris. cū mitti=re electoꝶ ad celestia. cātabim⁹ ꝛ psallem⁹ ṽtutes tuas in celo. sicut dicit̄ infra. in templo eius hoc est in celo. om̄s dicet gloriam. ad quam nos pducat xp̄us ꝛ 12

Deus deus meus respice. Intencio hui⁹ ps̄ est describē passionē xp̄i. et nos formare ad cōpassionē. quia si compatim̄. et cōregnabim⁹. dicit ergo sic. o deus. om̄ generalit̄ p creacōm. deus meus. singularit̄ p cultum ex hūai[te] factum. vel geminat. deus deus. ꝓpter vehe=mētem affectum. respice in me. respectu mīe adiuuando. quare me dereliquisti. i. videris dereliquisse passioni expo=nendo. et hec ṽba dixit postea in cruce. hely ꝛc. longe a salute mea. corpali. quia nō fuit pseruatus a morte. et nota q̄ hec ṽba. quare me. ꝛc. et lōge. ꝛc. nō conueni=unt capiti sed membris. quia nō sūt iusticie. sed sunt verba delictoꝝ meoꝝ. delicta ꝓpri sua dicit. tum ꝓpter membroꝶ et capitis affinitatē. tum quia fecit ea sua p eis sustinēdo penam. In hebreo hēt̄. ṽba rugitus mei. quē fecit. qñ voce magna clamās expirauit. et hoc est q̄d subdit̄. deus meus clamabo p diem. quia hora nona clamauit. hely hely et c̄. et nocte precedenti similit̄ clamauit. d. pater si possibile est. transeat a me calix iste. et nō exaudies. sic clamātem. quia non expediebat nobis. et nō ad insi=pienciam michi. simple reputabit̄. quia et sc̄dm diuīitatē et hūanitatem. in hoc apparuit maxima sapīa eius. q̄ sic talis modus est inuētus. liberacōis hūane. vt homo qui corruit p supbiā. releuaret̄ p humilitatem. vel q̄ xp̄s loq̄t̄ ex psona veteris hoīs dicens. o. deus meus clamabo ad te p diem. p psp̄is ne inuitent̄. et nocte. contra aduersa. ne ei occurant. et nō exaudies. quia nescit quid petat. quia psp̄is excecat̄. et aduūsis erudit̄. et sic est michi vtroq3 vtile vnde subdit. et nō est hoc. ad insipienciā michi. sed ad sa=pienciā qua erudior. quō sit orandum. et p quo nō verb delictoꝶ ex desiderio tp̄alis vite. sed eterne. ex quo colligit̄ q̄ non audit deus ad voluntatem sed ad salutē ad instar peritī

et nō d[r] clamo sed clamabo appa[r]et q̄ ura insipi=encia lo=quat̄

media et clemētie .. Aliť incipiēdo breuiť dicať, deus deus
meus. hec sunt ūba que clamauit in cruce, Hely hely. q̄
re me dereliquisti, et hoc est, quod alibi dixit, lamazabathani
et ibidem declaraťr. quod psalmum istum de se scribi spū sancto
mandauit, longe. q. d. interrogas. quare respondeo, quia
verba. i. postulacio. delictorum meorum. i. mēbrorum meorum postu-
lancia mortem meam, sine qua non est eis salus. longe
a salute mea, corporali, i. sunt causa quare pacior, quia
sic per passionem sunt tollenda delicta meorum membrorum
Et nota. quod mea delicta dicit sua, nō ad habendū, sed ad
delendum, ut suam iusticiā faceret nostram, et quia longe
sunt, ideo clamabo ad te. qui es. deus meus per diē. quia
nulle in eo tenebre erāt, et nocte. i. in tribulacōe in qua
clamātes solet exaudiri, et tu. nō exaudies. me. quin
sinas crucifigi. Non enim auditus est xpc ad salutē
corporalem. Quare ergo peciit. quod nō obtinuit, ut tibi
formā in tribulacōe clamandi. ad dnm daret, et tuam
diuine subiciendi voluntatem, Quecumque enim secundum diuinitatem
et racōm voluit. facta sunt. Sed hic secundum affectum sensualitatis
pro temporali salute clamauit, quod nō obtinuit, propterea ait. cla-
mabo. et nō exaudies. et hoc non. erit. ad insipienciā. m̄.
sed ut sapienť redimaťr genus hūanū per humilitatē meam. quod
corruit per superbiam suam, Tu autem, q. d. dico. nō exaudies.
et tu. tu habitas in sancto. i. in me. quia deus erat in xpo
mundum reconcilians sibi, Tu dico, qui es. laus isrl. i. qui fa-
cis laudabilē te uidentem, In te sperauerunt. q. d. tu qui habi-
tas in me sancto, mirum est quod liberasti antiquos patres in te sperantes
ut in egipto oppressos. Tres pueros in babilone captiuos
Zusannā et ceteros patres. qui in te sperauerunt nō sunt confusi
clamauerunt et exauditi sunt, me autem nō audis, nec libe-
ras. unde subdiť, Ego autem sum vermis, propter abiectionē
et propter originis puritatem. et nō homo. tm̄, sed deus
Vel nō pecior ut uidetur a malis, obprobrium hominum. in sputis
colaphis et spinis. et abiectio plebis totius, dum pro me
latronem pecierunt dimitti, Ecce quanta patitur xpus.

vel in sancto. i. in temporo qui es sancte sanctorum.

cum patres fuerint liberati. Ideo de se humilia et abiecta dicit, ut
vel sic homo superbus humiliet(ur) et humilem imitet(ur). Omnes viden-
tes me Iudei pendentem in cruce deriserunt me. Iuxta illud
factus sum in derisum omni populo. Locuti sunt labiis. me
blasphemando. ait. vah qui destruis templum dei etc. et move-
runt caput. subsannando. et quasi comminando. et ironice dicendo.
Speravit in domino patre suo. eripiat eum. ait. Confidit in domino
liberet eum nunc si vult. salvum faciat eum. i. resuscitet eum
quoniam vult eum. Si diligit eum pater. Sapie. Si verus est filius
dei suscipiet eum etc. Sed hec omnia dicunt michi ex hac causa.
Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre. quia homo factus tua
operatione in utero virginali. et tu es spes mea ab uberibus
matris mee. secundum humanitatem es spes mea. et pater meus
secundum divinitatem. In hoc notatur summa perfectio Christi. quod
ab ubere matris fecit. quod vix perfecti sancti fecerunt in ma-
tura etate. et ideo in te proiectus sum ex utero. Alii dicunt in ade
peccato. statim ex utero. ex quo rei sunt. ego vero in te solum
deum. de ventre matris mee deus meus es tu. i. te deum meum
cognovi. quia anima Christi ab instanti sue conceptionis. fuit
repleta scientiis et virtutibus. Ne discesseris a me. in pas-
sione quam patiebar. et loquitur pro exemplo ad edificandum
membra sua. Quoniam tribulatio. mee passionis. proxima est
michi. et non est qui adiuvet. quia sic fuit ante secula
preordinatum. et hec petitio sicut et alie. non erat pro Christo. sed
propter infirmitatem membrorum ecclesie. Circumdederunt me. consi-
liis. gladiis et fustibus. vituli multi. lascivientes per malici-
am et ydolatriam populi iudeorum. Thauri pingues. i. princi-
pes et pontifices. superbientes de habundantia temporalium. et feroces
ex pinguedine etc. obsederunt me. ad similitudinem castri. ne effu-
gerem. Aperuerunt super me os suum. non sapientia sed ma-
licia. me false et graviter accusando. Sicut leo rapiens et
rugiens. cum dixerunt. Crucifige crucifige eum. conferendo
verba. et reddendo singula singulis. ut leo rapiens crudeliter
ut rugiens os aperuerunt. Sicut aqua effusus sum. i. occisus
sum ab eis. ita viliter ad modum aque que effunditur.

Treni. iij.o

¶ Ecce historialiter narratio non prophetia tamen nec quod sit excusatio infidelium

et p timore passionis. dispsa st omnia ossa mea. i. discipu
li. qui erant futuri firmamenta corporis mei. i. ecclie. factum e cor
meum tamquam cera liquescens. qui cepit pauere et tedere. myst
tice autem. cor xpi. est doctrina xpi. est liquefacta p obliuio
nem. De medio uentris mei. i. de medio collegii apostolorum
aruit. i. viluit. virtus mea. primo pbata miraculis
tamquam testa. que nullius reputationis est. quia putabat
se impune facere omnia que faciebat. quia tunc non seque
batur vindicta blasphemias. et lingua mea adhesit fau
cibus meis. i. non rudi eis verbum. Unde tamquam ouis ad occi
sionem ductus est. et in puluerem mortis deduxisti me. i. de
duci pmisisti. secundum opinionem iudeorum occidentium me et
sepelientium. hec omnia predicta contigerunt. quoniam circumdederunt
me canes multi. i. Iudei. non p ueritate. sed p consuetudine
latrantes et mordentes. consilium malignantium. iudeorum vel
paganorum mala cogitantium. obsedit me. ad passionem
trahentium. foderunt manus meas et pedes meos. clauis p fo
diendo. dinumerauerunt. i. dinumerabilia fecerunt p exten
sionem corporis mei. omnia ossa mea. p que etiam ut prius a
postoli signantur. qui dinumerati sunt. i. p dispersionem rari
facti sunt. Et non. quod dicat. foderunt. non vulnerauerunt. ad si
militudinem terre que foditur ut faciat fructum. sic xpus
fossus clauis et lancea. fructum nobis attulit salutarem.
Et quamuis ad litteram hec sane accipiantur. Innuit tamen fossio
manuum. quod operibus xpi non crediderunt. et fossio pedum.
quod apostolos dilacerauerunt. Sic etiam ossa dinumerauerunt. i.
apostolos. ne in maiorem numerum crescerent. querebant extinguere. Ipsi
scilicet iudei. in sua malicia obstinati. considerauerunt. exterius
corpus meum distensum. et inspexerunt. oculis carnis.
et non cordis. et delectabantur. in tam crudeli spectaculo.
diuiserunt sibi uestimenta mea. in quatuor partes. et sup uес
tem meam. i. tunicam inconsutilem. miserunt sortem. dicentes
Non scindamus eam &c. Sed hec mistice accipienda sunt. Per
vestimenta enim xpi. scripture vel sacramenta ecclie accipi pnt
p tunicam vero inconsutilem. caritas vel unitas ecclie

Nota h' de inconsutili tunica Domini [illegible]

accipitur. per illos qui vestimenta diuiserunt, persores scripturarum
intelliguntur. Scripture possunt per hereticos male exponentes
corrumpi. Sed caritas et ecclesiastica unitas, per nullum diuidi
potest, qui hanc habet securus est, et qui hac caret in inferno
est. Tu autem, deinde subditur, oratio christi ad patrem. q. d. Ipsi
sic inde sit. Tu autem domine. pater. ne elongaueris auxilium tu-
um a me. quod velis resurrectionem meam protrahere, ad gene-
ralem resurrectionem, ad defensionem meam conspice, omnia
impedimenta resurrectionis amonendo, erue a framea deus ani-
mam meam. i. a morte que intelligitur per frameam, et hoc lo-
quitur de ecclesia. et erue de manu canis. i. de potestate dyaboli
unicam meam. i. unitatem fidelium meorum, vel unicam meam
i. animam christi, que sola inmunis fuit ab omni peccato. Salua
me. in membris meis. de ore leonis. i. dyaboli qui circuit
querens quem deuoret. et a cornibus unicornium. i. a sublimi-
tatibus iudeorum, vel quorumlibet superborum, a hereticorum de singularitate se
erigentium, et consortes non ferentium. humilitatem meam. i. hu-
miles meos. et tunc ego. o pater. narrabo. i. manifestabo
nomen tuum. gloriosum. fratribus meis. i. apostolis et per eos cete-
ris fidelibus. quos dedisti michi. qui dicuntur fratres propter unita-
tem caritatis, et per eos. in medio ecclesie. per quam passus
sum, non in angulo. laudabo te. i. laudabilem predicabo.
Unde et vos. qui timetis deum. i. amatis reuerencialiter timen-
do, laudate eum. beneficia sua memorando. Uniuersum semen
iacob. i. populus christianus qui supplantat more iacob vicia,
et concupiscencias. glorificate eum. victoriam sibi ascribendo,
cuius gracia pugnastis et vicistis. Timeat eum omne semen israel.
i. omnes ad veram fidem vocati, et ad nouam vitam renati. per
iacob luctantem actiuam, per israel videntem contemplatiuam designatur.
quoniam non spreuit neque despexit deprecationem pauperis. i. christi qui
cum diues esset, pauper pro nobis factus est. et ideo cum herodes
spreuit. cum exercitu suo, nec auertit faciem suam a me, deus
pater propter christum eciam ecclesiam aspexit graciam infundendo
et cum clamarem. fideliter orando. ad deum. patrem in nomine
filii. exaudiuit me. vota mea complendo, deinde sequitur

Nota hic de actiua et contemplatiua vita

Vox xpi ad patrem . apud te . o dne pater . i . in te . laus mea .
quia deus non indiget laude mea . quia ipse sibi sufficit .
et in se laudabilis est et gloriosus . et tamen laudatur
ab angelis . et ab hominibus sanctis . quorum nullus cognitus est
soli deo . et ideo dicitur subsequenter . in ecclesia magna . i . in ce-
lesti . que dicitur antonomastice magna . vel magna . i . in presenti
vniuersali ecclesia . que diffusa est in toto orbe terrarum . quia
extendit propagines suas . vsque ad mare et cetera . Vota mea . dño
patri meo . reddam . i . sacrificium corporis et sanguinis insti-
tuam . in conspectu timencium eum . qui per fidem intelligunt
verum esse corpus meum et sanguinem . per que se credunt pos-
se et debere saluari . De quo sacrificio . edent pauperes . i .
humiles et famelici . et contemptores seculi et sui . et satia-
buntur . quia esurientes impleuit bonis . et diuites superbos
saturatos . consolacionibus terrenis . dimisit inanes . quia
non esuriunt cenam et passionem dni . Saciantur enim illi qui
imitantur paciendo . et tunc eructant laudando . vnde subditur . Et
laudabunt dnm . qui requirunt eum . Illi videlicet pauperes lau-
dant dnm . qui sunt humiles et pacientes . qui diuicias non
cupiunt . et non timent inopiam . quia deus est diuicie eorum .
et ideo eum requirunt . sicut querentes thesauros . Qui et si fa-
me vel frigore temporaliter moriuntur in corpore . tamen viuent corda
eorum in seculum seculi . vita eterna . vita iocunda et secura . Ecce
diuites viuunt temporaliter . pauperes eternaliter . probatur per
diuitem epulonem . et pauperem lazarum . quorum sicut
vita dispar . ita et dispar exitus fuit . Reminiscentur . q . d . pau-
peres edent et saturabuntur . laudabunt et requirent . Et eciam
reminiscentur . passionis mee . in frequentacione celebracionis eukaristie .
Iuxta illud . Memoria memor ero . et tabescet et cetera .
et ex hoc . conuertentur ad dnm . per imitacionem . mutabuntur quodammodo
in deum . Iuxta illud . Nec tu me mutabis in te . sicut cibum
carnis tue . sed tu mutaberis in me . Vniuersi fines terre .
i . credentes de omnibus finibus terre . et adorabunt . primum
in terra corpore et corde . in conspectu eius . i . in consciencia pura
quam videt deus . vel in fide pura . Vniuerse familie gencium .

[illegible]

[illegible]

[illegible]

i. credentes de omnibus nationibus. Et merito deus debet
adorari quia domini est regnum. quia ipse est rex regum et dominus
dominancium. et ipse deus dominabitur gentium. conversarum ad fidem et
non tantum conversarum ad fidem sed dominabitur a mari usque ad ma-
re etc. Deinde in sequentibus ostendit sacramentum corporis xpi-
sti quod non omnibus quantum prodest. et dicit. Manducave-
runt sacramentaliter non spiritualiter. omnes pingues terre. i. divi-
tes in terrenis non in spiritualibus bonis. et adoraverunt specie tenus
non ex vero corde. Unde Jo. Veri adoratores adorabunt
patrem in spiritu et veritate in conspectu eius ubi ipse solus
videt cuius iudicio patent omnia. Ibi omnes qui descendunt
in terram i. qui inclinantur pro amore ad terrena cadent per rep-
bacionem quia indigne sumunt. Ecclesia quidem dignos reci-
pit et indignos sed ipse videt qui recipit ad vitam et qui
ad mortem. Et anima mea q. d. pingues cadunt sed anima
mea que seculi hominibus mori videtur quia humilis sum
et abiectus illi non sibi vivet i. non a se sed a deo vitam
habet. et semen meum i. credentes per me serviet ipsi i. lau-
dabunt eum. Hoc ideo dicit ne quis dubitet de successio-
nibus ecclesie usque ad consummacionem seculi. Annunciabitur domino
i. per annunciacionem predicatoris convertetur generacio ventura i.
multitudo fidelium in novo testamento que gignetur ex aqua
et spiritu sancto. et annunciabunt celi i. celestes viri pre-
dicatores evangelica innotescet fidelibus iusticiam eius i. filium
dei vel legem dei que est caritas populo qui nascetur per aquam
baptismi quem fecit dominus qui ex deo natus est non ex
parentibus. Deus enim nos fecit per parentes ut essemus
secundo nos fecit per predicatores suos et per suam inspiracionem
ut bene essemus. Et nota quod psalmista qui quasi totus agit de
passione in spe xpianorum terminatur ad hoc innuendum quod
spes salutis non habetur nisi per xpi passionem. Nota
quod quinque bestiis xps comparavit inimicos suos scilicet vitulis
tauris leonibus canibus unicornibus per vitulos
Iudei per tauros heretici per leones tiranni per canes
pagani per unicornes philosophi designantur et per eos

Nota de duplici manducacione corporis xpi quomodo sit [illegible]

Nota

Exemplum quod boni et mali sacramentis communicant. Unde augustinus non prohibeat dispensator manducare sed exactorem moneat timere. Si quis tamen in peccato criminali perseveret manifeste prohibendus est occultus vero monendus est.

Nota

per regeneracionem [illegible]

Nota

corpus xpi scilz eccia impugnatur exterius. Interius quoqz eccia impugnatur per vitulos .i. per luxuria, per thauros .i. per superbia, per leones .i. per crudelitate, per canes .i. per gulam, per unicornes .i. per arrogantiam .. Xpus se aque, cere, et teste comparavit exeo. quia aqua sordes abluit, sitim extinguit ymagine reddit. Sic xpus sordes peccatorum delet. Sitientes sitim iusticie saciat, et ymagine dei in anima deleta per peccata per gratiam reformat. In cera tria notantur, lumen fit in cordibus nris. per eum noia nra scribuntur in patria, et per ymaginem suam penitus imprimit nobis. In testa similiter tria notantur. In testa .i. in olla cibus excoquitur, et thesaurus in ea servatur, et ipsa olla in igne solidatur. Sic nobis cibus de xpi corpore paratur. et omnes thesauri sapientie et sciencie in eo servantur. qui in passione velud in igne est solidatus. quia sic ad impassibilitatem pervenit. quia mors illi ultra non dominabitur. Sic nos si ad immortalem vitam venire cupimus, per artam viam passionis eum sequi in pro viribus nostras contendamus.

Dominus regit me. etc. Intencio ps. est monere ad spem de dei mia. qui providet habundanter universis. et dicit. dns pater per filium et spm scm. regit me. ad salutem dirigendo, sicut pastor cum quo sum tutus et sufficiens. Iuxta illud. Sufficiencia nra ex deo est. et propterea subdit. et nichil michi deerit, necessarium ad salutem. Hoc ideo dicit, quia spualem substantiam credit sibi adeo conferendam. Dns prius perducens me in loco pascue .i. in intelligencia scripturarum. ibi me collocavit. per intelligenciam divinorum sermonum, in amore me stabiliendo. post pascua intelligencie informata anima et illuminata ulterius elevationem subdit. Super aquam refectionis educavit me .i. baptismi, quo reficiuntur. qui vires amiserunt, et steriles et arefacti per peccata, reficiuntur. animam meam convertit. ab amore terrenorum cupiditate, videlz, et carnis concupiscencia. Ecce primo fuit dia illuminata, et formata ad fidem, secundo per baptismum lota, et tamquam infans educata, tandem sicut

lumen ex ea fit. scribit in ea et sigillum imprimit et sic ex gratia per xpm

22

Scriptura sacra vocatur et sunt pascue fidelis aie. que dulces sunt, que pascunt et delectant sicut flores.

adolescentes per virtutem sanctificata et iustificata. Post hec subdit quartam gratiam, scilicet quod post educationem et conversionem et iustificationem generalem ad specialem iustitiam eum deduxit, dicit ergo: Dominus qui regit omnia et me inter omnia deduxit me propter suam naturam, non meis meritis, super semitas iustitie, id est ad strictiora mandata caritatis, scilicet consilia per que pauci ambulant, sicut est voluntaria paupertas et castitas, de quibus preceptum non habemus sed consilium, secundum illud: Qui potest capere capiat. Et hoc non pro meo merito, sed propter nomen suum. Deinde subdit quintam gratiam, scilicet constantiam in adversis, et dicit: Nam si ambulavero, id est si conversatus fuero, in medio umbre mortis, id est in hac vita que umbra mortis dicitur propter ignorantiam et peccatorum caliginem que ducit ad mortem, vel in medio umbre mortis, id est inter hereticos vel tirannos vel scismaticos qui sunt umbra mortis, quia ymaginem dyaboli portant. Si igitur inter hec ambulavero, non timebo mala occulta vel manifesta. Et hoc ideo quoniam tu mecum es in corde per fidem et corpore per operationem. Unde Ysaias: Cum transieris per aquam tecum ero, et flumina non operient te. Virga tua. Ubi notatur sexta gratia, scilicet correctionis, et dicit: Virga tua qua corrigis errantem filium, et baculus tuus quo sustentas in correctione propter vim flagelli ex pusillanimitate infirmitatem deficientem, ipsa utraque consolata sunt me, quia expertus intelligo quod memor es mei, quia scilicet corrigis errantem puniendo et sustentas in flagello periclitantem. Parasti etc. Hic significatur septima gratia, scilicet refectio celestium deliciarum que degustantur hic in mensa sacramentorum Christi, de quibus apostolus: Qui manducat et bibit indigne, iudicium etc. Dicit ergo: Parasti o Domine Christe mensam, cibationis corporis et sanguinis tui, in conspectu meo, non in conspectu impiorum et infidelium, quia in eo intelligo me debere imitari vestigia passionis Christi. Unde Proverbiorum: Ad mensam magnam sedisti, scilicet Christi, scito te similia debere preparare, id est sicut ipse est passus pati. Et hec mensa est adversus omnes qui tribulant me, id est homines dyabolicos et tirannos, contra quos fortificor sacramento corporis Christi. Impinguasti. Ubi notatur octava gratia, scilicet unctio capitis quod est Christus, quod nulla ariditate exaruit. De cuius unctione

Tres mensas legimus in scripturis: prima in lege, secunda in evangelio, tertia in celo. Prima fuit panum propositionis, et hec monstrabat non prestabat refectionem. Secunda sacramentorum, de qua saciantur digni, repelluntur indigni. Tertia glorificat, de qua Christus: ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. Prima docet, secunda iuvat, tertia consummat.

cetera membra letantur, et dicit. Inpinguasti caput meum in
oleo. i. xpm replemisti spirituali gratia, de cuius plenitudine
accepimus omnes. Vel caput dicatur vir iustus. Inpinguasti in
oleo caput meum, i. letificasti in oleo spiritualis leticie mentem
meam, ex qua omnes sensus exhilarantur per gratiam xpi. Et
calix meus. Ubi notatur nona gratia, que est calix benedictionis,
meus, quia accipio, tuus quia das. Calix sanguinis xpi. inebri-
ans, i. oblivionem terrenorum inducens, quam preclarus est. i. dat
claritatem vite eterne. Postremo sequitur gratia decima. s. una que
precedit ad gloriam et sequitur ad custodiam. Dicit ergo. Et mi-
sericordia tua subsequetur me. ~~cooperando~~ adiuvando, omnibus
diebus vite mee. i. quamdiu vivo in mundo, et non solum. ut in-
habitem in presenti, sed etiam in futuro, in domo domini, non manu facta
et hoc in longitudine dierum. i. eternaliter. Vel aliter potest iste versus
ad precedentia continuari sic. q. d. Collocasti, educasti, inpin-
guasti, deduxisti, et cetera. et hoc ideo. ut inhabitem in domo domini
in longitudine dierum. i. perhennis domus partibus. ut concludas
consummata una in celesti gloria, super omnia bona fidelem
animam collocando. Sequitur.

23 Domini est terra. Materia psalmi est triumphus xpi. Intencio
psalmiste est, monere homines fideles. ut preparent se ad recipien-
dum dominum, qui pro eis pugnavit, et cum victoria redijt. Dicit ergo.
Domini. xpi. qui est dominus dominancium est terra, fructifera et benedicta
de qua infra. Benedixisti domine terram tuam. De qua dicitur Ecclesiastes. p.
Terra autem in eternum stat. et plenitudo eius. i. omnia quibus
plena est. Orbis terrarum. i. circuitus terre. i. tota ecclesia, que propter
perfectionem rotunda dicitur. et. domini sunt. Universi qui habitant in eo.
s. orbe. i. omnes tam boni quam mali, qui continentur in gremio ecclesie
sunt domini, quia omnia serviunt ei. Boni laudando. et mali proba-
do et purgando. Et merito ecclesia est domini. Quia ipse fundavit
eam super maria. i. super amaros fluctus seculi. s. persecutiones. ut
eos non timeat superaret. et super flumina preparavit eam. s. orbem ecclesie
super cupiditates et concupiscentias huius seculi. Sicut enim flumina
intrant mare. i. cupidi omnes labuntur in seculum. quos omnes
superat ecclesia, quibus victis per caritatem ad inmortalitatem preparat.

Terra dicitur terra que colitur per predicatores
sicut per boves. verbo dei seritur, aquis
sacre scripture irrigatur. fructus iusticie opera
colliguntur, et in celestia horrea re-
ponuntur. Hanc quondam dyabolus iniure pos-
sedit, nunc autem est domini, quia ipse in gla-
dio et arcu sibi reparavit. i. pas-
sione et predicatione.

Id est. ita ecclesiam suam edificavit.
et firmavit, ut nec amaris
nec dulcibus, i. elementis
ad dimandum
a vero.

Ad quam qui ascendere vult, magno nisu indiget. Quis.
hic ponit raritatem non pro impossibilitate et dicit interroga-
do, Quis ascendet in montem domini, virtutum, qui est super
maria fundatus, aut quis stabit, post ascensum, in lo-
co sancto eius, semper firma operatione. i. quis permanebit in eo.
quo ascendit. s. in altum iusticie et veritatis, per quam venitur
ad immortalitatem. q. d. pauci ascendunt et pauciores
permanent. et respondet. Innocens manibus, i. purus in
operibus, qui proximum non ledit, et mundo corde. i. purus
in cogitatione. Unde. beati mundo corde, quoniam etc. qui non accepit
in vano animam suam. i. qui vitam suam in vanitatibus seculi
non consumit, sed tendit ad eterna, que preponit caducis et va-
nis. Unde supra. ut quid diligitis vanitatem. etc. nec iuravit in dolo
proximo suo. i. qui simpliciter loquitur et proximum non decipit. Non.
quod pro hoc quod dicit in dolo, intendit quod iuramenta vera non prohi-
bentur, sed dolosa. hic. talis et non alius. accipiet benedictionem
a domino. i. habundantiam spiritualium graciarum, quia ascendet et stabit
et ultimo cum benedictis benedicetur. quando ei dicet christus. Venite benedicti
percipite regnum, quod vobis etc. et tunc recipiet misericordiam. i. remissionem
peccatorum, a deo salutari suo. i. a christo. qui gloriose remunerat
suos causa ultra condignum. Et quia in singulari numero dixit. quis
ascendet, innocens accipiet. tamen hii tales non sunt pauci.
quia. hec est generacio. i. multitudo per baptismum renata. quere-
ncium dominum. i. non favorem seculi, nec temporale lucrum. sed graciam
dei imprimis. querencium faciem dei iacob. i. qui querunt deum ita stren-
nue ut Jacob. qui querunt et conantur se mutuo prevenire. in
humilitate et caritate. Vel. faciem dei iacob. i. christi. qui fuit for-
tis luctator cum dyabolo et victor. quem tunc querimus cum imita-
mur. Attollite portas, etc. hic fit exclamatio ad malos.
et maxime ad principes malorum. ut christo triumphanti. corda sua
qui civitates expiant. et eum recipiant. dicat ergo. Attollite. i.
removete. a cordibus vestris et aliorum o vos principes. i. docto-
res et rectores peccancium. sicut fuerunt heresiarche et similes. portas
vestras. i. peccata timoris et cupiditatis. quibus clauditur ingres-
sus ad vos christo et dyabolus intromittitur. et clausus retinetur.

et eleuamini .i. exaltamini in cordibus vestris . o principes . porte
eternales .i. dona et virtutes, quibus intratur ad eternitatem, et tunc
introibit rex glorie, s. xpistus, in quo, et cum quo sine superbia
gloriemur, qui premunitus humilitate venit dyabolum expugnare. Et
subditur admiratiua interrogatio Quis est iste rex glorie .i. tam glo-
riosus, respondetur dominus virtutum . fortis . in rebus et in mundi ordina-
tione, . potens . in vindicando, dominus potens in prelio . aduersarius
dyaboli s. et tirannis resistendo, deinde eiusdem est ingeminatio .
ad confirmandum sententiam, et quis sit rex glorie ostendendum, .
Vel ut hec de dyabolis intelligantur, quibus dicitur, O vos principes tene-
brarum harum, qui vsurpatis vobis dominium ab usurpatione, tollite,
.i. remouete . portas vestras, .i. principales aditus peccatorum, quibus
temptatis infirmos, . s. cupiditatem et timorem, quos extendistis
ad capiendum homines, dum timent non timenda, et cupiunt
non cupienda, et vos . porte eternales, .i. renunciatio mundi
et mortificatio carnis, quibus intratur ad eternitatem . eleua-
mini, .i. instauremini . in cordibus hominum, et sic introibit
rex glorie, .i. xpistus . et per gratiam inhabitabit, Vel ut hec intel-
ligantur de xpisto descendente ad expugnandum infernum, quem
angeli precedentes, thartareis potestatibus dicunt . tollite portas .
principes vestras, .i. cesset potestas vestra, quam habebatis in homines,
et eleuamini porte eternales, .i. iam aperiantur celi hominibus
qui usque nunc firmiter clausi fuistis, et introibit rex glorie
. s. xpistus summus pontifex, qui semel intrabat in anno in sancta
sanctorum cum sanguine, Mirantur ergo demones et dicunt . Quis
est iste rex glorie, quia nos regem nostrum dyabolum habemus, qui
non est gloriosus, sed repletus ignominia et dolore . Respondent
angeli . dominus fortis . conterens infernum . et potens . dyabolum vincens
dominus potens in prelio, omnia temptamenta eius elidens, et arma
eius diripiens, deinde redeuntes ad celum precedentes angelis
celestibus dicunt, O vos principes celestes, tollite portas vestras
reserate celum tam diu obseratum, et eleuamini porte
eternales . et introibit rex glorie, xpistus cum suis quos redemit de
manu amorrei, in gladio suo et arcu . Ipse autem virtutes ce-
lorum, viso rege suo, carne induto, admirantes dixerunt,

Quis est iste rex glorie. respondetur eis. dominus virtutum. quasi generaliter, dominus potens in prelio. quia per eum omnis victoria totius prelii, ab omnibus sanctis obtinetur. Et cetera.

Ad te domine levavi animam meam. huius psalmi intencio est monere in adversis non murmurare, sed ad deum respicere qui novit suos in temptatione confortare, et primo petit doceri vias dei, quia erectus est ad deum, dicit ergo ecclesia vel fidelis anima. o domine. ego levavi ad te animam meam. per desiderium spirituale, ne iaceat in terra per cupiditatem, qua ante premebatur. o deus meus. ego expertus meam infirmitatem, in te confido, non in me, prius enim in adam in me confidebam, de me presumebam, volui esse sicut deus, unde ad hanc infirmitatem deductus, de superbia mea erubui et quia in te solo confido. Ideo. non erubescam. confusus in iudicio finali de peccato, ac si diceret. propter spem quam habeo in te, deleantur peccata mea, ne erubescam de eis in iudicio tuo, neque irrideant me inimici mei. visibiles aut invisibiles. vel ad malum recidivatem, vel me ad mala trahendo et spiritualiter decipiendo. Iuxta illud. alibi. nequando dicat inimicus meus iactans et cetera. et enim universi qui sustinent te. pacienter ferentes pondus tribulationis. non confundentur. propter peccatum, quod a se vel ab inimico suggestum perpetratur, quia ante iudicium vel ante mortem, per pacientiam adversorum expurgatur. Confundantur omnes iniqua agentes. id est oro quod omnes peccantes confundantur modo per penitenciam, vel si hic noluerint, tunc in futuro per condempnacionem, et maxime illi, qui inique agunt. supervacue. id est qui in vanis et transeuntibus laborant infructuose. Vias tuas. id est precepta aperta mandatorum tuorum. o domine. demonstra michi. id est evidenter ostende. has vias dominus demonstrat digito suo. id est spiritu sancto, per quem scripsit. decem precepta in lapideis tabulis, et non tantum peto, per demonstratorem viarum publicarum, sed eciam per consilia unde subdit. et semitas tuas edoce me. id est consilia illa que perfectiores tantum apprehendunt, ut est paupertas voluntaria. et castitas que arte sunt, et pauci ambulant per eas. vel semitas dicit occultam intelligenciam scripturarum, que an-

Qui sustinet te non confundetur. ac si diceret, qui iacuit in sordibus, confusus sum a demonibus, postquam autem levavi animam meam ad te, cepi in te, non in me confidere, et tua flagella pacienter tollerare, tunc non sum confusus, quoniam nullus confunditur. qui in te confidit.

giuste erram sunt/ et paucas note/ dirige me, errores fugi-
entem, in veritate tua. i. ut recte et pie vivam. sicut exi-
git veritas tua. et doce me. veram doctrinam ut quod credo
intelligam/ Ideo dico doce/ quia per me non novi nisi menda-
cium/ et fac quod peto/ Ideo quia tu es salvator meus. i.
quia te credo verum salvatorem meum ab omnibus malis. et
propterea sustinui te flagellantem. tota die. i. toto tempore huius
temporalitatis mee/ Reminiscere, homines rudes et infirmi pu-
tant quod deus obliviscatur in eo quod ex dispensatione aliqua mi-
sereri tardat. Reminiscere. i. cito fac graciam miseracionum tuarum
ostendendo opera misericordie tue, et misericordiarum tuarum, i. volun-
tatis miserendi/ que est tibi naturalis que utraque a seculo sunt.
i. semper/ quia numquam deus fuit sine potencia/ sic nec sine
misericordia. per illam misericordiam peto. delicta iuventutis mee. i. peccata
que ex iuvenili fragilitate commisi, et ignorancias me-
as. i. ea que ignoranter feci. vel ex oblivione confiteri
nescio. ne memineris. i. non reserves ad vindictam. et
secundum misericordiam tuam. predictam/ ne vindices in me peccata
mea. sed. memento mei. i. vide quam fragilis/ et cece nature
sum. tu. cuius opus est misereri/ memento. dico. non propter
meritum meum/ quod nullum est/ sed. propter bonitatem tuam
domine. naturaliter tibi insitam. dulcis et rectus, q. d. hac fidu-
cia peto tam instanter/ quia scio/ quod dominus. misericors. est dul-
cis. cito peccatibus. in presenti miserendo, et rectus. in futuro.
districte iusticiam per contemptu exercendo. et. propter hoc. quia
scilicet dulcis est, et rectus, dabit delinquentibus, i. hominibus. qui
ex natura corrupta proni sunt ad peccandum. legem, i. precep-
ta caritatis/ in via, i. in hac mortalitate/ ne tantum peccent
quantum volunt/ quia ipso adiuvante facimus bonum/ et ipso
prohibente cavemus malum, unde quidam/ deputate vobis
diminissimum/ quid quam a vobis deo servate. non est commissum
diriget mansuetos. qui ei non resistunt. in iudicio futuro
eos salvando. docebit mites, i. eos. qui non recalcitrant iugo
suo/ vias suas. quibus ad celum itur. Juxta illud. discite
a me quia mitis sum etc. vel moraliter sic/ mansueti non

Non quod misericordia est in exhibicione
bonorum. misericordia vero que
naturaliter est in deo
que est ipse
deus.

dulcis et rectus. i. misericors. et
iustus. ut unum sit alio circa virtus.
scilicet vicium cuiusque extremitas scilicet simul
iuncta efficiunt medium/ in quo virtus
consistit/ nam misericordia sola est pusil-
lanimitas/ Iusticia sola est cru-
delitas. unde gregorius in pastoralibus dicit
Inesse bonis rectoribus/ debet iuste
consules misericordia et pie seviens disci-
plinata/ ne iusticia sit aspera. et
pietas remissa/ ut amor scilicet non
emolliens/ scilicet zelus scilicet non exasperans,
pietas sic/ scilicet non plus quam expedit
parcens.

mansueti dirigentur in iudicio, quia tales possunt discernere inter
iustum et iniustum, et mites. non superbi docebit de hys que
sunt dei .i. voluntate eius. Universe vie domini. q.d. quas vias
docebit eos, misericordia quia placabilis est, veritate qua incorrup-
tus est, quarum una exhibet donando peccata, altera exhibet in-
dicando merita. Vel universe vie domini. sunt duo adventus sui
unus miserationis, alius iudicationis, et in hys duobus, misericordiam
et veritatem nobis exhibet manifeste, primo miseretur, secundo
iudicat vere, et hec duo operatur in nobis in omni tempore, licet
nobis non appareat manifeste. requirentibus .i. hys qui requi-
runt et non contempnunt. testamentum eius .i. passionem qua
nobis hereditatem tribuit eternam, et hys qui requirunt. tes-
timonia eius .i. qui scrutantur scripturas legis, et prophetarum, et
evangeliorum. Propter nomen tuum. q.d. et quia dulcis es et rec-
tus sicut ostendi. facies peccata que accuso dimittendo, dicens. gloria
O domine, propter nomen tuum .i. propter laudem tuam. Vel propter nomen
tuum, quod est ihesus .i. salvator. propiciaberis peccato meo. quod ex spiritu
tribulato accuso, multum est enim .i. grande excedens vires
meas, ad satisfaciendum. Quis est homo. rationalis non
brutalis, qui non est securus de se, sed timet dominum. illo timo-
re, quo pervenitur ad sapientiam. legem caritatis et perfectionis. sta-
tuit dominus ei .i. tali. qui timet .s. humili. in via fidei. quam
elegit. voluntarie. quia nullus credere potest. nisi volens. Anima
eius .i. timentis deum. non delectabitur super ollas carnium egip-
ti. sed demorabitur in bonis .s. preceptis dei, que continentur bona,
et semen eius .i. boni opus unde colligitur fructus premii,
hereditabit terram .i. habebit solidam spem hereditatis, ex eo
quod excoluit terram corporis sui. Firmamentum .i. confirmatio in
bono. est dominus timentibus eum .i. humilibus qui sperant in domino, et
testamentum ipsius .i. hereditas eterna in scripturis promissa. est
illa. ut manifestetur illis .s. timentibus se. unde. Jo. Ego diligam
illum, et manifestabo ei meipsum. Sed interim antequam hoc fiat
oculi mei .i. desiderium cordis mei. semper. sine intermissione. ad
dominum. sicut ad salutis auctorem, non ad aliquid terrenum
quia .i. ex hoc. ipse evellet de laqueo, viciorum et tribulationum

¶ Et licet sit infinite, tamen in hys duabus viis includuntur universe. scilicet misericordia et veritate.

s. consentit

Timor domini facit fortes, et timor humanus debiles.

Orare oportet semper respectu ad bonam voluntatem.

¶ Contemplator solum aspiciat divina. iuxta illud apostoli. levantes oculos suos, neminem viderunt nisi solum ihesum.

pedes meos .i. affectus, unde facile evadit laqueos inimicis
qui semper oculos habet in celis, et propterea rogo. Respice. oculo
misericordie sicut petrum. in me. aspicientem in te. et misere-
re mei. quoniam miser sum. et quia unicus .i. indivisus non
distractus sum per multa temporalia, que non amo. et paupe-
r sum. propter contemptum terrenorum. unde beati pauperes spiritu. Ideo se cla-
mat unicum et pauperem, quia unicus filius plus amatur.
et pauper plus dolet. Adhuc oro. Respice, quia. Tribu-
lationes cordis mei multiplicate sunt .i. tot sunt calami-
tates mundi, quod eorum angustie pervenit usque ad cor, quia
habundante iniquitate, refrigescet caritas multorum, et tu
domine. erue me de necessitatibus meis .i. de tribulationibus
que sanctis necessario eveniunt, libera me sine accelerando,
quia qui pie volunt vivere in christo, necesse est ut tribu-
lationem patiatur. Vide humilitatem meam. qua me bonis aliorum
non prefero, et laborem meum. quo mala ab aliis michi il-
lata suffero, et dimitte universa delicta mea, mortalia
et venialia. Respice inimicos meos .i. converte vel fac de eis
quod vis, quoniam multiplicati sunt. non solum extra ecclesiam
sed etiam intra. scilicet tirannum et falsi christianum, et tot hominum
perditio, sine dolore esse non potest. et odio iniquo oderunt me.
quos diligebam, et pro eis orabam Sed tu domine ab eis
custodi animam meam. ab eorum contagione. et erue me.
ab eorum consortio, non erubescam. quoniam speravi in te .i. spes de
tua misericordia, mereatur michi gaudium eternum. Innocentes. quasi dicat. ex
hac ratione potes me custodire, quia. Innocentes. ab omni
malo. et recti in bono. adheserunt michi. per cordis et cor-
poris consensum. quia sustinui te. expectans manum tuam
libera deus israel .i. populum. qui est ad tuam visionem preparati, libera
dico. ex omnibus tribulationibus suis, quas sustinet in suo
adventu vel carne, aut foris a tirannis vel perfidis hominibus.
24 Iudica me domine quoniam ego. Intentione propheta rogat in perso-
na viri iusti separari a consortio malorum. quia ex con-
victu mores formantur. dicat ergo sic. Iudica me domine .i. discerne
me a malis. loco qui simul mecum sunt, in ecclesia, ne simul

camus in gehennam. Quod autem dicit Judica, non est presumptio
iusti, sed certitudo misericordie dei, quod ibi ostendit, ubi ait. in do-
mino sperans non infirmabor. Sicut et apostolus non ex arroga-
tia, sed ex spei certitudine ait, Reposita est michi corona etc.
quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. hoc dicit non se
iactando, sed gratias agendo, et licet innocens sim, tamen
non in me, sed in deo sperabo, et propterea subdit. et in domino
sperans non infirmabor. i. non titubabo inter peccatores. Alius
non speraret in domino, si in temptatione malorum vacillaret, sed
esset similis palee, quam ventus tollit in area, et granum
i. fortes movere non potest. proba me domine examinando non ut
tu scias qui omnia nosti, sed ut me michi et aliis osten-
das, et tempta me tribulationes inmittendo. Ideo dicit
tempta, quia nisi temptaret negligentes essemus, et precor
adhuc domine ure igne tribulationis vehementer renes meos
quo ad purgationem delectationum, et cor meum quo ad pur-
gationem cogitationum, ita quod nichil maneat in me, quod de-
lectet me contra te. Aliter, proba me deus etc. i. prius vires
inspice et tunc prout ferre valeo temptari permitte. ure re-
nes meos et cor meum. i. delectationes igne, quem venisti
mittere in terram, quo malas delectationes consumas, et bonas
immittas. Quoniam i. ex hoc si probatus et ostensus michi
fuero. misericordia tua, qua me prevenisti et redemisti et redemp-
tum conservasti, ante oculos meos est. i. considero quod mi-
sericordie tue premiendo partis, et complacui in veritate tua,
quia michi in meo mendacio displicui. Ideo tibi in tua ve-
ritate complacui, et quia complacui tibi. Ideo non sedi
cum concilio vel consilio vanitatis, et non introibo cum iniqua
gerentibus, odivi etiam ecclesiam malignantium, et cum impiis non sede-
bo, Ecce inter tot hostes ecclesia fidelium. Vel anima fidelis
laborat, et tamen in innocentia sua perseverat. Concilium vel
consilium vanitatis est multitudo querentium vana, et tran-
sitoria mundi, et specialiter Judei, cum hiis fidelis non sedet
per consensum avaritie. Iniqua gerentes sunt falsi catholici quia
aliud faciunt aliud dicunt profitentur, cum hiis fidelis non ingreditur

Nota quod aliter temptat deus, aliter homo, aliter dyabolus. Deus ut probet, homo ut sciat, dyabolus ut decipiat.

quia tractatum corp non aduertit. Ecclesiam malignancium
dicat hereticos, qui ppt multitudinem ecclesiam faciunt, non
fidelium, sed malignorum, quia ardent malo igne puersitatis
Impii vero sunt omnes generaliter infideles, cum his omnibus
fidelis nec ingreditur paradisum, nec sedet p consensum. Sed
non sufficit mala non facere, nisi etiam studeam bonis insu=
dare. Unde et subditur. Lauabo inter innocentes manus meas.
i. penitendo, et confitendo, munda, faciam opera mea ut merear
computari inter innocentes, et circumdabo altare tuum domine. i.
xpm, in quo et p quem, offeruntur deo patri acceptabilia
sacrificia. Et ad literam, qui altare xpi, quod est in ecclesia mili=
tante, polluta mente, et consciencia inmunda accedit, ab illo
perpetuo altari segregabitur in quo iugiter vota fidelium in con=
spectu dei offeruntur. Ut audiam ibi s. in celesti ierusalem, vocem
laudis tue, que canitur ab angelis, et viris sanctis, qui non
cessant clamare cotidie, dicentes. Sanctus etc. et tunc pleno
ore enarrem laudando universa mirabilia tua que in
via raptim predicamus, que tunc debite enarrabimus, cum nos
videmus in enarrando deficere. Sicut dicitur. Laudate eum
secundum multitudinem magnitudinis eius, quod exponitur similiter.
Domine dilexi, prius anima perfecti viri dixit, Odivi ecclesiam
malignancium, nunc elevata p desiderium ad ardua dicit. Domine
p inspiracionem tuam dilexi ex corde decorem domus tue
i. ecclesie militantis. cuius decor sunt viri sancti, tamquam vasa
facta in honorem, et non in contumeliam. Sed hodie hic decor
heu evacuatus est, quod bene dici potest illud Trenorum. Egressus est
a filia syon omnis decor eius, quia pauci inveniuntur in ec=
clesia sancti. Et dilexi locum habitacionis glorie tue, i. glori=
ose habitacionis tue ecclesie videlicet triumphantis, de qua Baruch.
O israel quam magna est domus tua, et ingens locus posses=
sionis tue. Vel decor domus dei, et locus habitacionis glorie dei
est consciencia hominis, in qua laudatur et glorificatur deus, sicut
in celo, de qua domo dicitur, pater noster qui es in celis, i. in
conscienciis sanctorum. O deus ne perdas in futuro animam meam
que dilexit decorem domus tue, cum impiis qui oderunt te.

cum quibus licet uno corpe, tamen non comito mente, et
cum viris sanguinum vitam meam, i. qui carnaliter vivunt, et
odierunt proximos. Et illa duo genera hominum, scilicet impii et viri
sanguinum, contra dilectionem dei et proximi operantur, et hii domus
dei dehonestantur. Et qui sunt impii et viri sanguinum
ostendit dicens. Iniquitates in manibus, i. in operibus, iniquitates
sunt, i. opera iniqua. Et si forte aliquid boni faciunt, dextera
eorum repleta est muneribus, i. bonum opus, quod est opus dex-
tere, intencione corrupta pro terrena retribucione faciunt, querentes
inde munus, vel a lingua vel a manu vel ab obsequio,
contra quos dicitur ysaias: Beatus qui excutit manus suas ab omni
munere. Et illud: Ve qui iustificatis impium pro muneribus.
Et aliquando posito quod dives sit iustus et pauper iniustus, ti-
mentes ab hominibus insultum, condempnant iustum divitem,
et salvant pauperem iniustum, et illi eciam faciunt pro muneribus,
scilicet timoris et laudis. Illi quidem sic ditari cupientes mu-
nera diligunt. Ego autem, fidelis dicat, in innocencia mea ingressus
sum, i. diviciis spiritualibus ditatus sum, et ideo redime me,
i. valeat michi precium sanguinis tui, et miserere mei, i. non dese-
rat me misericordia tua in periculis huius vite, et reddit causam misere-
rendi. Enim, i. quia, pes meus, i. affectus dilectionis, licet
undique concussus scandalis, stetit in directo, i. non recessit
a iusto, et per hoc apparet vera dilectio dei, que non cedit verbis
malicie impellentibus. In ecclesiis benedicam te domine, i. da michi vi-
vere ita exemplariter et iuste, ut per me glorificetur nomen tuum
in ecclesiis fidelium, hoc est in congregacione iustorum.



Dominus illuminacio mea. Intencio psalmiste huius est docere 26
ut paciam in tribulacione habeamus, et spem
in Christi auxilium fortiter figamus, anima
sicut david a samuele in regem unctus
multis tribulacionibus attritus, antequam regnum
eius est pacatum. Sic nos postquam in baptismo uncti sumus
certamine multimodo. Donec vngamur in patria spiritu sancto, et regnum
possideamus sine turbacione. Prima igitur unctione unctus
fidelis dicat. Dominus in me habitans per fidem, est illuminacio mea,

Sed licet hic a deo illuminati
et confortati et protecti nullum
timeant, ad fugiendum tamen ali-
qualis timor et trepidacio inest
tamen in mortali, et pro eta
poci intelligendum est hoc de
vita inmortali, ubi nichil ti-
mebimus, cum corruptibile hoc
induerit incorrupcionem.

contra ignorantiam quia ipse illuminat omnem hominem venien-
tem etc. Et ipse est salus mea contra infirmitatem meam
ut in eo possim resistere peccato, et ideo in eo illuminatus et con-
fortatus quem timebo, quasi dicat nullum, nec hominem nec de-
monem. Dominus protector vite mee, quia licet illuminet, licet con-
fortet, nisi ipse protegat et conservet dona sua, tunc eva-
nescunt in momento. Sed quia ipse protegit, a quo trepidabo,
quia tunc tirannum potentissimum quasi culices apprehendit.
Nichil timebo, quia dum nocentes, i. inimici mei sive
homines sive demones, appropiant super me, i. contra me, ut
edant carnes meas, i. ut consumant corpus meum, quo
facto non habent amplius quod faciant, quia ero spiritualis li-
ber a carne. Quem deinceps timebo? Amodo insultabo in-
imicis meis, et gratias agam domino. Et hoc quidem in sequentibus
dicit. Qui tribulant me inimici mei, tirannorum vel hereticorum,
ipsi propter maliciam suam excecati sunt. Vel sic secundum Cass.
ut edant carnes meas, i. delectentur in morte mea carnali,
in quo notatur crudelitas inimicorum qui carnes lacerant, animas
ledere non possunt, et ideo non sunt timendi. Unde Nolite
timere eos qui occidunt corpus etc. Quid ergo mali nobis
facere possunt? Numquam auferre spem possunt, aut tollere
No quod dat omnipotens. Si auferri potest datum, vincitur dator. Sed
sicut non vincitur qui dat, sic non aufertur quod dat. Non
ergo timeamus nisi dominum, quidquid aliud fremat, quidquid aliud
superbiat contra nos, non timeamus. Et dum mali appropiant,
ipsi infirmati sunt et ceciderunt, i. ad nichilum redacti sunt, et
memoria eorum de medio sublata est, nisi tamen fit mencio
de malicia eorum. Ergo accepta tanta fiducia Si deinceps
consistant adversum me castra, i. conspiratio adversantium hos-
tium, cor meum, i. racio restituta, non timebit, cum dominus
protector sit mecum. Et etiam si prelium, i. persequucio seculi
exsurgat, i. crescat in immensum, adversum me, qui habeo
deum protectorem, in hoc, i. in tali prelio, ego sperabo in domino,
cui victoriam prelii ascribo. Et in prelio constitutus unam rem
vel unam peticionem pecii in oratione a domino, i. unitatem

fidei vel vnione voluntat' cum deo, hanc requiram. pre
omnibus diuicijs et delicijs, vt p eam, inhabitem in do-
mo dni omnibz diebz uite mee. i. a pntis eccle vnitate
no excludar quacuqz aduersitate, et de inde puemam
ad triumphantem, que omo diuisione no timet, et etiam
peto. vt uideam. i. cognoscam. volutate dni, in pnti ad
faciendum. et visitem templu eius. i. diligent' inspiciam
cor meum. quod est templum dei. Juxta illud. Templu
dei scm est, quod estis vos, et remoueam p pura cofessio-
nem, omne quod offendit deum, vel. teplu uisitem. i. p sus-
pria cogitem, eterna gaudia, et cotempler ea saltem
alonge. Ecce vnam peciit. scilz. vt habitet in domo dni-
vt faciat voluntatem dei, vt etiam visitet templum dei.
vt p vnitate fidei. faciat voluntate dei, et pueniat ad tem-
plum scm dni. celestis ierlm, que mr est omn scorp dei. Sed
hoc ego peto cofident'. cosiderat' bnficijs, circa me in pnti. Qm
abscondit me, ne viderer ab inimicis psequentibz. in taber-
naculo suo. i. in vtute sue diuinitatis, in die malor, i. in vita
pnti, in qua mali psperant, vel. in die malor, i. in psentibus
tribulacoibus, ptexit me. ne lederer ab inimicis psequentib
in abscodito tabnacli sui. i. in secreta vtute diuinitatis. vnde
vere tu es deus absconditus. In petra exaltauit me, ecce aliud
bnficiu. in petra. i. in firmitate vtutum. vel in fide xpi q
est edificata supra petram, exaltauit me. pmouendo de vtute
in virtutem. et nunc, i. in pnti vita, que est milicia mea, exal-
tauit caput meu, i. mentem meam cofortauit, sup inimicos
meos. i. motus viciosos, subiciendo eos racioni, vel nunc. i.
in die tribulacois. exaltauit caput meu. sr inimicos meos.
quia armat' fide, non timeo tirannos. Sed hec et alia bn-
ficia dei. michi prestita non ingratus, Circuiui. i. mente
ptractaui, et rumiaui gras agens, et immolaui in taber-
naculo eius. i. in eccla militanti, toto orbe tre diffusa, hos-
tiam vociferacois, i. vocales laudes. cantabo dno, i. lauda-
bo cum iocunditate cordis. et psalmu dicam, i. ostenda h'
in ope, et est sensus, corde verbis, et ope. gliaz dei pdicabo.

Et quia hec feci, Rogo. domine exaudi uocem meam, i. o-
racionem tam mentalem quam vocalem, qua clamaui ad te
non tam voce quam corde, per illa vna predicta. miserere mei.
indigenciam meam respiciendo, et exaudi me. peticionem
implendo, quia nulli alteri, sed. Tibi dixit cor meum.
i. racio a te edocta. Vel desiderium cordis loquitur tecum, vbi
non homines, sed tu solus audis, quid dixit, exquisiuit te.
non aliud extra te. faciem mea, i. munda mens mea, qua
tibi placeo, et qua cognitus sum tibi, faciem tuam domine requi-
ram. i. ita viuam, vt te facie ad faciem videre merear,
Sed quia supra vnam pecij. hanc iterum et iterum requiro,
ne auertas faciem tuam a me. in futuro me condempnando, quia
si auertis faciem tuam a me, statim sum conturbatus. i. condempnatus,
et ne declines in ira a seruo tuo, i. in presenti noli declinare a me
in tali ira. vt cadendo mortaliter peccem, et non resurgam
a multis deus deus declinat, sed non in ira, quia permittit
eos labi. ne superbiant, sed vt ex hoc magis humilientur, quia non
est maior ira dei, quam si non custodit a peccato, et permittit ma-
lo cordi libertatem, Ne declines a me, Sed. adiutor meus
esto. ne deficiam in bonum operando, quia sine te nichil pos-
sum, ne derelinquas me. in via vite huius me deserendo,
Iuxta illud. ne derelinquas me in cogitatu maligno, neque
despicias me, i. ne contempnas. quod ego mortalis te eternum
audeo querere, quia tu es. deus salutaris meus, qui me
creasti, et sanas plagam peccati, q. d. frustra creasti, et re-
demisti, si mortalem despicias in peccato, et non emollis, nec
preseruas, A progenitore enim habeo. quod mali fomitem gero
Vnde et subdit, Quoniam pater meus et mater mea. adam. s. et eua
dereliquerunt me, huic miserie exposuerunt, dominus autem. carne
assumpta. assumpsit me. ad immortalitatem, et hoc eciam
ad litteram conuenit, Dauid cum esset minimus a parentibus contemptus,
a domino per samuelem est electus. Et quia ad te solum tendo,
oro te. o. domine pone michi legem, i. correctionem, ne oberrem
in preceptis tuis per transgressionem, et hoc. in via tua. i. in fide
christi, et dirige me. vlterius. in semita recta. consiliorum tuorum

Vehementer scilicet iste desiderat in vna
quam pecijt. quia illa sola sufficit ei.
alius petit temporalia, et de dat(is)
gaudet, aliquibus habitus, timet
iratum ne tollat ea. Iste
non putat iram. nisi
deus auertat
vultum suum
ab eo.

Nota

propter inimicos meos. qui michi non cessant insidiari. ne tradi-
deris me in animas tribulancium me. i. in voluntate inimicorum meorum
quod tunc fieret, si peccando facerem quod volunt. Quoniam insurrexerunt
in me. i. contra me, testes iniqui. et mentita est iniquitas sibi. ut mo-
veant me et retrahant a te, sed hoc modo traderer in animas eorum
si essem falsus cum eis, et mentita est iniquitas sibi, non michi
. i. ad dampnacionem suam, omne enim peccatum in suum redit
auctorem. Credo videre bona domini. q. d. ego contempno mendicam
mortalium, quia credo. i. firmiter confido videre. evidenter. bona
non transitoria et mundana [?] promissa, in terra viventium. i. in vita eterna
ubi nullus moritur. Deinde ad idem incitat alios. d. Sicut
ego credo videre. i. pro certo habeo. Sic tu quicumque es. expecta
dominum. secure qui non fallit. et ut consequaris. non sis remis-
sus, sed viriliter. i. fortiter. non muliebriter age. i. tolleca [?] ussio-
nem remi [?], et confortetur cor tuum. i. tollera fortiter ussionem
cordis. et sustine dominum. i. ne lasseris si mala eveniant. sus-
tine perseveranter. non biduo aut triduo. sed in fine de salu-
te. Esse quod habet vis sus [?] in principio. habet et in fine ad invenien-
dum. quod sicut in principio. sic in fine perseveratur in virtute paciencie
perducem [?]. Et nota quod ponuntur hic iiii^or confortancia. contra iiii^or No
salutis impedimenta. primum impedimentum est dilacionis
diuturnitas. contra quam dicit. Expecta dominum. Secundum boni agen-
di difficultas. contra quam dicit. viriliter age. Tercium est mentis
pusillanimitas. contra quam dicit. confortetur cor tuum. Quartum
est tribulacionum acerbitas. contra quam dicitur. et sustine
dominum. Ne sis inter eos. quibus dicitur. Ve hiis. qui perdiderunt
sustinenciam suam.

Ad te domine clamabo. Intencio psalmi est. infirmos exemplo
christi paciencie corroborare. si volunt cum ipso regnare.
christus ergo secundum quod homo. proponens se exemplum iustis humiliter 21
ad patrem ait, O domine deus meus. ego homo. clamabo ad te
ne sileas a me. i. ne separes unitatem verbi a me. ne quantitate
eas a me. et assimilabor descendentibus in lacum. i. si separaveris
verbum. ero similis ceteris hominibus. et detinebor in limbo
Sed domine deus. exaudi vocem deprecacionis mee. dum. i. quia

oro ad te, procrediturus in me. dum extollo manus meas. in cru-
ce orando pro inimicis. **ad templum sanctum tuum**. scilicet construendum
id est ut ecclesia per caritatem. quam exhibui moriendo edificetur. Ne
simul tradas me cum peccatoribus. licet proprio filio tuo michi
videlicet non pepercisti sed pro hominibus tradidisti me. id est alia in-
tencione tradas me quam peccatores. quia Judas tradidit me
ex avaricia. Judei ex invidia. pilatus propter ignoranciam et
timorem. Pater propter caritatis amorem. Et ne perdas me cum
peccatoribus. id est non ea intencione qua illi qui peccant in deum
et cum operantibus iniquitatem. id est sicut illi qui peccant in proximum.
non tradas me eis. qui loquuntur pacem cum proximo suo. id est
mecum dicentes. Magister scimus quia verax es etc. mala autem
id est odium in cordibus eorum. Et ideo da illis secundum opera eorum. et est
prophecia non imprecacio. et secundum nequiciam adinvencionum ipsorum. et
repeticio eiusdem sensus. id est qui talia dolosa operantur. et adin-
vencione faciunt. nova tormenta paciantur. Secundum opera ma-
nuum eorum tribue illis. id est redde illis mercedem. secundum studium ma-
liciosum in operibus eorum. redde retribucionem eorum ipsis. id est penam
tribulacionis. quam michi mala pro bonis fecerunt. Quoniam non intel-
lexerunt. id est intelligere noluerunt. opera domini. que operatus est vi-
sibiliter in eis. sed econtra calumpniabantur ea dicentes. In beel-
zebub principe demoniorum eicit demonia. Et in opera manuum eius
invisibilia que operabatur in cordibus eorum. Ideo destrues eos.
dispergendo per mundum. et non edificabis eos. postea reformando
in melius. ut prius solebas post captivitatem reducebas eos
in gloria. vel excecabis eos. non ad horam. sed in finem. Bene-
dictus dominus. pater. quoniam exaudivit vocem deprecacionis mee. pro sa-
lute generis humani. quam orabam in cruce. Dominus. pater. adiutor
meus et protector meus. in malis tollerandis. et in ipso speravit
cor meum. id est mens mea. et adiutus sum. secundum quod homo. qui
me resuscitavit tercia die. Et ex hoc. refloruit caro mea. prius
quidem floruerat in concepcione. propter peccati immunitatem. et
postea refloruit per resurreccionem. et corporis glorificacionem.
et ideo. ex voluntate mea. id est ex amore non timore. confitebor
illi. id est laudabo illum. Dominus fortitudo est. plebis sue. id est crede-

cium in se. Non ergo fortem se putet plebs, ut sua presumat
constituere iusticiam, sed deo se subiciat, qui est protector con
tra incursum malorum. saluacionum christi sui est. protector. i. corpus quod
ipse saluat, vel saluandos eligit. Saluum fac populum tuum. tibi cre
dentem, et obedientem. et benedic hereditati tue. i. ecclesie, quam
possides hereditario Iure, in ea merita et gratias augendo, et
rege eos. in periculis custodiendo, et extolle illos. a cupiditate
terrenorum, ad celestia cupienda, eleuando usque in eternum. i. in eternis
collocando. Vel hic psalmus de homine fideli posset exponi, qui
orat et clamat ad deum, ut deus pater. non sileat ab eo. i.
non auferat. verbum suum a corde eius, hoc est, non auferat
fidem filij sui ab eo, quia tunc deus tacet, quando non dat cog-
noscere filium suum hominibus, qui est verbum patris, et assimila
bor descendentibus in lacum. i. tunc dampnentur homines cum
paganis. a quibus tacet deus. Deinde orat confidenter, velut
fidelis christi. Exaudi domine peccatoris vocem deprecacionis, dum extollo ma
nus meas. ad templum sanctum tuum. Ne simul tradas me cum peccatoribus
et cum operantibus iniquitatem ne perdas me. i. qui modo collocas me
cum malis, oro te. ne cum illis simul perdas me in iudicio. qui lo-
quuntur illis, qui loquuntur pacem cum proximo suo, et mala sunt in cordibus
eorum, sicut in corde Jude. Da illis solis, secundum opera ipsorum, et
secundum nequiciam adinuencionum ipsorum, quos punit deus. secundum
maliciam eorum, et est prophetia, non imprecacio. Etc.

Afferte domino filij dei. Intendit psalmus iste. hortari nos,
ut nos hostiam viuam deo offeramus, que per spiritum sanctum
acceptabilis erit. Dicit ergo sic. O vos filij dei. per adopcionem
non serui per timorem seruitutis, afferte domino, non ydolis. primo
vos, deinde. munera vestra, quia respexit dominus ad abel, et
ad munera eius. afferte domino filios arietum. scilicet agnorum. i.
vos ipsos filios apostolorum, et patrum antiquorum. afferte domino gloriam
et honorem. etc. quasi dicat. hoc facite per rectam intencionem sic. Afferte
domino. i. toti trinitati, gloriam. laudis vocalis. et honorem. i.
reuerenciam operis. afferte domino gloriam nomini eius. i. predicate et di
vulgate, gloriosum nomen eius. Iuxta illud, laudabo nomen
tuum assidue. adorate dominum interiori et exteriori adoracione

in atrio sancto eius. i. in ecclia militante. que est atriu
triumphant. Iuxta illud. Stantes erant pedes nri. in atriis
tuis ierlm. Extra ecclesiam. no est locus adoracois. ul sacri-
ficij. i. extra fidem catholicam. Vel in atrio. i. in deuoto corde.
Vnde Io. veri adoratores. adorabunt prem in spu. Vox dni
sup aqs. hic sps p os pphete agit. de costrucoe eccle. q
construit. p vij. dona spus sancti. et incipit ab ymo qa
ecclia a timore dei. incipit et crescat. vsq ad pfectom sapie.
ysayas aut. qui agit de xpi incarnacoe. qui se exinani-
uit. forma serui accipiens. a summo .s. sapia incipit. et co-
cludit in timore dni. dicit go sic. Vox dni. i. pdicaco xpi
fca est. sup aquas. i. sup pplm iudeorum. que pdicaco fca est
sic. deus maiestatis. i. xps. intonuit. p donu timoris. p-
dicacoe sua. Iudeos terrendo ad penitenciam. et dns xps p
aplos suos intonuit. sup aquas mltas. i. sup pplm gencium.
qui territi p pdicacom pniam egerunt. Vox dni. i. pdicaco
xpi fca est. in virtute. i. docuit vtutem pietatis. que de vtus
antho. quia ad omnia vtilis est. sed ut hac amistrare pos-
simus vtilit. sciencia necessaria est. pptea subdit. Vox dni. i.
doctrina xpi facta est. in magnificencia. i. docet scientiam q
docet. quo couersari debeamus. in medio nacionis praue
et puerse. que magnificos facit. Sicut patet in Ioseph et
salomone. Sed habita sciencia. necessario subdit. de fortitudi-
nis dono. vt quod scimus. in actu vtilit pcedere possimus. dicit
go. Vox. i. predicaco. dni. xpi. fca est. confringentis. i. coteret
ad pniam. cedros. i. altos de gentibus. et confringet dns ce-
dros libani. i. altos de iudeis. qui altitudine legis gloriabant
sup gentes. Sicut factus est paulus. Et non solu confrin-
get coterendo ad penitenciam. sed etiam comminuet eos. pfecte
humiliando. vsq ad susceptione mrtij. tamqa vitulu libani
qui ymolandus comminuit totus p frusta. in sacrificio. liban
est mons fertilis pascuorum. et irriguus aquarum. in quo pas-
cebant vituli p sacrificio ymolandi. Sed quia dixerat. co-
fringet et comminuet. et non dixerat. quis. subdit. Et
hoc faciet dilectus. de quo pr. Hic est filius meus dilectus

Per cedros alta. bn supbia intellit. q vtilis e si pscidat. in sua aut radice stans. inutilis oio copbat. Sic supbia in radice sua inutilis est. succisa aut p humilitatem vtilis inuenit. qua gratiam consequitur xpi.

qui est filius unicornium, i. iudeorum, qui de cultura legis gloriabantur
sicut de uno cornu. Sed quia fortitudo precipitaret, nisi per
spiritum consilii refrenaretur, Recte subditur. Vox domini, i. predicacio
facta est, intercidentis flammam ignis. i. concupiscencia et cupiditate
per donum consilii, ne veniat ignis per delectacionem, ad consensum, vel
actum, et deinde ne veniat ad consuetudinem, et hoc fortibus
convenit, deinde ne consilium sit cecum. De intellectu dicitur in
sequenti, vox domini. i. predicacio facta est, qui concucientis, i. com-
moventis. desertum, i. gentilitatem incultam. eos ad fidem per
donum intellectus commovendo, et commovebit dominus, sua predicacione
desertum cades, i. iudeos, eos ad fidem. per intellectus donum con-
tendo, Qui dicitur desertum cades, quia in eo loco, lex eis da-
ta est. Sed quia per intellectum pervenitur ad sapienciam. Ideo subditur.
Vox domini. i. predicacio christi, est tamquam preparantis cervos, per donum
sapiencie, quibus dat acutum visum, ad vitandum venena erro-
rum et heresum, et hoc non solum gentibus, sed eciam iudeis prestat, et per illud donum. revelabit condensa. i. aperiet eis occulta
misteria scripturarum, et tunc clare. in templo eius. i. in ecclesia
universali, omnis dicet gloriam, deum laudando et predicando. Unde
eccli. l. j. Danti michi sapienciam, dabo gloriam, dominus diluvium in-
habitare facit, i. dominus facit hoc, quod sancti eius habitant illesi, in
fluctibus seculi, sicut servavit archam noe cum habitatoribus suis
inter fluctus inundacionis, et sedebit dominus rex in eternum, regnans et
regens eos, quo adusque perducat eos, ubi et ipsi regnent in eternum.
Et idem. dominus dabit virtutem resistendi. dabit populo suo. inter turbines
mundi, et tempestates seculi huius, dominus benedicet populo suo in pace.
i. post victoriam viciorum, dabit eis per benediccionem. pacem in eternum.
quam dare non potest mundus, ad quam nos perducat etc.

Exaltabo te domine quoniam etc. Intencio psalmi est fideles mo-
nere ad laudem, ex dedicacione que precessit in corpore 29
quia sperant in se eam perfici, Dicit ergo sic. Exaltabo te
domine, i. altitudinem tuam laudabo. quoniam suscepisti me. modo
in spe, et in futuro in re, nec delectasti inimicos meos super me.
s. demones me temptantes, et tirannos insultantes nunc
fidelibus in futuro illi angustiabuntur timore horribili dicentes.

Nota quod vij dona que vij gradibus ascenditur ad deum. timor eum compellit a peccato, pietas suscipit, sciencia instruit, fortitudo stabilit, consilium custodit, Intellectus mediat, ad contemplacionem dei, Sapiencia consummat. Hec sunt vij corde cithara david. prima. s. timor gravis, ij. s. pietas. levis, iij. s. sciencia mediocris, iiij fortitudo constans, quinta. s. consilium acuta, vj. s. intellectus superacuta, vij. s. sapiencia. dulcibus bene consonans.

Nota diluvium aquarum de quo genesis. fecit enim diluvium xl diebus, diluvium culpe, de quo psalmus. In diluvio aquarum multarum, pene. nam in diluvio peccatum.

Diluvium glorie, dominus diluvium inhabitare facit, diluvium gracie, Eccli. xxxix. benediccio illius quasi fluvius inundabit.

Hi sunt qui aliquem habuimus in derisum et cetera. Domine deus meus clamaui ad te. in tribulatione. et sanasti me. peccata dimittendo. et a tribulatione et dolore liberando. O domine eduxisti ab inferno animam meam. id est a peccato quod suo pondere trahit ad infernum. et saluasti me a descendentibus in lacum. id est liberasti a demonibus et tirannis. qui me secum conati sunt trahere ad infernum per mala consilia. terrores et tormenta. et ideo psallite domino. bene operando. sancti eius. id est fideles christi. et confitemini memorie sanctitatis eius. id est laudate eum. quia memor fuit sanctificare vos. Quoniam ira. id est vindicta. in indignatione eius. id est in comminatione. si fuerit contempta. Vnde colligitur quod per peccatum deus homines abicit. et tribulari permittit. Et uita gratie et consolationis presentis. qua peruenitur ad eternam. non meritis nec viribus tribuitur. sed in uoluntate eius. id est quia deus uoluit dedit. quo enim dignus est peccator in supplicio. quasi dicat punitio peccatoris non procedit. ex absoluta dei uoluntate. sed magis vita. Iuxta illud. Nolo mortem peccatoris et cetera. et ideo. Ad uesperum id est ad peccatum delendum. quod dicitur vespa. quia nocte tenebras in anima inducit. demorabitur. id est diu morabitur. fletus. primo saltem in uoluntate hominis. si non adest facultas virium vel temporis. et deinde. ad matutinum letitia. quia tunc post fletum oritur sol iustitie in corde. quando formatur in homine talis uoluntas. quod potius vellet mori quam peccare. et hoc est causa letitie. Ego autem. sic iocundatus. dixi. id est firmiter proposui. in habundantia mea. id est constitutus in gratia. habundante michi presentia. non mouebor. a deo recedendo per peccatum. vel mala uoluntatem meritum. id est quamdiu duro. Sed quia deus aufert superbo quod confert humili. probatur in consequenti. domine in uoluntate tua. non ex merito meo. prestitisti decori meo uirtutem. id est fecisti me decorum per innocentiam. et virtuosum et fortem per bonam operationem. Et ex presumptione mea vel negligentia auertisti faciem tuam a me. id est auerte visus es. cognitione tui in auferendo. et tribulationi me exponendo. et factus sum conturbatus. in tantum. quod factus sum michi met ipsi grauis. Sed in hac constitutus penalitate. non tacebo. sed facie domini deprecabor.

Vel in indignatione. id est ex zelo iustitie. quo digne punit delinquentes.

Quia deus superbis resistit. et humilibus dat gratiam.

Multi enim occasione decoris perdunt virtutem

et dictam. Ad te domine clamabo. i. devote te adiuvante orabo. et ad deum meum deprecabor. in miseria passionum et sensualitatis concupiscencia occupatus, ut reducar ad graciam, et sim in pos dies pristinos, quando clamabam orando, et dicebas, Ecce assum. Amplius humiliando se orans dicit, Que utilitas in sanguine meo. i. in vita mea, que sanguine nutritur. dum descendo. per peccatum in corrupcionem, ut consumar vermibus iniquitatum, qui creatus sum ad equalitatem angelorum. Numquid confitebitur tibi pulvis. i. homo peccator non laudabit te, qui factus pulvis. i. per diversa peccata a corde divisus. aut annunciabit veritatem tuam. quia non est speciosa laus in ore peccatoris, cui dicitur, Quare tu assumis testamentum meum per os tuum. Et post humilem confessionem per graciam dei, redit serenitas anime. Unde et dicit, Audivit dominus, oracionem humilem, et misertus est mei. a terre pulvere liberando. dominus qui temptari permisit, et conquassari factus est. misericordie adiutor meus. Iuxta illud. Nisi dominus adiuvit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Convertisti planctum meum. i. penitenciam meam. in gaudium tuum. Iuxta illud augustini peccator de peccato doleat, et de dolore gaudeat. Conscidisti saccum meum. et circumdedisti me leticia. i. post hanc vitam, tristicia penitencium vel martirum vertetur in gaudium. Unde ecclesiasticus modicum laboravi, et inveni michi multam requiem quia nulla comparacio eternitatis ad momentum. Ut cantet tibi i. laudet te. gloria mea. i. puritas consciencie mee. et non compungar. ulterius remorsu culpe. o. domine deus meus. qui me per totam vitam penitentem, per temptaciones, et diversas afflictiones, quasi quadrando edificio, celestis civitatis formasti. Rogo te humiliter. iam veniam ad te. et in eternum confitebor tibi. laudando et gracias agendo, quia te adiuvante salvus merebor ad littus securitatis pervenire, ubi dedicato corporis christi plene cele-

In te domine speravi. Intencione sua monet fide ¶ tribulatos 30
les, ne in se sed in dei misericordia presumant. dicit ergo sic. In te non in me speravi. o domine, et ideo non confundar in eternum. Illam enim confusionem perhorresco, que est eterna. Est enim quedam confusio temporalis, que est ad horam, que quidem prodest, si est

amum respiacentes pctā sua. et horrent ea. et erubescentes et
corrigentes. tali cōfusione iste vult cōfundi. sed nō eterna a
qua petit liberari. In tua iusticia libera me. i. in ea iusti
cia. quā das michi. quia meam nō inuenio. nisi suppbam
et falsam. Inclina ad me aurē tuā, i. miam tuā. hoc fecit
deus. qn filiū misit. que eni maior mīa. q̄ dare vnicum
filiū suum in mortem, accelera ut eruas me. a malis.
accelera dicit. ut notet q̄ nō est diu illud. quod finit̄. et q̄d
tardum est tibi et longum, breue est in oculis dei. Esto michi
in deum ptectore, i. ptege me ut decet te deum meum. et esto
michi in domū refugij. quia refugio ad te tamquam pulsator, ut sal-
uū me facias. quia te non aliū quero. Qm fortitudo mea. tu
es. in psperis. ne illiciar. et decipiar. et refugiū meū. tu es. in
aduersis. ne succūbam. et hijs temptacoibus experitatū. ppt
nomē tuū. nō ppter meritum meum. deduces me. ad te p viā
rectam. et ibi in loco pascue celestis. enutries me. qn trāsies
ministrabis michi. Modo q̄ diu tribulor. Educes me de laqueo
quē absconderūt michi. i. de insidijs quas occulte tendunt
dyabolus. et ministri eius. tirrāni videlꝫ et heretici. et facies
ideo. quia tu es ptector meus. i. ad te ptinet ptegere seruū
tuum. et ideo. In manus tuas. i. in potestatem tuam. cōme-
do spm meū. quia spero me a te. illum itez receptuz in resur-
rectione. videlꝫ generali. redemisti me. sanguie tuo domine
qui es. deus veritatis, i. verax ad explendum quod pmittis.
Et quia es deus veritatis. Ideo. Odisti. reprobando et dapnā-
do. obseruātes vanitates. qui cōstituunt btitudinē. in vanis
huiꝰ mundi. diuicijs. delicijs vel honore. de quibus dr̄. eccūs.
vanitas vanitatū etc. supuacue. i. inualit̄. ymo dampnose.
de quibus. ad Ro. v°. Quē fructū habuistis tunc in illis. in quibꝫ
nunc erubes. Ego aūt, q. d. Illi spant in vanitate. Sed ego
qui nō obseruo vana. in dn̄o speraui, qui nō est vanitas. sꝫ
via vita et veritas. Si spas in pecunia. in honore uel subli-
mitate. siue in aliquo hoīe potente. obseruas vanitatem.
quia tu illa deseris moriendo vel te illa mutata fortuna.
Et ideo. exultabo. alacriter. et letabor in misericordia tua.

¶ vel obseruātes vanitates. sompniorꝫ auguriorꝫ et similiū
supuacue. i. sine fructu. et cum
pctō.

que me conseruat et dirigit, et in hoc apparet misericordia tua. Quo-
niam respexisti, approbando et adiuuando, humilitatem meam,
que tibi placet, sine humilitate, saluasti, i. liberasti, de neces-
sitatibus. i. a peccatis, quibus homo necessario implicatur et iam mea
ut libera carne. hoc precatur deus nec conclusisti me. i. concludi non
permisisti, in manibus inimici. i. in potestate dyaboli, eum michi
dominari permittendo. statuisti. i. firmasti, pedes meos. i. af-
fectus, in loco spacioso. i. in latitudine caritatis. Ecce iste
gracia visitante consolatus, ne sibi aliquid esse videatur.
se in lubrico et tenebris constitutum, videns timens ne cadat ex-
clamat dicens, miserere mei domine quoniam tribulor, conquassatus
labore temptationis et dolore inflicto a tirannis, conturbatus
est in ira. i. propter iram aduersariorum, oculus meus. i. racio.
anima mea. i. affectus sensualitatis, et venter meus. i. ca-
ro. vel ut hec intelligantur de membris ecclesie, quorum aliqui abun-
dant in latitudine perfecte caritatis. de illis dicitur. Statuisti in
loco spacioso pedes meos. alia membra in temptatione afflicta
vel tormentis exposita coartantur, et qui sub virga triturantur po-
sita disciplinantur. ut digna sint inseri choro beatorum. de illis
dicitur. miserere mei quoniam tribulor. in tantum quod conturbatus est oculus
meus. i. doctores, anima mea. i. homines exemplares, et
venter meus. i. infirmi et debiles. hos omnes ponit. ut ab
omnibus gradibus queratur deus. Vel quod intelligatur hoc de ira
propria. Nota quod alia ira est iusta, alia iniqua, quia aliquando
per vicium. aliquando per zelum. Ira iusta est, qua irascitur quis suis et
alienis peccatis. videns homines confitentes deum ore, factis autem
negantes, seculo renunciantes verbis non factis, et videns
fratres fratribus insidiantes, osculum dantes et fidem negantes.
quos gemit iste, existens tamquam granum inter paleas, et lilium
inter spinas, quibus condolet et irascitur in caritate. unde alibi
Zelus domus tue comedit me. et Salomon. meliora sunt vulnera
diligentis quam fraudulenta oscula odientis. Iniqua est que transit
ad odium. de qua dicit apostolus. Sol non occidat super iracundiam
vestram. Iram super quam sol occidit, est odium. hec oculum ex-
tinguit. Ira per vicium. oculum mentis cecat. Ira per zelum

[left margin] ...nia nulla virtus deo placet.

[right margin] Nota quod nescientes se in fine, scilicet nescire cor alterius, male suspicari de amico fideli, vel bene de infideli, nescire qualiter tempus erit, nolle et tamen mori. sequi veteres consuetudines. unde apostolus Infelix ego. quis me liberabit de corpore etc.

oculum racionis turbat. Et hec concussa mente contemplacionem
dissipat, que non habetur nisi in mente quieta. Sed inde post-
paululum plus proficiat ad videndum deum, ut colirium prius
visum aufert, et postea clariorem reddit. De hac ira agit
iste, Conturbatus est oculus meus interior, in ira mea, i.
propter iram meam, et anima mea, i. sensualitas, et venter
meus, i. omnia interiora mea. Irascitur iste peccatis et tamen non
odit, quia tunc extingueretur oculus eius. Quoniam defecit. ingeminatur
q. d. Ideo turbatus est oculus meus, quoniam vita mea, i. profectus
aliorum, ex quo quodammodo vivo. Iuxta illud apostoli nunc vivi-
mus si vos statis in domino. Cum autem aliquis devotus videns
alios non proficere ex predicacione sua, dolet, gemit et ait, Quoniam
defecit in dolore vita mea, et anni mei, i. tempora que hic ago,
non in claris vocibus, sed in gemitibus sunt, quia habun-
dat iniquitas pravorum. Et virtus mea infirmata est in pau-
pertate, i. vigor et confidencia animi debilitata est propter
defectum bonorum, et ossa mea, i. fortitudo mea vel fortes
in ecclesia, conturbata sunt, ex eo quod habundante iniquitate refriges-
cit caritas multorum, quia non est qui faciat bonum etc. Deinde
homo fidelis in persona ecclesie militantis loquitur, dicens, Factus
sum obprobrium, i. erubuit ecclesia in predicatoribus, vicinis meis,
i. coram illis, qui in proximo erant convertendi. Super inimicos me-
os, quia illi vicini viderunt malos christianos peius vivere
quam omnes inimici fidei, scilicet Iudei et pagani, et resilierunt
a proposito conversionis. Et factus sum timor notis meis,
eosdem dicit notos, quos dixerat vicinos, qui territi ma-
la vita falsorum christianorum, [illegible] navem, i. ecclesiam, ut
pene mergeretur. Qui videbant me, habentem spem de invisibilibus,
foras fugierunt a me, i. apostotaverunt a fide ecclesie catho-
lice per heresim et scismata querentes visibilem spem, vel po-
cius rem. Oblivioni datus sum tamquam mortuus a corde, i. sic
eis venit in oblivionem fides christiana, quasi mortua sit a corde
eorum, factus sum tamquam vas perditum, loquitur christus cum ecclesia,
i. factus sum eorum iudicio inutilis, visa est eis fides catholica prorsus
nullum lucrifaciens, et acquisitos amittens, et propter hoc

audivi vituperacionem, i. exprobracionem et blasphemias multorum
commorancium in circuitu, i. illorum qui corde adherent circulo tempo-
ralium rerum, qui quidem circueunt vanitate et non intrant ad fi-
dei veritatem, de quibus dicitur In circuitu impii ambulant. In eo.
i. ad hoc. dum convenirent simul. mali christiani. scilicet heretici,
qui a nobis exierunt, sed ex nobis non fuerunt, consiliati sunt
accipere animam meam. i. ut ego consentiam errori eorum. Sed quia supra
solidum est edificata ecclesia, quid ad hoc dicat, Ego autem. inter hec
obprobria et scandala, securus quoniam talium potestas nulla est. In te domine
speravi. non in homine, quia nichil salubrius. nichil securius quam
sperare in domino, quia maledictus qui spem suam ponit in homine.
Si enim vis pendere ex homine, adhuc lacte vis nutriri, et eris
mamotreptus, quales sunt pueri qui diu sugunt. Iuvenis esto
ad mensam ubi sunt cibi validi. Ideo deus permittit incidere
te in malum, ut quasi amaritudine repellaris ab ubere et ad cibum
solidum. i. ad deum festinares, quo confortatus crescas in virum
perfectum. et dixi domine deus meus es tu. qui non deficis ama-
tibus et sperantibus in te. in tempore tribulacionis temptacionis
et mortis. in manibus tuis. i. in potestate tua, in voluntate
tua, sortes mee. i. causa electionis, quare scilicet me elegisti de
medio reproborum. Vel sortes mee. i. vita mea est in voluntate tua.
quamdiu vis vivimus, et quando vis morimur. Ad literam, hic sors nichil
est mali, sed res in humana dubitacione, divinam indicans voluntatem.
Nam et apostoli miserunt sortes, quando electis duobus humano iudicio
de quibus unus est electus divino iudicio. Sors ergo hic accipitur
gracia dei, que quos vult vocat, et eligit sine merito nostro,
eripe me de inimicis meis. i. dyabolo et omnium ministrorum eius, qui
ipsi nobis invident regnum celorum, et a persequentibus me. i. qui
persequuntur ecclesiam et veritatem eius. Illi enim quando corripiuntur et
corriguntur ab ecclesia pro erroribus, suscitant turbaciones in ecclesia
christi. Inter quos iste gemens ait. Illustra faciem tuam super servum
tuum. i. notum fac hominibus qui putant me a te derelictum
quod facies tua semper me intendat, ac si dicat. appareat qui ad
te pertinet, quamvis mixti sunt inter malos boni. Salvum
me fac domine. non in iusticia mea. sed in misericordia tua.

Quoniam dicent: nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam.

Qui non timet nec erubescit predicare coram potentibus tirannis perficitur in medio. gloria et honore.

non quia ego dignus sum, sed quia tu misericors es, non
confundar, insultantibus michi inimicis. Quoniam invocavi te, id est
invitavi te ad me, quod non esset magnum, quia etiam predones et
adulteri invocant deum, sed iste fecit quod ad hoc est necessarium,
scilicet mundare cor, et ad illud vocare deum, quod non faciunt ma-
li. Erubescant, quasi dicat, non confundar ego, sed potius erubescant
impii infideles, qui ydola colunt, et deducantur in infernum, in
iudicio facto, cum dicetur: Ite maledicti. Labia dolosa, que modo
garrula sunt, detrahendo, iudicando, blasphemando, muta fiant
a bona confessione. Iuxta illud i° Regum ii°: Et impii in tenebris
conticescent, et iuxta: obstructum est os loquentium iniqua. Que
scilicet labia loquuntur adversus iustum, id est Christum et fideles suos, iniqui-
tatem, blasphemando fidem. Unde: Beati eritis cum vos oderint
homines etc. In superbia cordis, et in abusione operis, perverse vi-
vendo beneficiis. Deinde exclamans propheta dicit: Quam magna mul-
titudo, id est quam copiosa est multitudo dulcedinis tue domine, qua corri-
gis parcis punitis, qua etiam eos quos emendas amas, quam
impius non sentit, qui palatum cordis sanum non habet. Quam
dulcedinem abscondisti, id est servasti, timentibus te, aliis vero ab-
scondisti, id est negasti. Et illam dulcedinem perfecisti eis, id est in futuro
perficies, cum resumpto glorioso corpore perfecte fruentur dulcedine vi-
sionis divine. Et hoc erit tantum illis qui sperant in te, non solum
interius in corde, sed in conspectu filiorum hominum, id est manifeste predi-
cando, laudando et confitendo. Iuxta illud: Qui me confessus
fuerit coram hominibus, confitebor et ego etc. Abscondes eos, ne
amplius videantur a malis, in abscondito faciei tue, id est in secre-
to visionis et presentie tue, a conturbatione hominum, ne aliquis homi-
num persecutorum turbet eos. De presenti etiam hoc accipi potest, quia sancti modo
tribulati et vexati iniuriis, mente recurrunt ad dei vultum
et auxilium, et non turbantur. Proteges eos, etiam in presenti, in ta-
bernaculo tuo, id est in ecclesia militanti, a contradictione linguarum,
scilicet scismaticorum et hereticorum, qui contradicunt catholice veritati.
Deinde plenitudinem beneficiorum in laude concludit dicens: Benedictus
sit dominus, id est laudatus, quoniam post omnes persecutiones quas susti-
nui, mirificavit, id est mirabilem demonstravit, vel fecit, mise-

ricordiam suam michi. dona habundanter et mirabiliter diffundendo et
hoc in ciuitate munita. i. in ecclesia catholica per mundum
diffusa, que quasi quibusdam muris cingitur consiliis vide-
licet diuinis et preceptis cum caritate. Iuxta illud Spiritus domini
repleuit orbem terrarum, que tamen ciuitas in timore est. Vel
ciuitas munita est celestis habitacio, in qua securi sunt sancti
Vnde in scriptura beati qui habitant in domo tua domine. Ego autem nondum
positus in securo, sed in periculis, que imminent, dixi in excessu
mentis mee. i. in quodam stupore et pauore quo excessi,
a racione timendo pericula anime et corporis, tam ex parte inimicorum spi-
ritualium scilicet dyabolorum, quam ex parte corporalium, videlicet tirannorum, dixi
in quam, proiectus sum a facie oculorum tuorum. i. videtur michi quod sim po-
situs extra custodiam tuam, Si enim me respiceres, non sineres
me pati ista, Sed in alio loco dicitur, Si dicebam motus est
pes meus, misericordia tua domine adiuuabat me. i. in temptacione ora-
tem humiliter exaudiuit. Vnde et subdit. Ideo exaudisti etc. quasi dicat
confessus sum lapsum meum, humiliaui cor meum et accusa-
ui, in tribulacione titubans, ad te clamaui, Ideo me pusillam-
mem non abiecisti, sed exaudisti vocem oracionis mee, ostendens
me ad te pertinere, et hoc fecisti in dilatione, scilicet dum clamarem ad te.
i. nimis intendendum ad te, Clamor enim fit ad deum non voce
sed corde, quia multi silentes clamauerunt, multi clamantes
nichil impetrare potuerunt. Clama ergo intus, ubi audit
deus. diligite dominum. quasi dicat. victor preliis, pro his adhuc sudanti
in prelio. Timui. tribulatus sum, clamaui, exauditus sum
et liberatus, et non sum confusus, Ita et vobis fiet, si dilexeri-
tis. Ideo. diligite dominum omnes sancti eius. Nam pro tantis benefi-
ciis, que vobis exhibuit, nichil aliud quam dilectionem a vobis re-
quirit, quoniam veritatem requiret dominus. veritas est ut creatura serui-
at creatori, hanc in futuro requiret dominus, eciam a sanctis, quoniam vix
iustus saluabitur, et tunc. retribuet habundanter facientibus super-
biam. puniendo omnes rebelles ecclesie et fidei destructores.
Superbiam hic ponit pro omni peccato, et quia deus est iustus et
paciens, aliquando in presenti retribuit, vt superbos humiliet, et hoc
non fit omnibus, sed aliquibus, Si omnibus hoc faceret in presenti

Vel excessum mentis hic dicit, quod
fit quando mens rapitur ad superna
vbi recogitat huius vite mise-
riam et sentit quod longe est a con-
templacione veri luminis, et quam hic bonum
a principio per culpam amissum humiliter pla-
git. et peccatum suum reddit. Ideo exau-
ditur a domino. vnde et subdit. Ideo ex-
audisti vocem oracionis mee

non servaret divina patientia. Si nullus hoc faceret, non videretur vigilare super nos divina providentia. Unde dicitur deus est patiens redditor, quia patitur et reddit. Ergo viriliter agite interim bene operando, ne sit otiosa dilectio vestra, ut bonum indesinenter facietis sine defectu meritatis, et si gravamina occurrant que superdicta sunt, confortetur cor vestrum omnes qui speratis in domino, spe debita, que est certa expectatio futurorum bonorum. In hoc versu exprimitur virtus, et intentio totius psalmi, ne fragilitas carnis timeat tot mala mundi, et terga vertens fugiat inimicos. Avertat a nobis hoc deus.

Beati quorum remisse sunt etc. Intentio psalmi est monere ad penitentiam, dicit ergo sic. Beati quorum remisse sunt iniquitates, id est in quibus mitigatus est per gratiam dei fomes peccati procedens de originali culpa. Iuxta illud apostoli, Ut non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Et beati sunt illi, quorum peccata scilicet actualia tecta sunt per caritatem, quia caritas operit multitudinem peccatorum. Non enim dicit tecta, tamquam ibi sint et vivant, sed tecta id est deleta, in tantum, ut deus ea non videat, id est non puniat. Videre enim dei peccata, idem est quod punire. Unde infra. Averte faciem tuam a peccatis meis. Nec sufficit quod deleantur peccata, nisi caveatur caveat a futuris. Unde subditur. Beatus vir cui non imputavit dominus peccatum, id est qui sibi cavet a criminali peccato, quod imputatur ad penam eternam. Deinde ostenditur cui non imputat dicens. Nec est in spiritu eius dolus, id est qui sine dolo peccatum suum accusat, sicut publicanus, qui cum sit peccator, iustum se non simulavit. Quoniam tacui. Hoc dicit exemplificando in se. Quoniam tacui a confessione peccati, exinde ossa mea, id est fortitudo resistendi, inveteraverunt id est deficit, quia quod veterascit prope interitum est. Contra quod rogamus dicentes. Exue me veterem hominem id est debilem ad bonum et indue etc. id est fortem recentem et alacrem. Dum clamarem. Prius dixit tacui, hic dicit clamare, quia tacuit dicenda, et clamavit tacenda, quia iactavit merita, tacuit unde proficeret, clamavit unde deficeret, sicut faciunt hodie imitatores pharisei, qui dixit bona sua et tacuit mala, qui sana membra medico ostendebat, et infirma tegebat. Cum ergo

Iste psalmus agit maxime contra vicia hominum qui vel peccata sua nesciunt, vel cognita defendunt, et merita iactant, ergo docens, ut peccatores nos agnoscamus, et bona gratie dei attribuamus, contra vicium quod homines hic psalmus opponit. nec putet deo absconditum, quod in conscientia habet occultum. Si quod vis latere deum. dic iniquitates tuas ut iustificeris.

Tecta non dei cognitione sed punitione scilicet eterne.

Pura confessio est absque humana verecundia confiteri, quod absque verecundia divina commisisti.

merita iactat. gratiam expellit. Quis enim gloriabitur castum se
habere cor. aut quid habes quod non accepisti. quid igitur gloriaris.
tota die. i. tota vita sua. que dicitur dies. quia in ea potest homo
operari. venit enim nox. quando nemo potest operari. Multi tacent
ore. et tota die clamant corde. dum malum cogitant vel bonum.
quia dicitur moysi. quid clamas ad me. Quoniam. i. ex hoc quod peccata
tacui. et merito clamavi. gravata est super me manus tua.
i. penas vindicte ad humiliandum me superbum. tribulationes immitte-
do. et hoc ~~tota~~ die. idest assidue. et ex hoc. Conversus sum in erump-
na mea. i. cognovi me miserum. dum confringitur spina. i. dum remordetur
conscientia. vel confringitur spina. i. dum humiliatur hominis superbia. Spina
enim dorsi totum corpus erigit et sustentat. et cervicem erigere
signum est superbie. que tunc confringitur. quando humiliatur cor. Et ita con-
versus. delictum meum. quod prius tacui malo meo. Jam nunc. cognitum
tibi feci. humiliter confitendo. et iniusticiam meam. qua videlicet feci non
facienda. non abscondi. i. detexi. ut tu tegeres. Nam quando homo
detegit. deus tegit. quando homo tegit. deus revelat. Si homo ag-
noscit. deus ignoscit. Dixi. i. deliberando proposui intra me hoc.
confitebor. non tacebo. adversum me. me accusando. non alium.
Multi enim confitentur iniquitatem suam. non adversus se. sed adversus
dominum. quando deprehensi in peccato dicunt. non feci. vel non est hoc peccatum.
vel deus sic voluit. Alii fatum et stellas accusant. et per conse-
quens deum. qui stellas fecit. Dicat potius tales. Ego qui libe-
rum arbitrium habeo. peccavi. et persuadenti consensi. Ideo peto
domine miserere. et tu remisisti impietatem peccati mei. Magna pie-
tas dei. quod scilicet ad solam promissionem dimiserit peccata. Votum enim
pro operatione iudicatur. Et pro hac remissione culpe. et pene. orabit
ad te omnis sanctus. excepto capite sanctorum. et matre eius benedicta.
in tempore oportuno. idest tempore gratie. scilicet vite presentis. ubi orare licet
et mereri. Juxta illud. Ecce nunc tempus ~~acceptabile~~ ecce nunc dies salutis.
Verumtamen. quasi dicat. licet sit tempus oportunum. licet sanctus oret. verumtamen.
illi qui sunt. in diluvio aquarum multarum. i. qui diffluunt per concupis-
centias carnales. non approximabunt ad eum. Juxta illud. Ozee.
non dabunt cogitationes suas. ut revertantur ad dominum. quia spiritus
fornicationis est in medio eorum. et dominum non cognoverunt.

Quia dicit. gg[?]. Ex quo luxuria mentem alicuius semel occupauerit, vix enim bona desideria cogitare permittit. Vel diluuium aquarum multarum, est error diuersarum sectarum. siue philosophorum, Iudeorum siue hereticorum. hij omnes. nō appropinquant ad eum. i. ad deum. Sed in hoc diluuio. quod vndique superhabundat. sanctus orat dicens. O dn̄e. Tu es refugium meum, nō alius quicumque. a tribulacione mea. i. a temptacione huius seculi. que circumdedit me. vndique affligendo. et tu es. exultacio mea. spe futurorum bonorum me letificando. et ideo. erue me a circumdantibus me. i. libera me a malis pene et culpe. Intellectum tibi dabo. q. d. quia petisti ut eruaris. Ecce exaudio te. et dabo tibi intellectum. vt cognoscas et scias quod omnia sunt ex gracia que habes. et instruam te. ad vitandum vitanda. et faciendum facienda. Firmabo super te oculos meos. i. custodiam te diligenter. vel firmabo etc. i. firmum te faciam in lumine intelligencie mee. quia oculi dn̄i sunt pietas et misericordia. Nolite fieri. hic hortatur peccatores ad penitenciam dicens. Nolite fieri sicut equus. qui indifferenter sine discrecione sessorem dyaboli et eius consilium suscipit. et mulus. qui indifferenter onera portat. peccatorum. quecumque ei imponuntur. quibus. s. equo. et mulo. nō est intellectus. sed sensualiter viuunt. Quod si noluerint. tunc o dn̄e. In chamo et freno. i. tribulacione maiori uel minori. sicut videris eis expedire. maxillas eorum constringe. potestatem et malam voluntatem eorum refrenando. Vel ad literam. habundanciam victualium quibus lasciuiunt eis subtrahendo. qui nō approximant ad te. i. illis. qui consolacionibus carnis dediti. nolunt se subiugare tibi seruiendo humiliare vt saltem vel necessitate compulsi. redeant ad cor. quia misus saciatus. nō reuertitur ad manum dn̄i. nisi fame compellatur. dico. Nolite fieri etc. quia. Multa. sunt impiis. et in futuro. flagella peccatoris. quibus tribulatur. quia quid paupertas inuoluntaria. quid infirmitas. quid fames. sitis. calor. frigus. vinea. obprobria hominum. et homines tirannici. positi super capita nostra. nisi flagella dei. sunt pro peccatis. In futuro autem. ignis vermis. horrenda visio demonum. etc. que ibi sunt. flagella sunt peccatorum. vnde proverbiis. parata sunt derisoribus iudicia. et mallei percucientes.

nō

Vel erue me etc. i. libera me ab omnibus. qui sicut leones circuierunt querentes quem deuorent.

Vel per equum qui ambulat erecta ceruice. significantur superbi. et sapientes ad malum. qui sessorem habent dyabolum. per mulum. hebetes et pigri ad bonum. quos etiam excecat et possidet inimicus.

Magna gracia dei est in illum qui nō relinquitur proprie voluntati.

Non enim mirum si adhibito freno sequitur flagella. Indomitum enim animal homo qui non dei voluntate. sed proprio motu se regere cupit. effrenis enim in luxuriam prolabitur. ideo domatur freno et flagello. atque vtinam perdometur. Verendum enim est ei. ne minime resistendo relinquatur sibi. et eat in viam vagam. que ducat ad mortem.

sperantem autem in domino .i. iustum vel penitentem misericor=
dia circumdabit, undique enim protegendo, et dirigendo. Ergo
o vos iusti .i. iustificati gratia non meritis, letamini et exul=
tate in domino. ei gloriam et laudes canentes. et gloriamini omnes. de
hoc quod estis ei subditi, recti corde .i. qui habetis cor, non
resistens deo, pravi corde sunt, qui dicunt deum, vel non
esse, vel iniustum esse, vel non regere mundum, cum vident
hic malos florere, et bonos tribulari. Recti corde sunt, qui
faciunt voluntatem dei, docti a magistro suo, qui dixit, Non veni
facere voluntatem meam sed eius qui misit me etc.

Exultate iusti in domino. Intencio psalmi est ad laudem in=
vitare. et ostendit, qui et que, et quomodo laudare
debeant. Dicit ergo. Exultate iusti. etiam in adversis, non
in seculo quod perit, sicut faciunt iniusti, quorum leticia cum seculo
perit, sed in domino. in quo nichil displicet eis, qui dicunt cum
Job. etiam si me occidat in eum sperabo. placet autem deo. cui pla=
cet deus, quo permanente permanet eorum leticia. rectos decet collau=
datio. laudat qui rectus est .i. subditus deo. aliter distortus
tortuus laudat deum, tunc scilicet cum prosperatur. In adversis autem
blasphemat. Rectus vero prosperis et in prosperis et in adversis laudat
deum, ut Job. Si bona suscepimus etc. Recti sunt. qui dirigunt
voluntatem suam, secundum voluntatem dei. et hec est regula. et
preponunt voluntatem dei voluntati sue, tamquam meliorem peiori, su=
periorem infimo, quantum enim distat deus ab homine, tantum voluntas
hominis a voluntate dei. Et non dicit laudatio sed collaudatio,
propter ecclesie unitatem. Dixit qui et que, hic dicit quomodo laudare
debeant hoc modo. Confitemini domino in cithara. In cythara
corde extense sonant ab inferiori, et significat carnis mortificationem
Confitemini igitur .i. laudate dominum, in cythara, corpora vestra cum viciis
et concupiscenciis mortificando. in psalterio decem cordarum psallite
illi. quia psalterium reddit sonum a superiori. per quod significatur doc=
trina celestis, que vocat ad celum. Et est sensus. membra
vestra sic mortificata. serviant deo per caritatem. per quam decem precep=
ta dei, amor videlicet dei et proximi, debite complentur. quia in
hiis preceptis pendet lex et prophete. Cantate ei. non tamen

ligua / sed eciã vita / canticū nouū / s. canticū fidei · gře
et caritatis / canticū de incarnatõe · / de qua mūdus exul
tat / hoc est canticū nouū / quod nouus attulit homo /
h' cãticū nō cantat / nisi hoīes noui renati p grãm / ad
nouū testamētū ptinentes · bn̄ psallite ei · i · diligent' lau
date eum · in vociferatõe · cum iubilo · qui nō pt occul
tari in corde / et tñ nō pt expedite efferri voce / Insch
tibus dicit tñm / quare sit laudandus cū dicit · Quia rec
tū est vbū dn̄i · i · pmissio dn̄i vera in omnibus · quia nul
lum fallit · Vnde et fidelis deus dicit' · et omnia opa ei' ī fide
· i · fidelia sunt · nichil est qd pmittit deus / qd nō implet ·
Qa diligit dn̄s mīam / que est in pmittendo · et iudiciū
quod est in reddendo · vel mīam · in subueniendo / ⁊ iudiciū
in arguendo / Caue ergo ne amisso iudicio · sis paupi mise
ricors in mala causa / quia dicit tibi dn̄s / Non accipies
psonã paupis in iudicio / ut malam eius cãm foueas / ⁊
cotegas iniquitate · tu' si ptas sacello pnitis cor / quia
remanet iniq' exco / quia iustū sibi fauere uidet · Mīa
dn̄i plena est tra · vbiqz eīm dimittunt' pctã hoībus · qa
vbiqz euāgl' pdicat' / Agite pniam / appropīqbit eīm regnū ce
loꝝ · et hoc est effusio mīe dei / Terra · dicit · nō celi / quia
celi vbi nulla est miseria / nō indiget tñ mīa · Indigent
tñ deo regente / et misera / et felicia / quia sine illo miser
non subleuat' / et felix nō regit' · verbo dn̄i celi firmati sc̃
ad lram · i · filio qui est verbū patris / quia dixit et facta sc̃ omnia
et spū oris eius · i · spū sc̃o / qui ab utroqz pcedit · omnis vir
tus eoꝝ · firmata est · Cõgregans aquas maris sicut in v
tre · ad lrãm / littoribus eas cõcludens · ponens in thesauris
abissos · i · inferiores aquas maris / que sc̃ hoībꝫ occulte
sicut illa que reponunt' in thesauris / hic abissi noīe / ma
ris pfunditas noīat' / mistice aut sic · vbo dn̄i · i · sapīa
patris / celi · i · apli · firmati sc̃ · i · plene ex cõsolatõe / et
inspiratõe roborati et instructi sut / et spū oris eius · i ·
spū sc̃o post ascensionē misso · omnis vtus eoꝝ · firmata est
intm / ut oues misse in mediū lupoꝝ / lupos vincerēt

Sz alit' dō ē fidelis / alit' hō ·
dō fidelis ē hoī dās qd pmittit
fidelis ē hō credēs pmittēti dō ·
Ex pmisso ei · nō ex cõmisso /
dō est nobis debitor / hō vero
ex cõmisso / Teneam' g° fidelis
simū debitorē / qa fidelissi' ha
bem' pmissorē / simꝫ auari
exactores / qa ille fidelis est
pmissor ·

ocasse. et per apostolos et eorum sequaces, est congregans aquas maris
i. amaros tirannos et persecutores fidelium in unitate ecclesie
sicut in utre. quod dictum est ad similitudinem, sicut aqua con-
gregatur in vase. Et notanter dicit in utre, quod est vas de mor-
tua pelle factum, et signat quia mortui apostoli et sancti tirannos suos
fidei aggregaverunt. et dicitur est. ponens in thesauris abissos i. illos
qui erant in profundis viciorum per miam dei. qui vocat quos
vult. positi sunt inter illos qui sunt thesauri et electi eius. de
quibus tamquam de thesauro ditat alios. de quibus fuit paulus.
qui fuit abissus per infidelitatem, thesaurus per electionem. Vel aquas
maris in utre, est tirannorum maliciam concludere in potestate dei. qui
permittit effundi persecutionem illorum super suos electos, quantum vult. Iuxta
illud, fidelis est deus, qui non patietur vos temptari etc. Et ex quo
ita potens est. Ideo casto timore. timeat eum omnis terra. i. amet
omnis homo. Ab eo autem solo et non ab alio, commoveantur ad
cuius imperium. omnes inhabitantes orbem. i. ecclesiam universalem.
Ita patet. quod nulla creatura timenda est preter deum. Si enim leo ru-
git, deum time. Serpens fremit. deum time. dyabolus quer(it)
deum time. Homo premit. deum time. Quia ipse dixit et facta
sunt omnia. i. voluit ea esse et facta sunt. mandavit. tamquam po-
tens, et creata sunt. et ponitur hic creacio et recreacio. quia man-
davit per prophetas. et dixit per se creando omnia. dominus dissipat. q.
d. Ideo terra. i. terreni deum timeant, quia. dominus dissipat. i. ani-
chilat. consilia. gencium. i. populi gentilis, dum ydolatriam
destruxit, reprobat autem cogitaciones populorum. de morte christi q.
licet habuerint voluntatem in occisione christi, tamen sunt reprobati
in resurrectione. et reprobat consilia principum. i. tirannorum huius seculi
vel demonum, qui moliebantur exterminare fidem, qui videbantur
sua potestate aliquid posse facere. Consilium autem domini. i. misterium
incarnationis. et de operibus gracie. in eternum manet. s. in effectu
reali. quia eterna salutem in nobis facit. cogitaciones cordis
eius. sunt in generacione et generacionem. i. predestinacio eius est
inmutabilis. que sic permanet. ut promissa sunt. Beata gens
sola ex omnibus. modo in spe. et postea in re.. cuius dominus est deus
eius. i. que sibi non elegit alium deum. preter deum solum

Nichil quod nocere quis potest, nisi per-
mittatur, cupiditates nocendi potest habere
potes, sed non potestate, nisi ille dederit, quia
non est potestas nisi a deo. Iob. christus ait
hominibus superbum dixit. non haberes po-
testatem in me ullam etc.

ecclesiastica
instituta

in quo viuit, quem colit, et quia illa electio siue beatitudo,
non est ex nobis, sed a deo, Ideo subdit. beatus populus quem ele-
git dominus, electione eterna. in hereditatem sibi. iuxta illud ps.
hereditas mea israel, quam ipse colit, et colendo non sinit esse
miseram sed beatam. de celo prospexit dominus. pater. i. de christo. qui rea-
liter inhabitat, sicut celum, respexit misericorditer dominus, oculo misericordie super
genus humanum. ipsum ad fidem conuertendo, et hoc est quod dicat,
vidit omnes filios hominum, miserendo eorum, qui pertinent per fidem
ad christum filium hominis, de preparato habitaculo suo. i. de assumpta
carne ab eterno premissa, et temporaliter exhibita, respexit. dominus super
omnes qui habitant terram, ipsis miserendo, et ut conuertantur inspi-
rando, vel respexit habitantes terram, tamquam presentem, et fu-
turam non inquirentes, ut hic prosperentur, et postea puniretur, de
quibus apoc. viii. ve. ve. ve. habitantibus in terra, et non
solum respexit super filios hominum, sed etiam. Qui finxit sigillatim
corda eorum, i. qui inspirat eis omnem bonam voluntatem. et qui
intelligit, i. secretius et interius videt, omnia opera eorum, quo
quisque animo gratia operatur, siue ad dei laudem, aut humanam, non
saluatur rex. dixit spiritualia esse a deo, hic dicit quod etiam corpora-
lia a deo sunt, et illa continentur in tribus, scilicet in potencia rega-
li, in fortitudine gigantis, et in diuiciis equitis, que omnia
habentur a deo. non igitur saluatur rex, corporali salute, per multam
virtutem, i. per potenciam, et gigas, superbiens de viribus, non sal-
uatur in multitudine virtutis sue, presumens de se, nec diues in di-
uiciis suis, quod in equo notatur. Vnde subdit, fallax equus
ad salutem, in cuius velocitate et virtute confiditur, per quem significatur
quelibet amplitudo diuiciarum accipitur, que velociter transit de uno
ad alium, et cito cadit. i. cadere facit, vel a se deicit per multas
vias, in habundancia autem virtutis sue non saluabitur, quia qui in
diuiciis confidit, Spiritualiter autem intelligi potest sic. non saluatur
rex. i. aliquis bene regens se, si de virtute sua presumit. non sal-
uatur. et gigas, i. fortis pugnator contra vicia et concupiscen-
cias, non saluabitur, presumens de multitudine virtutis sue. equus
fallax ad salutem, i. ille qui alios portat, per virtutem paciencie
hic per se est non saluat, quia vana est salus hominis.

speraverunt

In ysiudātia sit v'tutis sue nō saluabit' quia nemo suis meritis
saluari p't. quod in plibus heremit' qui post magna et fortia
facta. p' sp'm sup'bie ceciderunt. Et quia sua v'tute null' saluat'
Unde ergo erit salus. ostendit dicens. Ecce. unde est salus. oculi
dn̄i. p' miam ptegentes et saluātes. sup metuētes eum. i. si
hu'iles. nō de se p'sumētes. et in eis qui sp'ant. nō in meritis
sed in mia ei' i. dei. Nō q' spes et timor. ut frequēter sunt ponunt'
Ad hoc aūt sunt oculi dn̄i. sup metuētes eum. ut tandem eruat
a morte aīas eo2. donās eis vitam gracie in p'nti. et vita glie
in futō. et hic. alat eos. v'bo dei et veritate. qui sūt. in fame
i. esuriūt et sitiūt iusticiā. Hec sūt duo vota iusto2. ut in iudi-
cio eripiant' a morte eterna. et hic ubi est indigēcia bono2
alant' sp'ualib' nutrimēt'. Et hoc expectās. aīa nr̄a sustinet
dn̄m. pacient' expectādo miam dei. ut eruat' a morte. Qm̄ adiu-
tor nr̄ est. ad bn̄ opandum. Et ptector nr̄ est. ab impedientib'
veniendi ad eum. Ideo eciā sustinēdum est. quia in eo letabi-
tur nr̄m. tūc plene eterna leticia p'fruet'. qn̄ apparuerit glia
eius. et tūc letabit' cor nr̄m. quia p' grām adiuuate. et p've-
niente in hac vita. sp'auim' i nōie scō eius. firmit' credentes. qa
nō est aliud nomē datum hominib' in quo 2c. Et ys. Ecce nom
dn̄i venit de longinq°. Deinde subdit oronem dicens. Fiat mia tua
dn̄e sup nos. i. p' miam tuam. impleat' in nobis. q' in futuro
post iudiciū letem' in celis. Quēadmodū sp'auim' in te. non
in alio. sciētes quia spes nō cōfundit. Un̄ ecc. ij°. Nullus sp'auit
in dn̄o. et cōfusus est. Vel petit incarnacōnē filij. Iuxta quod
p'phete credētes. et sp'antes p'phetauerūt. Ut p'phete tui fideles
inueniantur. Sequit' ps' Bndicā

Benedicā dn̄m i om̄i tp̄e. Intendit ps' iste mouēr fideles 73
ad laudem dei. quia accepim' eum in sacrificiu. Dicit
ergo fidelis sic. Bndicā. i. laudabo. dominū. ex toto corde et ore
et hoc in om̄i tp̄e. tam in p'sp'is q' in aduersis. q'd nō fiebat an-
tiquit'. qn̄ carnales p' carnalibus seruiebāt. Sicut legit' zach'.
xj°. Bndict' dn̄s. diuites facti sum'. Et infra. Confitebit' tibi cū bene
feceris ei. Sed maledicūt tp̄e adu'sitat'. sicut uxor Iob. Bndic
deo et morere. Cui vir rn̄dit. Si bona suscepim' de manu 2c.
Semp laus eius in ore meo. i. frequēter. aliās nō eēt ver'. q'a homo

non potest totimmo laudare. sed homo iustus quidquid facit spiritualiter
deum laudat. quia omnia facit et loquitur ad laudem dei. quod
nullus facit nisi humilis. Ideo subdit. In domino. non in rebus mun-
di vel vanitatibus. anima mea laudabitur. Iuxta illud. Qui
gloriatur in domino glorietur. Bonus enim famulus de bona fama domini
sui gloriatur. qui igitur in domino non vult gloriari non est mansue-
tus. Audiant hoc. non docti. non ieiunantes superbi. sed mansueti
i. humiles. in quibus dominus. tamquam in domito iumento insidet.
Audiant inquam et letentur. quia iocunda est res laudare deum
deinde ad laudem ex caritatis fervore. alios invitat dicens
O vos mansueti. Magnificate dominum. i. magnum et gloriosum
predicate. mecum. laudando in unitate fidei et caritatis. et
exaltemus. i. altum predicemus. nomen eius in idipsum. i. unifor-
miter. Iuxta apostolum dicentem. Idipsum dicatis. et non sint in vobis
scismata. Ut invitatos ad hoc attrahet. ostendit que bona sibi
provenerint inde. d. Exquisivi. in puritate cordis. dominum. non
aurum vel aliud terrenum. et exaudivit me. petita concedendo.
per quod docemur quod qui in oratione non audiuntur dominum ex corde non
quesiverunt. et ex omnibus tribulacionibus meis eripuit me. i. eripiet
me in futuro. quia in presenti exauditi iusti tribulantur. quod in capite
ecclesie processit. de quo legitur quod tota vita Christi. a cunabulis usque
ad crucem. quedam tribulacio fuit. Accedite ad eum. non loco. sed
fide. et illuminamini. non sicut iudei. qui de crucifixo tenebrati
sunt. et facies vestre. i. mentes. non confundentur. in futuro. i. non
frustrabuntur mercede. sicut erubescent illi qui dicent. Nos insen-
sati erravimus. et sol iusticie non est ortus nobis. Vel etiam
in presenti. facies vestre etc. i. mentes in adversis non erubescent. quod
quod cum iusto hic fiat. non erubescit. quia et si aput homines
videtur inferior in mundo. tamen superior est aput deum. Superbus
vero in adversis erubescit. quia ad deum non accessit corde et fide.
Iste pauper. q. d. vere accedentes ad deum non confundentur. quod
probat exemplo. d. iste pauper spiritu. David. vel Christus sive
fidelis. clamavit. et dominus exaudivit eum. postulata concede-
do. Unde dicit. non est oblitus pauperum. et ex omnibus tribu-
lacionibus eius salvavit eum. in morte liberando a rugientibus

In domino laudabitur anima mea. q. d. de laudibus hominis non curo. quia frequenter laudat vituperandum et e contrario. sed opto laudari a deo. cuius laus est vera. deus autem aliquem laudat. cum per aliquem suis usibus efficiendis probet hominibus utilitatis testimonium.

Mansueti. Est verbum nimis expressiva. quia maxime apparuit in David. et probat deus eum. in bonis temporalibus et spiritualibus dilatavit.

i. cor. i.

Necque ipse David in presenti vita sine tribulacione fuit.

et spatiis ad escam. Luc. Factum est ut moreretur mendicus et portaretur etc. Ibique Christus magni consilii angelus domini immittit, se-
cundum circuitum timentium eum, eos effectualiter protegendo, custodiendo
et conservando, et eripiet eos, sive ab hominibus malis sive
a demonibus. Deinde ad altiora invitat dicens. Accedite non solum
ardentes, sed etiam gustate carnem et sanguinem Christi, et sic vi-
dete, id est intelligite, quoniam suavis est dominus, id est dulcis cibus, qui est
vita sanctorum, pellens omnes molestias in presenti et in futuro. Beatus
vir qui sperat in eo, quem gustat, id est per hoc spiritualiter speranda est vi-
ta eterna in futuro. Et ex quo est beatus qui sperat in eo, ideo hor-
tor omnes, Timete dominum omnes sancti eius, nullo excepto, ut qui stat
videat ne cadat. Quoniam non est inopia temporalium necessitatum et
spiritualium bonorum timentibus eum, quibus dicitur, Primum querite regnum
dei etc. Et non vidi iustum derelictum, nec semen etc. Dixit, timentibus
deum nichil deesse. Sed divites huius seculi, qui habent consolationem
suam carnalem, eguerunt, quia fidem non habent, que est substantia
sperandarum rerum, et esurierunt, defectum verbi dei sustinendo. Inqui-
rentes autem dominum, ex toto corde et anima, non minuentur omni bono,
id est habebunt omne bonum, quod est deus. Unde dicitur, Satiabor cum
apparuerit gloria tua. Exod. Desiderium iustorum omne bonum, id est
deus. Dixi, timete dominum. Ut autem sciatis quomodo, venite filii, obe-
dientes, audite me diligenter, timorem domini docebo vos, quo nichil
utilius doceri potest in mundo, quia principium prudentie ad sapientiam. Un-
de etiam nichil melius quam timere deum. Quis est homo, id est est ne ali-
quis inter vos, qui vult vitam, que vere est vita, in qua nullus
moritur, et quis est qui diligit dies bonos videre, quos morte
non incipiunt, qui sunt felicitas vite eterne. Sed hec vita et hii dies
numquam inveniuntur in mundo. Si queris ea, noli querere hic sed alibi.
Unde si queris vitam et dies bonos, Time deum, et prohibe lin-
guam tuam a malo, ne malum loquaris aperte, et prohibe labia
tua ne loquantur dolum, id est ne bona dolose loquantur. Diverte a
malo, id est nulli noceas facto, et quia hoc non sufficit, ideo sequitur
et fac bonum. Unde Ysa. Quiescite agere perverse, discite bene
facere. Parum est ut non spolies vestitum, sed vesti etiam nudum.
Si non spolias, divertisti a malo, si non vestisti, non fecisti bonum.

mittit deus necessaria non superflua.

Vel aliquis angelus ad hoc consti-
tutus, vel prelatus ad hoc
missus.

Miser est qui sperat in alio quam in deo,
sed qui sperat in deo, ita
beatus est, quia cum
iam habet in spe quod
est omne
bonum.

Nec quod desideras deum, ne famem
paciaris. Multi enim
deserunt deum ne
inopes sint, et propterea
inopes sunt quia
deserunt
deum.

Nota

Vel declina amicis, et fac
bonum, id est exerce te
in virtutibus.

Inquire pacem / i. diligenter desidera pacem / carnis cum spi
ritu / quia raro habet iustus pacem / quando sit incontinua pugna /
et persequere eam / i. valde sequere fugientem. Vel inquire pacem
deum / qui est pax vera / et quia hic non habetur. persequere eam /
usque ad celum quo precessit / Et qui talia facit deum timet /
Et ne forte diffidas / ex infirmitate tua. confortat dicens / Oculi
domini / i. respectus misericordie eius / adiuvans et conservans. super ius
tos. ad remuneracionem. et aures eius in preces eorum. ad cito
exaudiendum / Et non dicit ad preces. sed in preces. propter citam
exaudicionem / Unde ysaias / Adhuc illis loquentibus / ego dicam. ecce
assum / Sed forte dicet malus / securus faciam malum / quia non
in me sunt oculi domini / sed super iustos / illos deus attendit
me non videt Ideo subdit. Vultus autem domini / i. vindicta et
indignacio domini / super facientes mala / i. cognoscit ut puni
at / non ut parcat. ut perdat de terra. viventium. memoriam eorum
ut nec mencio a sanctis fiat / ad intercedendum pro eis / ymo.
letabitur iustus in celo cum viderit vindictam / pro quibus dum
viverent / oppressi sancti. Clamaverunt iusti. in angusti
is constituti / et dominus exaudivit eos. in sua misericordia. et ex omnibus
tribulacionibus eorum. liberavit eos. ut tres pueros in camino
ignis / et in novo testamento quam plures a tormentis / et a morte
liberati sunt. Iuxta est dominus. hiis qui tribulato sunt corde /
non corpore tantum / sed corde / scilicet qui cernunt duriciam / cor
dis sui et humiles sunt. et humiles spiritu. non verbis tantum / salvabit
dominus / Et necesse est / Quia / multe tribulaciones iustorum. quia
multa a demonibus et hominibus paciuntur. et de hiis omnibus
liberavit eos dominus / post mortem / quando dicetur eis. ut requiescant
a laboribus suis / Interim vero hic in periculis vivuntur. Custo
dit dominus. omnia ossa eorum / i. firmamentum fidei / paciencia eis tribu
endo / unum ex hiis non conteretur. quia nulla in eis virtus su
perata est / quod figuratum est in agno pascali / et precessit in christo
et in suis est completum / quorum paciencia exercebatur / sed non vincebatur
Mors peccatorum pessima. licet in diviciis et honoribus fuerint
et cum cantibus deducti fuerint / tamen est pessima / quia deducit
ad iehennam / et quia omnes peccatores sumus / ondit quorum peccatorum / d.

et qui oderunt iustum . i . xpm et membra eius / vel iustum . i .
iusticiam / sicut sunt usurarij . et similes / hij omnes delinquent
anthonomasice . quia infideles singulariter vocantur / et sunt peccatores /
Sed ab hac morte / Redimet dominus / hic mortis precio / animas
seruorum suorum / sibi obedientium / et se timentium / et non delinquent
peccato ad mortem eternam per obstinacionem / omnes qui sperant in eo .
i . qui fideliter sperantes / in hoc perseuerant et cetera .
Iudica domine nocentes me . Intencio psalmi est monere ad tol-
lerantiam aduersorum / dicit capitulum in persona corporis / scilicet ecclesie
dicentis ergo sic . Iudica domine . i . dampna nocentes me . i . nocere cupien-
tes dic / expugna inpugnantes me . facto / apprehende arma
et scutum . i . adiuua nos et muni tua bona voluntate . ut
et inimicos percuciamus / et ab eorum iaculis protegamur . Magnum
spectaculum est videre deum armatum pro te / qui habet arma et
scutum / armis hostes percutit / scuto suos protegit / et quid
sunt arma et scutum dei / Arma dei nos sumus per quos deus percu-
tit hostes / unde anima iusti dicitur framea dei / per quam dyabolum
et tirannum vincat / Scutum dei est bona voluntas / qua nos
protegit et munit . et exurge in adiutorium michi . i . effectu ex-
teriori / auxilium tuum michi ostende / vel exurge . i . innotesce
et appare sensibiliter / in adiutorium michi . et alijs / vel exur-
ge . et cetera . dicitur deus dormire / dum nos dormimus et negligimus
unde in ewangelio dicitur / quod dormiebat ihesus in naui . i . fides de ihesu
in corde tepuit / et tunc fluctuat nauicula mentis / si vigi-
laret non fluctuaret / unde obserua naufragium / et excita
xpm dormientem / i . fidem tuam . / quod si vigilauerit / fiet tran-
quillitas / conquiescent omnes temptaciones / aut certe nichil no-
cebunt / dicat ergo . exurge . i . fac me exurgere . et vigilare michi
et alijs / Effunde frameam . i . multiplica vindictam / et con-
clude . i . fac conclusionem / aduersus omnes qui persequuntur me . hos-
tes visibiles et inuisibiles / ne michi noceant conpescendo /
vel effunde frameam . i . animam iusti / que modo est obscura /
clarifica / ita euidenter / ut conuincas et concludas inimicos fi-
dei et veritatis / ne audeant amplius contra fidem oblatra-
re / dicentes / ubi est deus tuus / et illud / non est illi salus in deo eius .

contra tales. dic. i. euidenter ostende. anime mee. que est fra-
mea tua. contra infideles. salus tua ego sum. in utroque s. in
presenti et in futuro. Hoc dicto audacter predam bene armatus
fide inexpugnabili. et non conuertar donec deficiant. i. usque ad
mortem. quia amplius non habent quid faciant. postquam occide-
rint corpus. Confundantur q. d. salua animam meam. ita ut que-
rentes eam perdere confundantur. q. d. salua animam meam. ita
ut querentes eam perdere. Confundantur rubore peccati. et reuereantur. i.
timeant penas. Auertantur retrorsum. i. sequantur non precedant.
non dent consilium. sed accipiant. petrus enim sequendo discipulus
fuit. precedendo uero sathanas. et confundantur de malicia sua.
cogitantes michi mala. i. illi qui fidei resistunt. et est prophetia
non oratio. Vel prophetia in spiritu dei. eo modo ea dicit. quo
deus illa facit. i. fieri sinit. Si autem confundi per peccato suo no-
luerint. ex tunc. fiant tamquam puluis ante faciem uenti. i. cedant
omni temptacioni ad casum. et angelus domini. malus. coartans
eos. impellendo ad casum. Iuxta illud. Tren. Abierunt absque
fortitudine. ante faciem subsequentis. Et si quandoque per aliqua tempore
restiterint. fiat uia illorum. i. racio. tenebre. per ignoranciam. et
lubricum. per inconstanciam. ut sic de uicio in uicium ruentes. perdu-
cantur ad mortem inferni. et angelus domini persequens eos. qui
non sinat eos stare. O quam horrendum est de peccatore. quorum uia
est lubricum et tenebre. et angelus domini malus impellens.
ut ire oporteat. et tenebre et lubricum ire prohibeat. et me-
rito hec paciuntur mali. Quoniam gratis. sine culpa iusti uel christi
absconderunt michi. christo uel iusto. interitum laquei sui. i. consi-
lium et insidias. quibus me occidant. quod eis fuit ad interitum
non sed. quia miser est qui infert malum. non qui patitur.
Veniat illi laqueus quem ignorat. i. ipse suus laqueus te-
neat eos. Ecce digna retribucio. ut fossa sui fossoris colli-
gat ossa. et capcio quam abscondit apprehendat eos. ut re-
thiculis peccatorum suorum constringantur. que commiserunt occulte trac-
tantes. quo iustum dolo tenerent et occiderent. et in laqueum
cadant. non in alium sed in ipsum. ut in eum cadat. que alteri
preparauit. Sic contigit in aman unde puer. Iniquitates sue ca-

piūt impiū. Attinua est. q. d. hec cōtingūt illis. Aute p sed
aīa mea. que audit. salus tua ego sum. exultabit in dn̄o.
non querēs diuicias. nec aliūde cōsolacōm hn̄s. ipsm qui
omīa fecit. et cōtinet in se omīa. et delectabit sup salutari
suo. i. in deo saluatore. Omīa ossa mea. i. fortes eccīe sce exp
ti. magnitudinē mīe et iusticie dei. dicet. in cōfessiōe laudis.
dn̄e quis silis tui. q. d. null⁹. Nullus eīn saluare potuit hoīez
nisi deus. vnde et subdit. Eripiens. p incarnacoēz et morte.
inopem. i. genus hūanū. de manu fortiorz ei⁹. i. dyaboli. ege
nū et pauperem. a diripientibz eū. quod idem est. quia homo li
beratus est. a dyabli ptate. paup. inops. et egenus. idem
signt. s. genus hūanū. Inops quia mortale. egenus quia
in sudore vescat pane suo. paup. quia de pma sapīa dieci⁹
temīe et vmbratilem hēt rōm. Et quia corpus xpi. s. eccīa
multa patit. ne videat a capite suo delicta. ondit xps. qm
caput a mēbris alienatū nō est. passionis sue ordinem
enumerat. d. Surgentes. velocit et in moderate. testes iniqui.
falsi testes. interrogabant me. accusantes. sed nō cōuincentes.
que ignorabam. actu. quia xps pctm nō fecit. nec inuent⁹
est dol⁹ &c. sed veni. bn̄ eis facere. quod et feci. infirmos cu
rando. lepsos mundando et c. p hijs. retribuebant michi mala
p bonis. p bn̄ficijs cōtumelias. p vita quam reddidi mortuis.
mortem. Cum ego attulissem eis fecunditatē virtutū et gra
rum. ipi ecōtra reddiderūt. anime mee sterilitatē. quia in
vita eorz. nichil ~~fertilitatis et fructus~~ ex semine meorz fructū
et vborz inueni. quesiui vuam. et inueni labruscam. Ego
aūt. hec senciens. tū michi molesti essent. sputis. colaphis
flagellis. induebam me cilicio. i. mortalitate. sub qua late
bam nō agnitus. quia scd̄m diuinitatē. nō exercui potenciā.
humiliabam in ieiunio. aīam meā. Cibus xpi est salus hoīm
et quia salus ab impijs cōtempnebat. ieiun⁹ xps remanebat
solum eīn latronē xps cōmedit. quia in corpus eccīe tra
iecit. quia et apli cum petro fugerant. Ideoqz in die passiōis
xpi. artissimū ieiuniū obseruat. et orō mea in sinu meo
cōuertet. i. illum orabam qui p sonalit michi vnit erat. xps orat

Nouit eīn xps pctā adiudi-
candū et puniend. sz nō
ad faciend. sic dr̄ de
malo. nescit
bn̄ face
qā nō
vult.

Caro xpi dr̄ ciliciū qr̄ ē sbiec-
tam̄ pcti. ciliciū fit de
pellibz capraz. Capra vō
est aīal. quod pmo
latur p pctō.

Vel alit. orō mea in sinum meū cōuerte-
i. orō mea nō pdesit alijs. nisi pdes-
tinatis. q sūt sicut familiares in eccīa
sca. aqua dū exierit efficiunt lepsi
ad quā cū redierit sanant. sicut
manus moysi &c.

balt ibi abscō
ē fortitudo ei⁹
s. ve tu es deus
abscondit⁹.

scdm quod homo, sed oratio eius convertitur in sinum eius. i. ad
uterum in quo erat pater. Sinus xpi est secretum divinitatis
ad quam orat humanitas et auditur et non querit sibi subveniri
sed cum patre subvenit omnibus. Sinus etiam est secretum hominis
in quo clauso hostio orare iubemur. Quasi proximum etc. ponitur casus
pro casu, accusativus pro ablativo, quasi proximum, licet michi iudei molesti
fuerunt, tamen ego sic complacebam michi in eis quasi proximo, quasi fra
tre nostro. i. quasi de proximo et de fratre. et est sensus, gaudebam
de affinitate eorum, quos persecutores patiebar. Ecce contra pro odio
beneficium pro lesione. Vel sic. Ego complacebam patri in eis, hundo eos
sic quasi fratrem et proximum nostrum, monendo, hortando, mandando, ut con
verterent. et cum nollet converti, ex hoc ego, quasi pater lugens
filium, et contristatus sic humiliabar, i. dolebam quasi de mortuo.
De inde convertitur ad ecclesiam sermo, vel ad animam fidelem. Ego
quidem qui sum caput membrorum meorum, ieiunabam orabam
lugebam contristabar, pro eorum correctione, sed ipsi adversum me
i. meos, letati sunt et convenerunt in consilium contra fideles. con
gregata sunt super me flagella, i. tortores sunt sancti mei, et ignora
vi, secundum opinionem eorum, quia non statim vindico sanguinem
eorum. Vel ignoravi, dicit ecclesia in tormentis. i. non feci cri
mina pro quibus patior supplicia. Et propterea inimici mei per
sequutores mei dissipati sunt. i. attoniti, vel distracti a cari
tate, nec compuncti ad penitentiam, sed obstinati in malicia, temp
taverunt me, minis et terroribus, blandiciis et promissis
subsannaverunt me, cachinnatione, dicentes Ubi est deus eorum, fren
duerunt sunt me dentibus suis. i. intrinseco odio in me stridebant
more bestiarum, ubi verba eorum deficiebant. Deinde oratio dicit
Domine quando respicies me sponsam tuam et quasi viduam desola
tam et tribulatam. restitue animam meam, i. eripe a malignitate
tate eorum, et redde gaudiis paradisi, ad que in principio creasti
eam. eripe etiam, a leonibus unicam meam. i. ecclesiam, que est singu
laris et solitaria, nulli falsitati commixta. Et post quam hoc tamquam
dominus potens feceris, tunc libera ab omni tribulatione pleno ore
Confitebor tibi, i. laudabo te, in ecclesia magna. i. in celesti
Habitaculo, que est magna quia convenit ex omnibus tribubus

Iudeos iniuste dominus patitur non tedio affectus,
sed amore differt salutem suorum
et facit etiam ratione non impotentia
ut desiderium augeatur et numerus
suorum electorum compleatur.

et signis. qua nemo pt simulare. et laudabo te in ppło gra-
ui. i. forti. que no tollit ventus temptacois. sicut palea
que tollit a vento. distat hec grauitas ab illa. de qua ē.
usqȝ quo graui corde. quia hec confirmat. illa vo deprimit
et mergit in pfundum. et medio tpe quo diu no puenio ad
illam magnam ecclam. oro. no supgaudeat michi. insul-
tando. et nimis opprimendo illi: qui aduersant michi inique
heretici videlz et tiranni. qui oderut me gratis. i. sine causa.
et annuunt oculis. s. ypocrite. qui aliud in labiis. aliud cor-
de gerunt. Qui michi quidem. i. in pñcia mea. amicicia pte-
dentes. pacifice loqbant. falsi fres vel heretici adulabant.
et in iracundia terre loquentes. i. admodum hoim terrenorum. aliud ha-
bentes in ore. et aliud in corde. dolos cogitabant. quo fidem qua
teneo de medio eradicarent. Et postquam me in aliquibus membris
vel occiderunt. vel deceperunt. ex hoc quasi consolati. dilatauerunt
sup me ecclam vz uniuersalem. os suum insultando et deridendo.
dixerunt. predicando. et detrahendo. euge euge. i. bene bene.
et est interiectio signis gaudium mentis. viderunt oculi tui. tribu-
lacionem et afflictionem tuam. que magnum crucifixum adorasti.
et nobis tormenta comminabaris. ecce nunc nos quod ad-
ram. videmus. et quod datum est nobis habemus. Dicunt
peruersi seculi amatores. et ecclie psecutores. tu autem inter
spem et rem. affligeris et cruciaris. Sed ad hec quid ecclia
dicit. vidisti dñe. obedienciam meam. et humiliacionem. et eorum
iniquam insultacionem. ne sileas. i. ne differas. a sententia damp-
nacionis in illos. et liberacionis in me. et interim quo usqȝ
non ptuleris sniam. ne discedas a me. tua pñcia ptegente.
et illuminante subtrahendo. Iuxta quod pmisisti. Ecce ego vo-
biscum sum. usqȝ ad consummacionem seculi. exurge dñe. qui tam
diu sustinuisti iniustum exilium meum. et intende iudicio meo
i. vide quod iniuste dampnor ab eis. et dñe deus meus. quem
colo et adoro. intende in causam meam. non in penam. quia
pena sceleratis similis est. causa aut dissimilis.
Unde non pena sed causa martirem facit. Iudica me. i.
discerne me. tuo iudicio a malis. secundum iusticiam meam.

quā habeo a te ex fide, vel tuā. qua remuneras pios. et
malos. nō supgaudeat michi. sed magis lugeat, quia sua
malitiā compleuerit in me. dn̄e deus meus. nō dicāt
in cordibus suis. insultantes. euge euge aīe nr̄e. i. gau-
deat aīa nr̄a, quia prualuim⁹ in xpianos, effecim⁹ volū-
tates nr̄as in eis. nec dicāt deuorauim⁹ eum. i. dedu︤xi︥m⁹
eum p tormēta. ad consensum nr̄m, et iam in corpatus
nobis. vel deuorauim⁹. i. occidim⁹ eum. erubescāt in
die iudicij. et reuereant̄ sīl. qui gratulant̄ malis meis,
et Iudei. et heretici. et demones, timore et pudore, audi-
entes de ore iudicis. Ite maledcī. tc̄. deinde qn̄ repetendo,
subiungit dicens Induant̄. plene vt vndiq̄ȝ claudent̄. confu-
sione. p culpa pfidie et psecucōis in iuste. et reuerēcia.
i. timore p pena illi. q̄ maligna locut̄ sup me. in cāctes,
vel p̄t ce oro eccl̄ie. p psequentibus se, vt erubescāt p
pctīs. et induant̄ confusione in p̄nti p pniam, ne erubes-
cant in futō, illi aūt. qui volūt iusticiā meā. i. secut̄
et amāt, et qui volūt. i. optant. pacē serui ei⁹. i. eccl̄ie
vniformit̄ seruientis deo, sicut vnus seruus. exultēt et
letēt̄, corpe et aīa. hic et in futō. et dicāt. orantes mecum
s. tum eccl̄ia, magnificet̄ dn̄s sp̄. i. pmaneat nomē dn̄i
gloriosum in seculū, dicant etiā orantes, et ligua mea
s. ligua cordis, meditabit̄. rumabit. iusticiā tuā. q̄ iuste
condempnauis impios. et q̄ gloriose saluauis iustos tuos
et ligua mea meditabit̄. laudem tuam. tota die. i. etna
vita. vbi semp est dies. vel tota die. i. semp in hac vita,
laudem te. iuste viuendo, quia nō desinit deum laudare, q̄
nō desinit bene viuere. et qui iuste agit, bn̄ viuit, Bene
ergo age, et laudasti deum semper. v̄f

34 Dixit iniustus vt delinquat in semetipso. Intencione
pp̄s h⁹ monet, vt mala nob̄. bona deo attribuam⁹.
Quia duo sunt genera peccatorū. vnum ex infirmitate
carnis, de quo Sap̄. Corp⁹ q̄d corrūpit̄ aggrauat
aīam. tc̄. aliud. ex malicia libere peccat, q̄n deus
non curet, et de talib̄ȝ dicat̄ hic, dixit iniust⁹. i. illud gen⁹

Q̄ dixit v̄bū cont̄ spm̄ san̄ in-
iust⁹ e, q̄a sp̄s scs̄ iust⁹ est. ga
ob̄i ... dob̄ p̄o. d. dix̄ i iust⁹ i
semetipso. ut delinquat. i. ut de-
serat deū, ut offendat, vt peccet
vt se phibit⁹ in necctat, et q̄re
q̄a nō ē tīor dei an̄ oclos ei⁹. Ti-
mor dei donū ē sp̄s sc̄i, cōt que
i iust⁹ dix̄ in semetipso, et ill⁹
dicē. erit in spm̄ scm̄. pcc̄m irre-
missibile. s. timoē carē, delibenate
faceē malū, q̄a d̄t scp̄tā. q̄ sn̄ tiore
ē nō potit iustificari, et q̄ nō iusti-
ficat̄. pcc̄m suū retinē. et nō remitti.

Et ysaias de p̄ angelo meīnit d. quo cecidisti lucif. q̄ mane oriebaris.
corruisti i t̄rā. qui vulnerabas gentes, q̄ dicebas i corde tuo In celū conscēdā.
sup̄ ast̄ celi ponā soliū meū tc̄. vide qm̄ i isto erāt sp̄s blasphē. i spm̄ scm̄
q̄a celū dr̄ a celādo, q̄ volebat secreta sp̄us scī. i concessa penetrare. rra al-
tissime sapie. itelligēciae et s̄he dona, i p̄o sc̄. ab ip̄o largunt̄. ab ip̄o pcedit
et vbi vult. cui vult, et qn̄ vult spirat. ad h̄. null⁹ ni ip̄o vocāte conscendit
et nulli dat nisi q̄ se humiliat, q̄a sr̄ humiles et timētes requiescit sp̄us scūs

im quod deliberavit. in semetipso. ex propria voluntate
nullo impellente, ut delinquat. i. ut libere peccet. Et bene
ei hec audacia. quia non est timor dei ante oculos eius, cuius of-
ficium est expellere peccatum, Quoniam dolose egit in conspectu eius
i. noluit studiose querere voluntatem dei in scripturis, ut per
eam tamquam per lucernam, inveniatur iniquitas eius ad odium. i.
ut agnosceret iniquitatem suam, et odiret et emendaret. verba
oris eius. sunt. iniquitas. i. iniqua. et dolus, i. dolosa. hoc est
vel aperte mala, vel dolose bona. noluit intelligere ut bene
ageret, non dico non potuit. vel nesciuit, quod est fragilitatis,
sed noluit, quod est superbie, qui expresse dicunt, melius est
voluntatem dei nescire, quam sciendo peccare. hii sunt de quibus dicit
Job. Scientiam viarum tuarum nolumus, recede a nobis. Sunt enim
quedam in scripturis profunda, que intelligere non possumus,
de quibus facile veniam consequimur. Sed nolle intelligere, ut
bene possimus vivere, veniam non habemus. Noluit intelligere. Set potius
Iniquitatem meditatus est in cubili suo. i. in corde secreto, frequenter
et cum deliberatione cogitavit mala, Unde, ve qui cogitatis
inutile, quia perverse cogitationes separant a deo. Astitit. q. d.
male sunt cogitationes et verba, et etiam opera, Et hoc est quod
dicit. Astitit. i. studio et mora perseveranter omni vie non bone
i. primus fuit iniqua operari, malitiam autem non odivit, sed dilexit.
Extrema summa malitia, cum malum non oditur, sed insuper diligitur.
Domine in celo misericordia tua. q. d. mala sunt ex homine, sed bona, sive
temporalia, sive spiritualia a deo, et primo dicit de spiritualibus, post
de temporalibus, et dicit. O domine misericordia tua. quam das sanctis tuis est
in celo. i. in celestibus viris et perfectis, qui possunt dicere illud.
Conversatio nostra in celis est, et veritas tua. i. cognitio veritatis
amplior est. usque ad nubes. i. in sanctis doctoribus, qui to-
nant comminationibus, choruscant miraculis, pluunt doctrinis
et est sensus, veritatem tuam revelas doctoribus, et illi deinceps
hominibus. Justicia tua. i. homines per te iustificati, sunt subli-
mes sicut montes dei, qui sole intelligentie primo illuminantur.
qui post de eis, sed non ab eis, ad nos descendit, quia doctores
sunt ministri veritatis, et non auctores, et cognoscimus per eos,

Similata equitas non est equitas
sed duplex iniquitas, et hec
iniquitas inveniatur ad odium di-
i. puniatur ab aliis. aliorum qui
ex fragilitate vel ignorantia peccat, de-
let per penitentiam
et dei mi-
sericordiam.

Set potius

Vel astitit. i. ultro se ingessit
omni vie etc. i. male operacioni.

q. iudicia tua. quibus terres et expertes. sunt abissus multa
i. sunt inpscrutabilia. quare vz hos saluat, et alios repbat.
quis tam inuestigabit, vn. o altitudo diuiciarum sapie et
sciencie dei &c. Jam hic ondit etia tpalia bona ee a deo, et dt
homines tiumeta. i. carnales qui concordat cu iumetis
amando tpalia. saluabis dne. nutrimenta ministrado. quemad-
modu multiplicasti miam tuam deus. effectus tue mie tri
buendo, vnde infra. Suauis dns in vniuersis, illi sic. aute
psed. Sed filij homi. i. boni racionabiles, no contenti tpali
bus, sed. sperabut in tegmine alarum tuarum. quibus ptegis tuos,
sicut auis pullos, vn mt. quociens volui congregare filios tu
os, sicut pullos sub alis, et illud. Expandit alas suas in p
teccone eorum, et tales qui spant. Inebriabutur ab vbertate
domus tue. celestis vz. ierlm, tunc eni vere ebrij erut, qui hic
spant, et torrete voluptatis tue. i. copiosa delectacone tua
potabis eos. qn transiens ministrabis eis. et dices. bibite ami
ci. et inebriamini kmi. Qm apud te. o xpe. est fons vite. i.
inciu omnis boni, et in lumine tuo. o xpe. videbimus lumen. i.
p te et p tua pdicacone, cognoscemus prem. Pretende. i.
porrige. miam tua. i. effcm mie tue. s. remissionem pctorum
scientibus te. i. recte credentibus in te, et iusticiam tua. i. vite rec
titudine, hijs qui recto sunt corde. i. qui se conformat volunti
tue, et eam sibi pferut, tamq regulam vite. Deinde petit p
seruacoe apco, et dicit, no ueniat michi pes supbie. i. affec
tus supbus, quo a te recedam. et manus pctoris. i. impulsio
dyaboli, qui dicitur antiqus pctor. no moueat me. ut i pctam
cadam a virtute. et mito. q no veniat in pes supbie, quia
ibi. i. in pede supbie. ceciderut. de alto, qui opantur iniqtate.
scilz dyaboli, qui ceciderunt modo supbiut. et alios inducut ad
supbia, contra deu, et primus ho qui induxit fomite pcti
mercia, expulsi st. illi de celo, iste de padiso, nec potuerut
stare. virtute ppria contra deu, vel no potuerut stare, dicitur
i. in quiete eis data psistere. qui pse cade potuerut, sed
36 Noli emulari i malignantibus, no resurgere.
N psalmus intendit monere, vt mundo spreto. deo adhe-

reamus. dicit ergo sic. O tu infirme. noli emulari, i. indig-
nari. in malignantibus, i. in prosperitate malorum, neque zelaveris
amando et imitando. facientes iniquitatem, quia bonos premunt et
opprimunt. Cur? quoniam tamquam fenum, quod hodie floret, et cras
comburitur, velociter arescet. illi s. qui prosperantur et sublimantur per
fenum nobiliores, qui velociter arescunt, quia omnis potenta-
tus brevis vita. et decident, persecutores iustorum quemadmodum
olera herbarum cito. qui sunt ignobiliores. tamquam olera tam
porrorum, cetera non durabunt, unde sap. iiii. adulterine plantationes
non dabunt radices altas. Illi ita. Tu vero spera in domino
ab ipso solo premium laboris expectando, et fac bonitatem.
quia fides et spes sine bonis operibus mortua est, et spes
sine operibus presumptio est, et inhabita terram, i. permane in ecclesiam
per caritatis unitatem, et pasceris in diviciis eius. i. in sacramen-
tis ecclesiasticis et scripturis sacris. delectare in domino. cum amo-
rose contemplando, et cogitando, et dabit tibi oranti, peti-
tiones cordis tui. i. desideria racionabilia. non sensualia, reve-
la domino viam tuam. i. indica ei quid pateris s. carnis et spiritus
rebellionem, et quid velis s. inde liberari, et spera in eo. in
cuius potestate cuncta sunt posita. et ipse faciet, secundum fidem tuam
et liberabit te de corpore mortis huius. per graciam ihesu christi. et
educet quasi lumen iusticiam tuam. i. vitam tuam iustam faciet cunc-
tis imitabilem. ut luceat lux vestra coram hominibus, et glori-
ficetur deus, et iudicium tuum tamquam meridiem. Iudicium christiani
est electio iusta vilium. i. sequi in paupertate christum, hoc iudicium
dominus educet tamquam meridiem, cum hoc aliis proponet in exemplum,
et in futuro iudicio toti mundo manifestabit, et ut hoc consequa-
ris, Subditus esto domino. i. obedi preceptis eius, et ora eum
donec det promissa. Certe bona doctrina. ut bonum operemur et
semper oremus. Noli emulari. i. indignari. in eo. i. contra eum
qui prosperatur in via sua. in qua prosperatur obtinendo, quod vult, quia
prosperitas stultorum perdet eos, et noli emulari in homine faciente
iniusticias, i. contra hominem iniuste agentem contra deum
et proximum. et tamen prosperante. i. impune peccante, quia restat
pena in futuro. Sed tu. desine ab ira. i. ne turberis. visa prosperita-te

Spes est introitus fidei, quia per spem intratur ad videndum illud quod creditur. vel secundum alios per spem venitur ad fidem.

malorum. Vide xpm multa passum, nunquam prosperatum, nec tamen
iratum. quia irasci de prosperitate malorum, est contra deum mur-
murare. et derelinque furorem. ne diu perseveres in turbacione
noli emulari ut maligneris. i. noli te voluntarie facere malum
Et causam subdit dicens. Quoniam qui malignantur exterminabuntur.
i. qui mali ad tempus florentes, tamen in futuro exterminabuntur
i. eliminabuntur extra vinculum per dampnacionem. Sustinentes autem
dominum. i. qui adversa propter deum sufferunt, et mundi vana
contempnunt. ipsi hereditabunt. i. hereditarie possidebunt terram
viventium. Et quod diu est ferendum, cito fit. Sed infirmo lon-
gum videtur. Unde dicitur ei. Sustinuisti malos. Adhuc
restat pusillum. i. parum. et non erit peccator. per quo genus quod
dicitur et opprimit, quia pusillum est ad terminum vite. post cuius
quies longa tibi. et illi nulla. Tunc letaberis videns vindictam
sanctorum, et inimicos tuos sub scabello pedum tuorum. Queres
locum eius. i. si queres. non invenies. i. non invenires. Man-
sueti autem, non quicumque sustinentes, sed mansueti. i. pacientes
et humiles mites. hereditabunt terram viventium. Et quid
ibi erit. delectabuntur in multitudine pacis. i. parata erit omnibus
Unde ps. Sedebit populus meus in multitudine pacis.
Observabit peccator iustum, q. d. tunc erit pax iustis. Sed
modo dum granum est sub palea. peccator observabit ius-
tum ad decipiendum. moliendo occultis insidiis. Et si
non prevalet tunc. stridebit super eum dentibus suis. de occasione
cogitando. Aut ps. Sed dominus irridebit eum. i. irrisibilem
aliis ostendet iuxta illud prov. Ego quoque in interitu vestro
ridebo. quoniam deus prospicit. i. longe ante providet. quod tamen
peccator non videt. quia cito veniet dies eius, in quo recipiet
retribucionem malorum suorum. Gladium evaginaverunt peccatores
aperte iustos impugnando. Unde actuum xii. misit herodes rex
manus, ut affligeret quosdam de ecclesia. occidit autem fratrem
iacobi. etc. Si autem impugnacione aperta non possunt proficere
tunc parant dolos. Unde et dicitur. Intenderunt arcum suum. i.
dolosam persecucionem. ad hoc. ut decipiant. dolosis insidiis
suis. pauperem. spiritu. i. humilem. et inopem. i. opes mundi

De malis namque flagellum facit bonis deus, quo iustus purgetur, et deus glorificetur.

contempnere. ut trucident, i. ut crudeliter et inhumane occi
dant. rectos corde, i. martires, qui plene et plane confitentur
veritatem fidei, et non negant usque ad mortem. Ecce gla
dium euaginauerunt. ut trucidarent mites, et arcum intenderunt
ut decipiant pauperem, Sed gladius eorum intret in corda
ipsorum. i. mors sanctorum exterior sit mors malorum interior. Et
arcus eorum confringatur. i. dolus corporis frustretur. ne noceat iusto
et si tales extollantur superbia in diuiciis, tamen melius est
modicum iusto, quod habet scilicet humilitas sua, et bona voluntas
Sufficiebat nobis. dixit uxor thobie. paupertas nostra, ut
diuicie computaretur. Unde paupertas si leta venit, tutissi
ma res est, super diuicias peccatorum multas. per iniquitatem acqui
sitas. Vel diuicie peccatorum sunt fundamenta vitiorum. illorum mo
dicum perducit ad celum. Istorum multum deducit ad infernum.
Quoniam brachia peccatorum conterentur. i. diuicie et robur corporis an
nichilabuntur. Confirmat autem iustos dominus. d. ad breue tempus
laborabis, et in eternum requiesces, breuis est molestia
tua, eterna erit beatitudo tua, et maxime confirmat per
crucem, cuius pena transiuit. et gloria manet in eternum
Crux aliquando tormentorum, transiit ad frontes imperatorum
Si igitur tantum honorem dedit penis suis, quid faciet fidelibus
suis. Nouit dominus dies immaculatorum. i. approbat vitam iustorum
et hereditas eorum, que pro vita immaculata dabitur. in eternum
erit. i. erit eterna. Non confundentur in tempore malo. i. nichil
turbationis sencient in die iudicii, et in diebus. i. tempore famis quando ma
li esurient, et sicient eternaliter. tunc saturabuntur plenitudine
glorie. quia peccatores peribunt. fame et siti quam patientur
ut canes, quia gutta aque. non est data epuloni.
Inimici vero domini. i. omnes persecutores fidei vel veritatis.
mox. i. statim. ut honorificati fuerint, gloria et exalta
ti. potencia, deficientes deficient. ab omni bono et virtute. quem
admodum fumus. quia fumus quanto altior, tanto minor
Mutuabitur peccator. i. recipiet. et recipit mutuum a deo corpus
et animam, fortitudinem, diuicias. scienciam. et liberum arbitrium
et cetera bona. et dicit mutuum. non donum, vel perpetuitatem

Non nota. quomodo dicitur gladius confrin
gatur. sed arcus, quia per gladium
significatur tribulacio. sanctis mittenda ad
meritum, et utile quod non con
fringatur. Arcus vero significat bla
dicias et dolositates, que
sanctos sepe deceperunt, ideo
petit ut destruatur.

¶ pcedit em mia i affcu
et ꝯsequit largi-
tas i effec-
tu.

sed mutuu ad vsura talenta recepit. et no soluet, i. no est
gratus deo p reddicom opis, vel no expendet ad honore
dei. Justus aut. qui eciā mutuabit. miseret. sui. bn viue-
do. et tribuet. bn docendo, vel miseret. pauperu & tribuit
necessaria, hoc ideo fecit. Quia bndicetes ei. i. laudates
eum. qd fit. qn bn viuis. et expertes te. in opibus pietatis
et iusticie. hereditabut tra. viuenciu. maledicetes aut ei
p ꝑpe vitaz. disꝑibut, i. diusis penis ꝑibut. Juxta diu-
sitate culpaꝝ suaꝝ, recipiut diuersas penas, de quibꝫ
dicit aplus, Nome dei blasphemat p vos inter gentes. vl
disꝑibut. i. conuersi. maledice cessabut, vnde ps. Verte
impios. et no erut. supp. impij. Apud dnm. gressus hois
dirigetur. i. affectus eius prius distorti rectificabuntur,
et tunc. viam eius volet. dns. i. approbabit, ordinabit eam
ad meritu vite eterne. In qua via sit approbata. Cum
homo ceciderit. in aduersa, vel in pctm veniale, non
collidetur, no cofringet irrecupabilit. gram dei amit-
tendo, vn ps. Sepcies in die cadit iustus, quia dns sup-
ponit manu sua. p gram eum sustetando. quod etiā
pt exponi. de mortali pcto, sicut patet de dauid, qui tn
no est derelictus, quia dns sustentauit eum. Junior fui
etenim senui. Ad litteram pns vs no videtur ee dictus, quia multi iusti
antiqui, derelicti sunt in tormentis, vt machabei multi
pegrinati sut. ppter fame. sit abraham. et Isaac, et plu-
rimi mrēs fame pierunt corpalit, et tn iusti erat. Sed
ecclia loquitur. qi vnus homo, que fuit puer in abel. In
pphetis et in patriarchis iuuenis, In tpe martiru senex. in sene-
beri. In fine mundi. qi decrepita etate erit, hic aut ponit
ppheta. tantu duas etates, scilz. iuuentute. in qua in adam
inicia legis nalis suscepit Jam in fine seculi. in senecta b
beri. honorabili etate, xpm suscepit, dilatata ꝑ omēs gentes,
et in hijs etatibus, no vidi iustu derelictu. a deo. nec seme
eius. i. imitatores eius, querens pane. spualem, qui est
verbum dei, sed habundauerut sp spuali, licet egueriut plu-
res corpali, vel sine adiutorio tpali. vl spuali. Tota die miseret

.no.

et comodat. q. d. merito iustus no est derelictus, quia tota
die. i. semper vel tota vita sua miseretur, proximi quantum ad actum pietatis
interiorem. et comodat quantum ad actum exteriorem, tribuendo
necessaria. et semen illius. i. opera bona vel imitatores. in bene
dictione erit. i. in multiplicatione. quia euntes ibant et cetera venientes
autem venient portantes manipulos suos. et ideo quicumque es
exemplo huius iusti. declina a malo. i. a viciis ut nulli noceas,
et fac bonum. in virtutibus te exercendo. et sequitur mercedes. et
inhabita. i. ex hoc inhabitabis terram viventium. in seculum seculi
i. semper. quia dominus amat iudicium. i. opera que fiunt secundum rectum
rationis iudicium. et non derelinquet sanctos suos. sine adiutorio in tri
bulatione. in eternum conservabuntur. q. d. et si hic persecutionem patiuntur
tamen conservabuntur hic. ne a vero declinent, et in futuro gloria immorta
buntur. hoc erit iustis, econtra vero iniusti punientur propter pra
vitatem suam. hic per corporalem tortionem, et ibi perpetue. et semen
impiorum peribit. i. imitatores eorum sequentur eorum predecessores. unde sapie. iii.
ab iniquo thoro semen exterminabitur, iusti autem hereditabunt terram
viventium. et inhabitabunt in seculum seculi super eam. et est repetitio auditorum.
et merito hoc iustis erit, quia os iusti. i. cor eius meditabitur
sapientiam. que est de deo et eternis. et lingua eius loquetur iudicium
sententiam divinorum mandatorum, aliis predicando. sed ne putes
hoc dictum de illis, de quibus dicitur populus hic labiis me honorat,
statim subdit. quia lex dei eius. non lex carnis vel seculi. i.
precepta caritatis. in corde ipsius. s. viri iusti, et ideo non
supplantabuntur gressus eius. i. non amouebuntur a via iusticie
per demonis aut hominis impulsionem, vel suggestionem. quia
verbum dei in corde retentum, liberat a laqueis peccatorum. et quia
iusti occupantur circa legem dei, ita mali cogitant, quo faciant
malum. ideo subdit. considerat peccator iustum. i. insidiatur quo
eum decipiat, et querit etiam mortificare eum. spiritualiter a veritate
seducendo vel corporaliter perimendo quia gravis est eis etiam ad
videndum. quia contraria est vita eius operibus illorum. sed dominus
cui cura est de caris suis, non derelinquet eum. s. iustum, in
manibus eius. s. peccatoris. i. in potestate eius. secundum animam licet
secundum corpus permittat torqueri et occidere. iuxta illud. nolite.

timere eos qui occidunt corpus etc. nec dampnabit eum .s. iustum
in futuro. cum iudicabitur illi .i. pro illo non contra illum. Ergo nunc
expecta dominum, sustinendo paciencer adversa. et si dominum videre
et custodi vias eius .i. precepta observa. quo merito et ex-
altabit te. merita per graciam donando. ut tandem hereditate
.i. firmiter. capias .i. possideas terram viventium. et si modo
nescias quod promitto, tunc videbis .i. experieris in re. cum peccatores
perierint .i. post iudicium quando iniusti oppressores tui condempnabuntur
ad tormenta eterna. que videbis tunc exultabis et laudabis
deum. qui te consuavit. vidi impium. q. d. peccatores non solum in
futuro. sed eciam in presenti peribunt. dicit ergo. vidi in presenti impium
super .i. ultra modum. exaltatum. honoribus. et elevatum superbia.
sicut cedros libani .i. potentes seculi. candore pompe secu-
laris dealbatos. transivi. presencia non diligendo. nec advertendo.
transivi. novissima eius .s. impii considerando. et ecce non
erat .i. manifeste cognovi. quia nichil est. in quo glorietur
iniquus. quia talis potestas est brevis. quasi quidam transitus
hospitis pernoctantis. unde sap. v. umbre enim transitus est tempus
nostrum etc. quesivi eum. et cetera. et non est inventus locus eius .s. status
exaltacionis et glorie. quia dimersi sunt in profundo inferni.
Ita contingit impio. Tu autem custodi innocenciam. ne irascaris
contra tribulantes te. nec odio habeas. nec quasi invitus paciaris
et vide .i. considera bone. equitatem dei. quia iustis post tri-
bulaciones dat in celo consolacionem. impiis vero eternam desolacionem.
et ne putes quod finitus sit homo. attende novissima et videbis
quoniam sunt reliquie homini pacifico, post hanc vitam remanent ei reli-
quie .i. bona eterne retribucionis. et memoria sancte imitacionis.
pacificus est ipse innocens. et inter illos. qui oderunt pacem
in tranquillitate persistens. unde beati pacifici. quoniam filii dei vocabuntur.
Iniusti autem disperibunt simul. cum corpore et anima. et reliquie
impiorum .i. divicie temporales et gloria et memoria. interibunt. in tan-
tum. ut nec inter mortuos habeatur memoria eorum. nisi in malo.
et post hec iterum vide .i. considera intelligendo. quia salus iustorum
a domino. tam corporalis quam spiritualis. et dominus est protector eorum in tempore
tribulacionis .i. in presenti vita. que est plena tribulacione. et

Libanus interpretatur dealbacio et signat mundum istum.
Libanus est mons. in quo sunt alte cedri. que cito a vento evelluntur et notant quod alta mundi cito a vento temptacionis inde sperantur, vel superbia, vel mortem decinuntur.

et angustia. et adiuuabit eos .i. cooperabitur eis, saluz in presenti
et liberabit eos .i. liberos et securos faciet, et eruet eos a peccatoribus in futuro iudicio, secernet eos ab impiis, et saluabit eos eterna saluacione, non quia hoc meruerunt, sed quia sperauerunt in eo. et inde tota salus nostra ordinatur per spem, fidem et dileccionem. Unde, omnis sperauit in eo et delictus est. Et daniel xiii. Exclamauerunt dominum, qui saluat sperantes in se. &c.

Domine ne in furore tuo &c. Intencione sua monet ad penitenciam, et ut peccatum semper in memoria habeamus non ad faciendum, sed plangendum, ut sic ab eius frequencia nos teneamus. Ab oracione ergo incipiens ait. Domine ne in furore tuo .i. in indignacione tua arguas me. dure in iudicio reprehendendo, vel ne sim inter illos, quibus dicetur. Esuriui &c. Ite maledicti in ignem &c. neque in ira tua corripias me. igne purgatorii emendando, sed hic ure. hic seca et miserere. Quoniam sagitte tue. q.d. multa sunt que pacior, sufficiat michi ad puniciones culpe. Quoniam sagitte tue &c. .i. vindicte pro peccato .s. dolores corporis et mentis, infixe sunt michi, ab arcu diuine iusticie. Unde tren. Tetendit arcum suum quasi inimicus, et posuit me quasi signum ad sagittam. Job vi. Sagitte domini infixe sunt, quare indignacio ebibit spiritum meum, et tales sagitte non sunt horrende, sed amabiles ad vite terminum. Unde subdit. et confirmasti manum tuam. vindicantem et affligentem, super me. per totam rem. usque in fine vite mee. non est sanitas in carne mea. quia multis infirmitatibus et passionibus, et miseriis cruciatus sum a facie ire tue .i. propter instantem vindictam. et non est pax ossibus meis. cum considero iusticie tue rigorem. a facie peccatorum meorum, et hec est causa tocius inquietudinis mee. Iuxta illud. Non est pax impiis dicit dominus. Quoniam iniquitates .i. sensualitates, ad iniquitatem inclinantes, super gressi sunt caput meum .i. dominantur racioni, que est caput anime. et sicut onus graue grauate sunt super me .i. iniquitas que fuit leuis ad patrandum, grauis est in tormentis, cum prius fuit penitencie ad sustinendum. Unde ys. Ve genti peccatrici populo, graui iniquitate. putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee .i. plage peccatorum

¶ Hic rogat ut non inferat dominus inferni tormenta ad perdicionem sed misericorditer ad emendacionem.

¶ Domine ne in furore .i. ne punias me in rigore iusticie tue. sed in dulcore misericordie tue.

¶ Confirmasti .i. continua fecisti vindicacionem tuam in me.

Capitulum xix°. Stultitia hominis supplantat gressus eius,

in baptismo sanate, rursus precidiuum, putruerunt, per consensum, et corrupte sunt, per mali operis expletionem, et hoc totum a facie insipientie mee, i. per stultitiam meam factum est unde iam non imputo ade in principio preuaricanti, sed michi met, me voluntate propria vulneranti, vel sic, putruerunt michi, et corrupte sunt proximo, per fetorem mali exempli, et ex hoc Miser factus sum, i. miseriis repletus afflictus sum. Iuxta illud. Miseros facit populos peccatum. et incuruatus sum. ab elatione superbie, quia qui se exaltat humiliabitur. vel. incuruatus sum onere peccati. sicut mulier curua, quam erexit dominus, hic usque in finem. i. totaliter a rectitudine declinaui, quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam etc. Ut ergo veniam merear. tota die. i. tota vita mea. vel assidue contristatus ingrediebar i. tristis ambulabam pro peccatis meis, merito contristabar. Quoniam lumbi. mentis, unde i. pe. i. Succincti lumbos mentis vestre sobrii, et perfecti sitis, impleti sunt illusionibus. turpium ymaginationum. intus, ut nec orare aliquando permittat, vel lumbi mei. i. sensuales motus, impleti sunt illusionibus dyabolicis, et hoc merito, quia non est sanitas in carne mea. pre multitudine concupiscentiarum, que durabunt tam diu, quoadusque corpus per mortem exuatur. et sanitate immortalitatis induatur. Afflictus sum. duobus premissis duo reddit. afflictus sum. quia non est sanitas in carne mea. et humiliatus sum. quia lumbi mei impleti sunt illusionibus, et addit nimis. quia undique calamitas. et propterea rugiebam a gemitu cordis mei. i. ex corde quietem anime desiderabam, et quia non obtinebam, gemebam, et ille gemitus est cordis mei. i. anime et enim gemitus carnis qui est de exterioribus. et est gemitus anime qui pacis quiete. ut a peccato sit libera ingemiscit. Magna virtus patientie est in isto, quod in tribulatione in gemitum non in verba prorupit. domine ante te. qui vides cor, omne desiderium meum. i. feruens oro, quia numquam desinit orare. qui non desinit amare, caritas enim clamor est, et gemitus meus. et si ab hominibus, tamen a te qui omnia nosti. non est absconditus. quia non gemo pro terrenis.

sed pro celestibus, et p anime liberatione, et alios gemit
non amat deus, Deinde exponit dolores cordis, q. d. Inde
gemo, quia cor meu, i. mes mea conturbatu est int me, quia
meo q passionibus succubuit vide, pace et tranquillita-
tem amisit, et ex hoc, dereliquit me vtus mea, virtus s. paci-
encie. et lume oculor meor, i. iudiciu racois, et ipsm. scilz lume
pricipale, quod est deus, no est mecu, p pcctm, ex eo q p
misit me cadere ad pctm, quo excecat anima, vn sap. Exceca-
uit em eos malicia eor. Amici, vbi post tribulacom corpis,
caput quod se a corpe no diuidit, suas passiones enumerat,
qui pcta nra, dicit sua, et nos passione eius dicim nram
quia vna est vox capitis et corpis. Ait em caput, Amici
mei, ficti, scilz iudei, amici pter familiarē cohabitacom, et pximi
mei iidem pter cognacom, aduisum me appinquerut. occidere
querendo, et steterut, in malicia pseuerando, ita ut nec flecti
possent a iudice pilato. et qui iuxta me erat, s. apli mei,
delonge steterut, timetes mori. Et uim faciebant
crucifigendo, qui querebat aiaz meam, ad pdendum, no ad
imitandum. Et illi, qui inquirebat mala michi, no inue-
niebat crimina. locuti sut vanitates, i. finxerut falsa,
et dolos, i. astucias, tota die, i. assidue meditabat, custo-
des sepulchri corrupendo, et discipulis furtu corpis impone-
do, Ego aut tamq surdus no audiebam, i. audire et respode
dissimulabam, et sicut mut no apiens os suu, tacui, q si
respondere no possem. In pta illud. ys. Sicut ouis ad occisione
ductus &c. et marc et lucas. Jhc aut nichil rndit. Et factus
su sicut ho no audies, pz. et sicut, no hns in ore suo redargu-
ciones, i. ac si eos nescire redarguere, quia implende erant
pphecie, vt illa Sicut ouis &c. Et ideo tacui in passione, qui
in te dne spaui, i. alios spem hre docui, et tu exaudies me do.
deus meus, me et mebra mea de malis liberando. Quia dixi
Hic caput loquit de infirmis mebris suis, qui cu sit in celo
no deserit, que in tra ht membra, q. d. Ideo exaudies. Quia
dixi orando, nequa supgaudeat michi, i. meis. inimici mei
vt eis pualeat, et du comouent pedes mei, i. mebra mea infima

aliquod peccatum committendo. super me magna locuti sunt. i. gloriati sunt contra
me blasphemauerunt dicentes. Ecce ubi est deus eorum con-
seruans eos. Vel moraliter. Ille locus. Amici mei. de ecclesia ip-
sa intelligatur. Amici mei et proximi mei aduersum me appropinquaue-
runt et steterunt, ut patet de primitiuis sanctis in ecclesia. quibus
dominus dixit. Trademini a parentibus et cognatis etc. Et qui iuxta
me erant. per susceptam ubertatem fidem. ui tormentorum de lon-
ge steterunt, et medio tempore tirannorum. et qui querebant animam meam.
i. qui intendebant destruere fidem. et ecclesiam, uim faciebant
dolose petendo. minando. et torquendo. Et illi. scilicet tirannorum uel
heretici. qui inquirebant mala michi. fidem a me tollere mo-
lientes. locuti sunt uanitates. i. mendacia consulentes ut cor-
pus conseruaret. de anima non curantes. et dolos tota die me-
ditabantur. i. semper cogitabant quomodo me perderent. Ego autem. scilicet ecclesia
primitiua. tamquam unus homo. propter unitatem animorum in christo.
tamquam surdus non audiebam. consilia iniqua. et sicut mutus
non aperiens os suum. i. in tanta persecutione constitutus. nichil
dixi. nichil asperum contra deum locutus sum. Sciens iniquorum
iniustam potestatem. et iniquam uoluntatem. et propterea conuiciis et con-
tumeliis non respondi. Et factus sum sicut homo non audiens. in hoc
ostendens me ratione utentem. quia dissimulaui audiens conuicia
et iniurias. et factus sum sicut homo. non habens in ore suo redar-
gutiones. i. ita tacui. quasi non haberem. quod iuste redderem. Ecce
magna uirtus. audire obprobria. et iniusta. et non reddere. hic
nondum audierat a christo. Si quis angariauerit te mille pas-
sus. uade cum eo et alia duo. et si quis ex hiis malis pa-
tienter tolleratur. ecclesia uel fidelis homo animatur ad spem.
Unde et dicit. quoniam. in tantis malis et temptationibus. in te
speraui. et non defeci in adiutorio tuo. tu exaudies me domine
deus meus. dans michi promissum premium. tamquam perseueranti
ad requiem de labore educendo. Quia dixi oratio. ne quando. i. nunquam
super gaudeant michi inimici mei. scilicet demones. qui gaudent de ruina
animarum. uel heretici. uel pagani. et illi. super me magna
locuti sunt. i. terribiliter insultant. dum commouentur pedes mei.
i. dum uident aliquem sanctorum ad aliquod peccatum labi. ex quo insultant.

pedes enim anime sunt affectus, pedes vero ecclesie sunt infirmi,
quos muniunt pellibus animalium mortuorum, quia infirmi plus
exemplis sanctorum quam scripturis edificantur. Sed in hijs adversitatibus
quid dicit fidelis. Quoniam ego in flagella paratus sum, nec deficio, quia
scio. Dominus flagellat omnem filium quem recipit, et dolor meus
in conspectu meo semper .i. de hoc doleo, quia deliqui. Impius se defen-
dit, Justus contra se inrsatur, et iustificat deum flagellantem.
Dolor non de flagello, quod est medicina, sed est de peccati vulnere.
Nisi enim doleret, non se accusaret, Unde et dicit. Quoniam iniquitatem
meam annunciabo .i. confitebor. et cogitabo sollicite pro peccato meo
sanando. Duo enim sunt modi perfecte penitencie, scilicet confessio et emen-
dacio, quorum unum non sufficit sine altero. Inimici autem mei
vivent .i. persecutores ecclesie prosperantur, et confirmati sunt super me. po-
tencia et divicijs. et multiplicati sunt .i. cottidie multiplicantur.
qui oderunt me inique. de quibus dicit propheta. Odio habuerunt
me gratis. Qui retribuunt mala pro bonis .i. heretici et
scismatici, detrahebant michi scismata et vicia seminantes, ex
eo quod sequebar non eorum maliciam sed bonitatem. et quia tanta
mala michi intollerabilia videntur. Ad te confugiens dico. Ne
derelinquas me domine deus meus. in tantis adversitatibus, vel si reli-
quis ad horam. ne discedas a me longe. sed potius. Intende
in adiutorium meum. dum pugno contra hostem fortem et astu-
tum. domine deus. qui es dator salutis mee. quam dinabit ictum.
Dixi custodiam vias meas. Intencione sua 78
psalmus monet. inter blasphemos et iniquos
lingue servare continenciam, certamina et rixas
comprimere. hoc enim silencium necessarium est, in
medio malorum, dicit glossa. Dixi .i. in corde de-
liberavi. quod est sapiencium, qui prius deliberat
quam loquatur. custodiam. hoc dixit. quia forsan iam lapsus fu-
erat in lingua. vias meas .i. acciones, cogitaciones, et verba.
ut non delinquam .i. peccem in lingua mea. quod difficile est, mea .i. mei im...
quia in humido est lingua. ideo facile labitur, nisi sollicite custo-
diatur. ex quo colligitur, quia ex habundancia cordis os loquitur.
Perfectus est vir, dicit Jacobus, qui non offendit in lingua.

posui ori · q · d · postq̄ ex verbis bonis / contraho displicētiā
et calūpniam · / sufficiat michi coram deo intelligēcia · ne
loquēdo inuidia malorꝫ ꝯcitem / et ego ꝑ calūpnia eorꝫ ꝑ
turber · Unde hic dicit · posui ori meo custodiam · nō ꝓpter
studiosos ꝑatos audire · sed · cū ꝯsisteret pctor · i · calūpnia
tor · adūsū me · qui nō percipit corde · ea que sūt spūs dei · ꝫ
stulticia videtur illi · Unde · nō sūt mittende margarite ante
porcos / et nolite scm̄ dare canibus / Obmutui · i · penit9
tacui · et humiliatus sū · i · iniurias ab eis sustinui · et silui
a bonis · ānūciandis · et color meus renouat9 est · quem
habui loquēdo / tacendo eciā nō quiescit / et inde · ꝯcaluit
· i · valde incaluit · cor meū · intra me · racionabilr̄ cogitās /
celestia · et in meditacōne mea · i · in ꝯsilio sano / exardescit
ignis caritatis / quē dn̄s iussit accendi vehement̄ · Et exinde
locut9 sū in lingua mea · nō exhortando auditorē sed deum
exauditorē deuote orando / Quid · notū fac michi dn̄e fi
nē meū · i · xp̄m / qui est finis līt · et ꝯsūmacō inpn̄ti
ad iusticiā / et in futō · ad coronā · Et · eciā · fac notū michi
numerꝫ dierꝫ meorꝫ quis est · quē volebat scire / nō desidio
huius vite / sed desiderio xp̄i / vt appareat · si ad eius aduen
tum posset durare / quē vehement̄ · desiderauit antiqui sci ·
Vel sic · notū fac tū numm dierꝫ meorꝫ · qui est · nō quis est /
· i · opto ostende michi illū nūm · dierꝫ eternorꝫ / qui īualit est
Iuxta illud · Qui est · misit me ad te / qui nūs nō transit
sed fixus stat / Vel notū fac m̄ nūm dierꝫ meorꝫ · i · in illis
diebus eternitatis · ostende michi qui est · i · te ipm̄ · vt eo vi
so · sciam · quid desit michi · i · cognita eterna vita / cognoscā
miseriam pn̄tis vite / Et postq̄ ostendit ei deus que postula
uit / subiungit · d · Ecce mensurabiles posuisti dies meos ·
· i · ego · cognito te · cognoui breuitatē vite pn̄tis / quia /
mensurabile breue / est labile / instabile / eternū āt stabi
le · et substancia mea · i · subsistencia mea qua viuo · tanq̄
nichilū ante te · i · in comparacōne eternitat̄ · est q̄i nichil
sit / quia nulla compacō finiti · ad infinitū · verꝫ tn̄ · vniu̇
sa vanitas · oīs hō viuens · i · omnis homo in hac vita viuēs

Hic ē finis meus in q̄ tendo / ī huc
transilire cupio / in hunc veniens
ab odiis malorꝫ secur9
quiesco · 7c̄

Vel sic · Ecce mensurabiles / · i · valde
breues · quia res breuis
de facili mensurat̄ ·

Et sb̄a mea 7c̄ · i · iusticia mea
corā te est tanq̄ pān9
menstruatē

pro omnia deditus est vanitati. Si laborat pro diviciis que
transeunt, vanitas est. Si pro honoribus qui breves sunt, vani-
tas est. Si pro scientia que destruetur, vanitas est. Quid ergo
restat: gemat necesse est, et querat eternitatem que non est
vanitas sed veritas. Verumtamen in ymagine pertransit homo,
i. vita ista evanescit ad similitudinem ymaginis apparentis
in sompno vel in speculo. Vel aliter. Verumtamen homo positus
in ymagine dei, s. in racione et intellectu, transit dies istos cur-
currendo, sed et frustra conturbatur, a puritate mentis in acti-
bus seculi deducitur, et cum labore et periculo terrena adipi-
sci appetit, et hoc frustra, i. inutiliter, quia omnia simul tran-
seunt. Thesaurizat. Ecce de ceteris viciis propheta eligit ava-
riciam ad ostendendum quod intendit. Ipsa est enim radix omnium
malorum. Et ignorat cui congregabit ea, utrum amicis vel inimi-
cis, utrum filiis vel extraneis, utrum sapientibus vel stultis. Et
nunc positus in tanta vanitate, suspiro et quero que
est expectacio mea, i. spes mea, cui tamquam anchore inni-
tar, temporalia an spiritualia bona. Nonne dominus, i. nec illa nec
ista, sed dominus, quia ipse est solus merces mea magna ni-
mis, et substancia mea, non vetus quam habeo ex Adam
que vaga et instabilis est et perit, sed perennitas constans,
qua interior homo sustentatur et pascitur, que subsistit
perseveranter et nunquam perit. Apud te est, non in sacculis nostris
ubi fures effodiunt et furantur. Et quia hoc expecto, ideo peto
ab omnibus iniquitatibus meis eruere me, s. originalibus et ac-
tualibus, quibus expositus est omnis vivens, et si nondum
est lapsus, tamen labi posset, si non custodiretur. Sed in eo quod ego
ab omnibus peccatis eruar, dedisti me obprobrium, i. in derisum insi-
pienti, i. stultis adherentibus vanitatibus seculi, quorum mo-
ribus non concordo. Et quia tu dedisti me in derisum insipien-
ti, propterea ego obmutui contra eorum oblatracionem. Et non
aperui os meum per impacienciam ad murmurandum contra deum, saces
quoniam tu fecisti, i. fieri permisisti. Iuxta illud Ysaie: Ego dominus facie-
ns pacem, creans tenebras, et faciens malum. Amove a
me plagas, i. flagellationes tuas, i. a te factas. Et necesse est

Proverbiorum xiiii°. Ambulas recto itinere et times deum, despiciaris ab eo qui infami graditur via. Et Job: deridetur iusti simplicitas.

Amos iii°. Si est malum in civitate quod ego non fecerim, dicit dominus.

Ora

Oracio est qua pandimus deo vota nostra / deprecacio est frequens supplicacio ab ymo cordis procedens .

vt amoueas . i . mitiges / quia . a fortitudine manus tue
. i . potestatis grauiter punientis , ego defeci , ferre non preualens
Vnde infra / Si iniquitates obseruaueris domine / domine quis sustinebit .
in increpacionibus , i . in correpcionibus pro peccatis . vel penis / quas
humano generi . Vnde infra . et in ira tua defecimus . Sed hec
increpaciones iusto iudicio fiunt . quia . propter iniquitatem .
corripuisti hominem . i . ad emendacionem correxisti / alias iniqui-
tas incurata remanet . et notanter dicit . corripuisti , non
condempnasti . quia dei correpcio . et pena est et gratia . Vnde
alibi dicitur . Qui fingis laborem in precepto . i . formas
dolorem . quem michi intulisti . Quia alius dolor est infor-
mis / alius formatus / Informis est . qui non emendat hominem
formatus vero est / qui erudicionis formam prestat / et talis
est preceptum . i . vicem et ymaginem precepti habet / quia
docet a malis exire / Vnde Jacobi / Omne gaudium existi-
mate fratres cum incideritis etc. Et tabescere fecisti sicut araneam
animam eius . i . vitam meam . que nomine anime designatur
reddidisti rem vilem . et abhominabilem Vel sic . Et ta-
bescere fecisti sicut araneam animam eius , i . ostendisti me esse infirmum
et debilem . propter peccatum . Verumtamen vane conturbatur omnis homo .
. i . licet cognoscat se miserum . et fragilem . tamen per multam
cupiditatem . distenditur . et mobiliter conturbatur infirmitas
humana . a qua vanitate nemo excipitur . nisi is . qui principium
oculum mentis in eternitate figit / adhuc sic . Et tabescere etc.
. i . sicut aranea in opere suo deficit / ita peccatorem a concupis-
centia sua . et cupiditate . per correpcionem deficere fecisti / et tamen
adhuc manet locus / in anima cupiditatis . que turbat licet
non superat / Vnde merito orat . dicens . Exaudi domine oracionem meam
et deprecacionem meam . pro bonis adipiscendis . et malis amo-
uendis / Et ne putes oracionem tuam esse vbalem / adiungit dicens .
auribus percipe lacrimas meas . Licet enim emendatus sit et correptus
tamen adhuc habet quod fleat / quia deest . quod desiderat
quia crebrescunt scandala . habundat iniquitas . et caritas
refrigescit , ne sileas a me , i . audiam te clare dicentem michi
Salus tua ego sum , Quia aduena ego sum apud te / aduc

na dicitur qui cohabitat quidem sed non dominium habet ius civi-
um. peregrinus dicitur qui non dominium ad patriam venit. Sic sunt
fideles advene respectu beatorum in patria quibus cohabitant
in spe sed non dominium in re. Peregrinus est qui non habet hic ci-
vitatem manentem sed futuram inquirit. Sicut omnes patres
mei qui hinc ad patriam migraverunt quibus hic fuit
spes et iam est res. Remitte michi meam culpam ut refri-
gerer. i. ut habeam mentem a flamma viciorum temperatam
priusquam abeam de hac vita ne cum peccatis eam. Alioquin
si non dimiseris ibo quidem et amplius non ero in vero
esse quod est cum deo esse. Sequitur.

Expectans expectavi dominum. Intencio sua postquam mo-
net ut in novitate vite ambulemus quomodo de mi-
seria ad patriam redeamus. Et primo propheta in per-
sona corporis Christi in statu quod est ecclesia dicit que ab inicio in
patriarchis et prophetis est prefigurata que expectavit dominum
venturum et tandem in novissimis temporibus per presenciam
corporalem exhibitus est illi et eduxit preces clamantes
de luto fecis infernalis et statuit deinceps ecclesiam fidelium
super petram i. Christum incarnatum et passum. Dicit ergo sic.
Expectans expectavi. Hec geminatio plus significat quam si sim-
pliciter diceretur quia expectat aliquis ingratus sed expec-
tans expectat aliquis mitis et est sensus. Expectans
expectavi i. mitis et cum desiderio longanimiter expec-
tavi s. in abraham et antiquis sanctis. Quid expectavit
dominum non quemcumque hominem qui falli et fallere potest
sed dominum qui solus salvare potest et ille non avertit se sed
intendit michi i. ad utilitatem meam et non dicit inten-
dit me quia et malos dominus intendit sed non ad utilitatem
eorum et quomodo intendit subdens dicit Ille qui antiquis se abs-
condit ille exaudivit preces meas etiam opere ostendendo et
eduxit me de lacu miserie et de luto fecis i. de profundo ini-
quitatis et de carnalibus concupiscentiis vel de limbo inferni
ubi tenebantur sancti. Et statuit super petram pedes meos
i. firmiter stabilivit affectus meos per christianam religionem in Christo

et dixerit grellus meos. i. operaciones meas, in preceptis dominus, et immisit in os meum canticum novum. i. leticiam de nova gracia, quod novus homo attulit mundo, quia novus rex novam legem instituit dicens, Ecce nova facio omnia. Antiqui enim cantabant. dentem pro dente, animam pro anima. etc. Nunc autem dicit, Vade et noli peccare. Canticum novum est evangelii predicacio. vel vite veteris vite peccati per fidem innovacio, et hec innovacio est placida. Carmen deo nostro. videbunt multi. deum incarnatum. et populum letificatum et salvatum. et timebunt. i. per timorem cessabunt a peccato, et deinde sperabunt in domino. de remissione peccatorum, et collacione premiorum. Cognito deo quia iustus est timemus. Cognito quia misericors speramus.

no(n) q(uod) li(bet) ei(us) superhabundat more hebrayco.

Et ex hoc. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius. i. qui se sperat in nomine ihesu salvandum. quia non aliud nomen sub celo datum hominibus in quo oportet salvum fieri, et beatus est qui oculo cupiditatis ex affectu non respexit. i. non licet intueri, quod non licet concupiscere. in vanitates. i. terrena que vana sunt. et insanias falsas. i. illa que faciunt insanire. vel rixari, unde dicitur. filii hominum usque quo gravi corde. ut quid diligitis va. etc. Insanie fallaces sunt volup tas divicie. honores, quia non saciant, nec efficiunt. quod promittere videntur. Illi respiciunt in vanitates, sed ego respicio te, et spendo, quia. Tu domine deus meus multa fecisti mirabilia tua. scilicet creacionis. redempcionis et glorificacionis, que nemo alius facere potest. et cogitacionibus tuis. i. consilio tuo. non est quis similis sit tibi. unde. Aut quis consiliarius eius fuit, Et hec mirabilia, ego novus homo. id est corpus christi misticum, qui canto canticum novum. Annunciavi prius per prophetas, et modo per apostolos, et eorum successores. et locutus sum. in persona capitis specialiter in natura assumpta et multiplicati sunt. mali et increduli, super numerum. electorum, quia stultorum infinitus est numerus, vel sic. locutus sum. predicando. et ex hoc fideles, multiplicati sunt super numerum. i. quos nemo dinumerare potest. Sacrificium. etc. q. d. annunciavi et locutus sum novam legem instituendo, et extunc. sacrificium. quod fiebat

de animalibus et oblatione, que fiebat de aliis rebus, scilicet de
simila, thure et oleo, noluisti ulterius, postquam veritas
exhibita est, quia omnia antiqua erant in figura premit-
tens veritatem. Aures autem perfecisti michi, id est perfecte me fe-
cisti intelligere voluntatem tuam. Vel secundum aliam litteram: Cor-
pus autem aptasti michi, id est dedisti michi corpus aptum
ad offerendum pro peccato, quia immaculatum, mortale. Unde
Petrus: peccata nostra ipse pertulit in corpore suo. Olocaustum, quod
prius sacrificium, et pro peccato, quod prius dixit oblacionem. Vel
olocaustum quod totum incendebatur, ut vacca ruffa, et pro
peccato, id est hircum, qui emittebatur in desertum cum peccatis,
non postulasti. Iuxta illud Ieremie: Holocausta vestra non sunt
accepta, et victime vestre non erant placabiles michi. Tunc, id est postquam
hec non sunt sufficiencia, dixi: Ecce venio per incarnacionem ad
placendum tibi per sacrificium et oblacionem corporis mei in
cruce. In capite libri, huius scilicet psalterii, ubi dicitur: Beatus vir qui etc.
Et in lege eius meditabitur die ac nocte, quasi dicat: O domine pater,
Ita venio ut facerem voluntatem tuam, non meam. Et hoc in
capite libri huius scriptum est de me, ibi: In lege eius medi-
tabitur die ac nocte. Et ita venio ut meditarer legem tuam
in medio cordis mei. Vel sic: Tota scriptura unus liber est, cuius
caput est Genesis. In quo de Christo scribitur: In principio, id est in filio,
creavit deus celum et terram. Ibi etiam scribitur: Relinquet homo
patrem suum et matrem suam, et adherebit uxori sue, id est Christus
dimittet patrem in celo et matrem synagogam, et adhere-
bit ecclesie que est sponsa sua, non habens maculam neque
rugam. Et tali modo scriptum est de me in capite libri, et
veni ut facerem voluntatem tuam pro ecclesia moriendo. Deus meus
volui hanc tuam ordinacionem implere, et legem tuam amorosam
quam michi commisisti predicare, in medio cordis mei, id est habui
in latitudine voluntatis mee, quia non veni solvere legem, sed
adimplere. Annunciavi per apostolos iusticiam tuam, qua miseri-
corditer iustificas impium. Annunciavi, inquam, in ecclesia magna,
id est in toto orbe terrarum diffusa. Ecce coram regibus et principi-
bus et tirannis labia mea non prohibebo, id est non permittam predicatorum.

¶ Hic liber dicitur Christus, et dicitur liber vite, quia in forte ad vitam. De quo alibi: Et in libro tuo omnes scribentur, id est in Christo, qui est forma omnibus vivendi. In huius capite scribuntur omnes electi, qui gratia a divinitate faciunt omnes voluntates eius.

vel scisti· i· ab
eterno pre-
dinasti·

veritatis phiberi· Iuxta illud· Verbum dei· nō est alligatum
dñe· pater· tu scisti· i· ita p spm scm fieri ordinasti· Iustici=
am tuā· a te michi datam· nō abscondi in corde meo· i· in corp
predicatorum· pter timorem tirannorum· et veritatē tuā· s· fidem
de te· et salutate tuū· quod expectamus· dixi· i· predicaui
nō abscondi· i· tacere nō pmisi· misericordiam tuā· qua pctā dimittis
penitentibus· et veritatē tuā· qua pmia vel penas reddis· a
concilio multo· i· pter multos tumultuantes· contra predicatores·
et concludens facit orōm in psona xpi dicens· Tu autem dñe· q·d·
ad iudicium per dampnationem inuidiam contra me concitatam· p iusti=
cia tua· Sed tu dñe· ne longe facias miseraciones tuas a me·
i· noli me in membris meis in tribulacione positis derelinquere·
mīa tua· qua nos amas· et veritas tua· qua reddis quod
pmittis· semper· i· a primo iusto· susceperunt me· quia in te
qui misericors es· et iustus· semper tutum refugium inueni· Ubi
notatur· q timor dei et amor· conseruat hominem in statu suo·
Timor ne psumat· amor ne despet· Et causam orōis subdit
dicens· Qm circumdederunt me mala· i· pene corporis· quorum nō
est nūs· i· multe nimis· s· fames· sitis· frigus· persecucio
hominum et bestiarum· et comprehenderunt me iniquitates mee· quo
ad aīam· i· culpe pctōrum meorum· captiuauerunt me· et nō
potui· i· abstulerunt michi potenciae vires· ut viderem· quia
pctā excecant cor· ne videant deum· Unde· Bti mundo corde
qm ipsi deum videbunt· Multiplicate sunt· culpe· s· veniales
super capillos capitis mei· i· innumerabiliter· De quibus aug'·
dixisti· grandia· caue ne obruaris arena· et cor meum· cor=
meum· i· racio obcecatur· a cognicione sui· quia venialia suc=
cessiue· disponunt ad mortale· Unde dicit corpus xpi· scilicet
ecclia· Complaceat tibi dñe· simul tota trinitas· i· si vis
potes me mundare· Complaceat tibi· ut eruas me a tot malis·
vt liberatus pficiam et crescam in virtutibus· dñe ad adiu=
uandum me respice· Respectus dei auxilium nrm est· De=
inde p persecutoribus orat· d· Confundantur· p pctīs suis ad pe=
nitenciam· et reuereantur· de facta iniuria· qui querunt aīam
meam· i· qui conantur euacuare fidem· de qua iustus viuit·

Avertantur retrorsum .i. humiliter sequantur, qui superbe volebant
preire, et erubescant, cognita sua iniquitate. Non solum qui
faciunt, sed etiam illi qui volunt michi mala. Ferant confes-
tim confusionem suam tamquam grave pondus, confestim .i. absque
dilatione confundantur pro peccatis, ne diutius malum corporis ingra-
vetur, quia statim ultiones adhibere peccatis, magni beneficii indi-
cium est. Illi specialiter qui dicunt michi euge euge adulationis
vel derisionis. Unde Ysaias: Populus meus, qui te beatum dicunt, ipsi te de-
cipiunt. Et Ieremias: Ne credas eis cum locuti fuerint tibi bona.
Exultent. Superius orabat pro malis, hic orat pro bonis, ut
proficiant ascendendo, et dicit: Exultent exterius in corpore et
letentur interius in corde. Vel exultent superius in celo, et
letentur inferius in mundo. Unde exultabunt sancti in gloria, letabuntur
etc. Super te, non in vanis honoribus ut superbi, non in divitiis
ut avari, non in voluptatibus ut gulosi vel luxuriosi, sed
super te, qui es prima veritas, summa bonitas, eterna maies-
tas. Querentes te principaliter, non tua ut mercenarii, de quibus
dicitur Iohannis: Queritis me, quia de panibus meis manducastis.
Et dicant semper ore pro mentis letitia cordis: Magnificetur
Dominus .i. laudabilis et magnus predicetur. Dicant inquam illi
qui diligunt salutare tuum .i. me Christum, qui sum a te missus
in salutem credentium. Ego autem, quasi dicat: Illi dixerunt michi adu-
latorie et deceptorie euge euge. Ego aliter dico de me, quia
mendicus sum et pauper .i. bona que sunt in me non sunt
ex me, quia miser et pauper sum. Nec audeo oculos meos
levare in celum cum publicano, sed dico cum eo: Deus
propitius esto michi peccatori. Sed vivo, quia Dominus sollicitus
est mei, cui ego servio, et ipse omnia adiciat michi. Deinde
totum corpus orationem facit cum capite et dicit: O Domine
Deus meus, adiutor meus promovendo ad bonum, et protector meus
protegendo a malo, es tu, solus salvans et protegens. Ne
tardaveris cum adiutorio in tribulatione, que tribulatio
licet modo gravis sit, gravior tamen erit tempore antichristi,
de qua dicitur: Nisi breviati fuissent dies illi, non sal-
varetur omnis caro. Sequitur: Beatus qui intelligit.

Vel sic: Qui volunt mihi mala .i. licet bene dicant, mala tamen volunt.

Nota: duo sunt genera hostium maxime cavenda. Primum est qui bonum dicit malo animo. Unde dicitur: Qui volunt mihi mala. Alii qui dicunt mala dolose laudando, ut hic: Qui dicunt michi euge euge.

Beatus qui intelligit super egenum. Intencione sua psalmista
monet, ut Christus licet fuit pauper et passus, tamen
credatur deus. Quedam enim verba huius psalmi capiti conve-
niunt, quedam membris, quedam prophete. Prius propheta loquitur
in propria persona, et postea induat Christum loquentem, et in mem-
bris et ipse. Dicat ergo propheta. Beatus qui intelligit, quasi dicat irri-
detur ab infidelibus, qui colit pauperem crucifixum. Hoc providens
propheta in spiritu, confortans fideles dicit, quod beatus est qui intel-
ligit, id est credit super egenum et pauperem, id est Christum, qui videtur pau-
per, et creditur dives, videtur mortuus in cruce, et creditur vi-
vens regnare cum patre. Aliter etiam exponitur de quolibet
misericorde. Beatus est ille, qui intelligit super egenum et paupe-
rem, id est qui ex se intelligit necessitatem pauperis, ut det etiam
non petenti. Qui enim petenti dat, bene facit, qui autem preoccu-
pat vocem petituri, beatus est, talis remunerabitur a deo, quia
in die mala, id est in die iudicii, ubi iusticia iusti secura non erit
liberabit eum dominus, ab auditione mala, ne audiat. Ite maledicti.
Sed venite benedicti patris, esurivi enim et dedisti mihi etc. Et ad
hunc plus boni prophetando, optat propheta intelligenti super egenum
et pauperem, et dicit dominus conservet eum in hoc intellectu, inter pericula
mundi. Et vivificet eum in futura vita. Et non tantum ibi, sed etiam
beatum faciat eum in hac terra presenti, quia pietas promissionem
habet vite que nunc est et future. Et non tradat eum in animas, id est in
voluntates inimicorum eius, id est dyaboli et ministrorum eius. Et
ne putes beatum hic habere requiem prophetando, precatur ei dolores
mitigari dicens. Dominus opem ferat illi, scilicet intelligenti, super lectum
doloris eius. Lectus doloris sunt divicie et amici, et habunda-
ncia terrenorum, in quibus homo requiescit sicut in lecto, quia
ad hoc congregantur terrena, ut in eis requiescat. Iuxta illud Luce
xii°. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos
epulare et requiesce. Dicit ergo dominus opem ferat illi, adiuvando
eum, ne per impacienciam vel avariciam animus eius superetur, et vocatur
habundancia lectus doloris propter asperitatem, que alibi spinis comparatur,
quia deus temporalia miscet doloribus, ne fideles in eis quiescentes
obliviscantur domini. Unde hoc ipsum confirmat dicens. Universum stratum eius ver-

salti ĩ infirmitate eius · i · hoc quod homo ad quietem suã ordi-
nat · vz · habundantiã tpaliũ · uxorem et filios · hec õĩa deus
ad amaritudinẽ cõuertit · et si nõ simul et semel · ne nimis
pturbet̃ · saltem successiue · sicut fcm̃ est in Job · deus enim
nõ in terrenis · sed eternis · amorẽ hoĩs vult adherere · Et hec
infirmitas venit hoĩ · ex pcc̃o pmorũ parentum · quia añ pcc̃m
omnia erant fcã · ad hoĩs quietem et delectacõm · Hoc animaduer-
tes homo cõuersus ad deum · et dicat ego · s · genus humanũ ·
dixi · confitendo · dñe miserere mei · quia piꝰ es · sana animã
meam · p flagella pñcia · potius q̃ p futura · nõ em̃ excuso
pcc̃m meum · sed accuso · quia peccaui tibi · cõtra volũtate
Juxta illud · qui abscondit scelera sua · non dirigetur · deīn
de caput de passione sua loquit̃ · que scd̃m egenũ fuit · q · d · Btũs
qui intelligit sup egẽñ et paupez · Sed Inimici mei · apti · vz ·
et Judei · et pharisei · videntes · q multi sequerent̃ me · vnde Jo ·
Ecce mundus totus post ipm̃ abit · dixerũt mala michi · de-
trahendo · dicentes · demoniũ ht̃ · potator vini · Socius publica-
nor̃ · qñ morietr̃ · quia grauis est nobis ad uidendum · et
pibit nomẽ eius · a nr̃o auditu · deinde occultor̃ inimicor̃
machinacõnẽ subiungit dicens · Et si · aliquis · ingrediebat̃
in cõsorciũ meũ · tamq̃ amicus vt Judas · ad hoc ingrediebat̃
vt uideret · i · ut exploraret · si forte cape posset · ut in sermõe
vana · i · ficta · et dolosa · loqbat̃ cor eius · parans calũpniã
iniquitatẽ cõgregauit sibi · i · cõtra se ad malum suũ · q̃ttu aucto-
ri suo iniquitas noceret · Et quia male intrabat · cõtra peius
exibat · vnde dr̃ · egrediebatr̃ foras · ad extraneos vt fieret
aptus inimicus · et loqbat̃ in idipm̃ · i · infamabat xpm̃ vel
in idipsm̃ · i · in vno cõsilio · aduũ me susurrabãt · inuicẽ mur-
murando · Juxta illud · Collegerũt pontifices cõciliũ · omñes
inimici mei aduũ me cogitabãt mala michi · Sicut aplꝰ a ·
inueniret · et dicit · mala michi · scd̃m eor̃ estimacõnẽ · sed po-
tius sibi nocebat malicia eor̃ · vbũ iniquũ cõstituerũt aduũ
me · s · expedit vobis · vt homo vnus moriat̃ p ppl̃o · et si
dimittis hũc · nõ es amicus cesaris · Isti sic · Sed · nũqd qui
dormit · i · voluntarie morit̃ · nõ addiciet ut resurgat · a mortuis

potest tamẽ hoc
exponi de quo-
libet iusto ·

Isti mali colonĩ occiderũt
seruos · occiderũt et filiũ
vt haberet heredi-
tatem ·

quasi a sompno. Sed quid mirum si inimici mei hec dixerunt
eterni. Nam et homo pacis mee .s. Judas qui reputabatur pacem
habere mecum. in quo speraui .i. sperare videbar tamquam de fideli disci
pulo. qui edebat panes meos. corporalem videlicet ut buccellam
et spiritualem. verbum audiendo vite. vel corpus xpisti. magnificauit
super me supplantacionem .i. super omnes machinatus est in mortem
meam. Tu autem domine. Hic agit de resurrectione. in qua egenus glo
rificatus est ad confirmacionem fidelium suorum. Ubi xpistus tamquam homo
petit. qui facit ut deus quod petit. Dicit ergo. Tu autem domine mi
serere mei. qui sum egenus et pauper. resuscita me a morte. et
retribuam eis in presenti dispensacione. ut corrigantur. in futuro autem per dam
pnacionem. si obstinati fuerint. In hoc cognoui .i. membra mea per
fidem cognoscere feci. quoniam suscepisti me .i. approbasti opera mea.
quoniam non gaudebit inimicus meus super me .i. qui gaudebat de
morte mea. gemit de glorificacione mea. Me autem propter innocenciam
suscepisti .i. placatus es per passionem meam. quia peccatum non est inuen
tum in me. et propterea confirmasti me in conspectu tuo ineternum. quia
mors michi ultra non dominabitur. Et ex hoc. Benedictus dominus deus
israel .i. videntium se a seculo et usque in seculum .i. sicut in principio seculi
ad finem seculorum sit benedictus deus. Fiat fiat. geminacio ista osten
dit hoc ab omnibus esse faciendum. In hebreo habetur amen
amen. et idem significat. Sequitur.

Quemadmodum desiderat cervus. Intencio psalmiste est monere ne
seculi tristicia quemquam retrahat a desiderio celesti. Os
tendens ergo desiderium suum dicit. Quemadmodum desi
derat ceruus. qui volens renouari attracto serpente per nares
et consumpto. antiquam pellem et cornua deponit. et veneno
serpentis ascendente ad caput. incipit sitire vehementer. Unde
cogitur querere fontes aquarum ad refocillandum. Ita anima mea
consumpto veneno peccati. et deposito veteri homine per abrenun
ciacionem peccati. desiderat ad te deus. horrens deinceps quiescere
in alio quam in deo. Et ne putes animam istam venire ad fontem
ad lauandum. determinat in sequentibus quod ad bibendum. dicit. Siti
uit anima mea non tantum modo sed olim. ad deum fontem viuum .i.
xpistum. qui est fons gracie in deficientem. Quando veniam et apparebo ante

faciē dei · i · cupio dissolui · et esse cum xpo · et dicit · qn veniā ·
quia quod cicius est dd̄ · tardū est desiderio / Sz talis ceruus
i · anima · dum currit · patit̃ insultus · ideo subdit̃ · fuerunt
michi lacrime mee panes · i · refecco · nō afflicco · quia tribula-
cione iustus eruditur · nō atterit̃ · die · i · in psperis · et nocte · i ·
in aduersis / Et harꝫ lacrimarꝫ causa est · insultaco prauorꝫ ·
Vnde subdit̃ · dū dicit̃ michi cotidie · sine cessacōe · a paganis
a Judeis · et hereticꝭ · vbi est deus tuus in quo speras · pro quo
tanta pateris · cui tam fideliť seruis / hoc dicebat̃ martirib3 ·
dicit̃ modo fidelibus · per malos xpianos · qn videt se habundare
et deuotos tunescere · et affligere · hec recordatus sū · i · medita-
bar p omīa corpalia querendo deū · Vt per ea que visibilia sūt inui-
sibilia dei cognoscere · et in hijs nō inueni · nisi q · vestigiū · Et
effudi in me aīaꝫ meā · i · dilatam intra me · aīam meam ·
p humilem orōne · ad videndum deum · quoniā · hoc modo · trā-
sibo in locū tabernaculi admirabilis · i · in ecclam milita-
tem · que ē admirabilis p fundidate fidei · altitudine spei · et
latitudine caritatis · et tandem perueniā · vsqꝫ ad domū dei · i · ad
ecclam triumphātem · de qua dicit̃ in ps̄ · domū tuā dn̄e decꝫ
sāctitudo · Sed ad hac domū peruenit̃ · Jn voce exultacōis · qua
audit · qui desiderat ad eam venire · sicut ceruus ad fon-
tes aquarꝫ · et ecciā peruenit̃ ad eam · in voce cōfessionis · i · lau-
dis · Jbiqꝫ inuenit̃ · sonus epulantis · i · plena et iocundi lau-
dacio · ad similitudinē ebrij · qui nō pt̄ leticiā suam tacere ·
Vnde interior homo · s · racio · loquit̃ exteriori · per modum cōso-
lacōis · Anima mea · que tanta · de domo celesti · in taberna-
culo audisti et vidisti · quare tristis es · nunqd̄ de tēporalibus nō
habitꝭ · ecce habundas alijs · Nunqd̄ de iniurijs illatis · tu
vindictam nō expetis · Nunqd̄ de obediencia iniuncta · Nonne vo-
luntatem ppriam · facere non queris · quare cōturbas me · obum-
brando vanis fantasmatibus · et libidinosis voluptatibus · Et
licet pstrepat mundus iniurijs · et caro infirma molestijs · noli
tristari · nec cōturbari · sed pocius · spera in deo · i · per pacienciā
expecta · quia per spem venis ad rem · qm̄ adhuc cōfitebor illi ·
modo de peccatis gemendo · et postea de mīa percepta · gaudendo · et

¶ de hijs tribus vz · exultacōe ·
cōfessione · et epulacōne ·
dr̄ ys · lxv · Ecce serui mei cō-
medent · et vos esurietis · Ecce
serui mei letabunt̃ · et vos cōfu-
dēmini · Ecce serui mei laudabūt
pre exultacōe · cordis · et vos clama-
bitis pre dolore cordis ·

Vel meor ero tui. i. festino ad te qui excludis omnia ma-la.

laudando dicendo. Salutare vultus mei deus meus. Salutare. i. xpus a quo michi salus non a me. vultus mei. i. filius michi secundum humanitatem et deus meus. equalis patri secundum divinitatem. Ad meipsum anima mea conturbata est. i. a memetipso sunt turbationes anime. quia caro concupiscit adversus spiritum etc. propterea in remedium memor ero tui. cuius memoria generat delectationem sicut memoria dei delectabilis. Unde infra. Memor ero dei. et delectatus sum. De terra iordanis. Jordanis interpretatur descensio. in quo deus baptisma consecravit. in quo humiliati lavantur. et fiunt terra fructifera. que facit fructum tricesimum sexagesimum et centesimum. Descende ergo ut eleveris. Memor ergo ero tui de terra iordanis. i. de baptismo. ubi peccatorum est remissio. in quo peccata remisisti. humiliasti. et fructuum fere fecisti. et memor ero tui. Hermonyim. a monte modico. Hermon est modicus mons circa iordanem. et interpretatur anathema. quia anathematisavimus dyabolum et pompas eius peccato renunciando. et est sensus. Memor ero tui ab hermony. monte modico. i. quia dedisti michi peccata cum dyabolo despicere. tamquam anathema. et virtute altum tamquam montem. et parvum quia humilem. quia non in superbia sed in humilibus est memoria beneficiorum dei. Abissus abissum. q. d. Memor ero tui. quia abissus. i. novum testamentum. invocat abissum. i. vetus testamentum. q. d. lex et evangelium in hoc concordant. in voce catharactarum tuarum. per ora prophetarum. et apostolorum hoc predicatum. Vel abissus. peccatorum invocat abissum. iudiciorum vel suppliciorum. in voce catharactarum tuarum. i. impleta testimonia apostolorum et predicatorum. Unde Judicia tua abissus multa. et infra. A iudiciis enim tuis timui. Et necesse est ut sim memor tui. quia. Omnia excelsa tua. i. maior tribulatio que est comminatio future predicationis. transierunt. i. transibunt super me. et ponit propheta preteritum pro futuro. propter certitudinem. et fluctus tui. i. miserie presentes. cuncta transierunt super me. Vel sic. Omnia excelsa tua etc. i. propter peccata mea a superioribus et inferioribus creature pene infliguntur. Sed hec flagella adeo patienter sunt tollerranda. Ideo subditur. In die. i. in prosperis. mandavit dominus misericordiam suam. i. precepit deus ferre patienter.

mala punita. que procedunt ex dei mia. Unde flagellat omnem filiu quem recipit. et nocte .i. in aduersis. mandauit canticu eius .i. precepit gaudere in ipso. Unde aplus In tribulatione gaudentes. Vel sic. In die mandauit dns. etc. .i. tpe prosperitatis exercere opa pietatis. et nocte canticu eius .i. tpe aduersitatis exercere canticu diuine laudis cum gratiarum actione. Non sicut ille de quo infra. confitebitur tibi cum benefeceris illi. Quia illa laus e grata deo. que sonat etiam in aduersis. Vel sic. In die mandauit etc. .i. dominus ecce miam suam. s. q liberat de tribulacione In die enim .i. in tpe gratie discatur mia dei. sed no declaratur eius fructus. nisi in tpe tribulationis. Unde et ponitur secundum aliam litteram. et nocte .i. in aduersis declamauit. Unde. speciosa mia dei. in tpe tribulationis. Sicut nubes pluuie in tpe siccitatis. Ergo ut formica debemus in prosperitate discere. et colligere. ut viuamus in aduersitate. etc. Aput me oratio. q sit memor ero dei. aput me .i. in secreto. no ext in publico est orandum. Vel aput me .i. intra me ipm est. oratio deo uite mee .i. qui dat michi vitam nature. et gratie. et tandem glorie. quia in eo viuimus mouemur et sumus. dicam deo. in illa oratione confidenter. susceptor meus es. quia in baptismo suscepisti me. in patria collocandum. Sed nunc. Quare oblitus es mei. dulcedine patrie differendo. a mundi periculis et dyaboli temptacionibus no eripiendo. sed reuera. no obliuiscitur. sed obliuisci videtur. et quare contristatus incedo. secundum sensum carnis. que horret has difficultates. dum affligit me inimicus .i. dyabolus varijs temptacionibus. nunc per se. nunc per membra sua. Et ecce in hoc contristor. dum .i. quia. confringuntur ossa mea .i. robur anime. pacientia videlicet. et cetere uirtutes. quibus subsistit. anima quo ad merita. Vel ossa ecclesie. sunt maiores. s. prelati. quorum alij per impacientiam. alij per iracundiam vel luxuriam. alij per alia vicia. a statu suo robore confringuntur. Et ideo. exprobrauerunt michi. qui tribulant me inimici mei. s. infideles. qui nos derident. Inperfecti vero desperant. dum maiores succumbere vident. dum dicunt michi per singulos dies .i. incessanter. vbi e deus tuus. ecce materia tristicie. q no esset deus liberans et curans. et si curat. liberet te si potest. Et s. irrident me. Sed. o. anima mea. quare.

In die madauit dns .i. ut simus liberales in prosperitate et hilares in aduersitate.

tristis es. pter instancia mala. et quare conturbas me. pter
dilata bona. Sed uidetur q supfluit ista iteracio consolacio
num. Tristicia est expellenda p paciencia. Multos enim occi
dit tristicia. Noli ergo dicere tristis sum. quia hic patior. s
pocius. Spera in deo. qui vulnerat et medetur. quoniam adhuc con
fitebor illi. confessione peccati in via. et confessione laudis in
patria. Salutare vultus mei et deus meus. vers.

Iudica me deus. et discerne. Intencio ps est mouere fi
deles. ne deficiant in pressuris. Vident enim boni se inter
malos commixtos. tamquam grana inter paleas. equa
liter enim coitant in bonis et malis. nascendo. moriendo.
psperando. pacem habendo. et tribulaciones ferendo. sed me
rito diuerso. Optans ecclesia a malis separari in futuro expecta
mus dicat. O deus iudica me. i. secerne. s. in futuro separando
a malis. Sed quomodo iste audet petere iudicium. cum dicatur hebr
x°. Terribilis est expectacio iudicii. et infra. Non intres
in iudicium cum seruo tuo. Respondeo. In iudicio erunt duo.
scilicet meritorum districta discussio. et hoc est terribile. secundo
distincta malorum a bonis separacio. et hoc petit in loco isto.
et interim. discerne causam meam. i. merita mea. que mi
chi sunt causa vite. de gente non sancta. i. a meritis malorum. cum
qua gente est michi par infirmitas. sed dispar consciencia.
par labor. sed dispar desiderium. et erue me. in presenti. ab
homine iniquo. i. ab eo qui aperte malus est. et doloso. qui
occulte me decipit corrumpere optauit. ut eruas me. Quia
tu es deus fortitudo mea. i. confortans me per graciam. Et mi
ror cum sis fortitudo mea. quare me repulisti. a vita eter
na. eam tam diu differendo. Mos est desiderancium. putare
se repulsos ab illa re. ad quam venire velociter non sinuntur. quare
tristis incedo. dum affligit me inimicus. i. quare tam diu pateris
me affligi. ab inimico. s. dyabolo. vel iniquo homine et dolo
so. inter quos iusti habitantes tristantur. quia ab eis in hac vi
ta separari non possunt. nec eos possunt ad suam partem per
conversionem reuocare. Et quia in fine mundi veniente christo ad
iudicium. plene letificabuntur iusti. Ideo orans dicat. Emitte

---

... quia frequencia tribulacionum
exigit frequenciam consolacionum

2 Augustinus. Non timeo iudicium. quia nomi
naris. non timeo vltorem. quia nomi
indultorem. Timere possem si districte
mecum ageres. sed non intres in iudicium
cum seruo tuo. vnde in opere. Nam si
in iudicium exhibueris seruum tuum. quem
ibo. si iniquitates obseruaueris quis susti
nebit. Omnes enim hoc iudicium horret
quod si faciat regula deserti. vbi
concutitur cedrus paradisi.

lucē tuā. que illuīat omnem hominem venientē in hunc mundū
et veritatē tuā. i. xpm. qui est veritas et vita. ut illuminet
abscondita. et reddat sc̄dm merita. ipsa. s. lux et veritas. me
deduxerunt. in p̄nti vita. immunē a pcc̄o. et adduxerunt in mō
tē scm̄ tuū. i. in ecc̄liam. que dicit̄ mons. p̄ vite altitudinem.
de quo infra. Mons in quo bn̄placitū est deo habitare in eo.
et in tabnacula tua. qd̄ idem est. et dicit̄ pl'ter. ꝓpter dissen
ciam grāe. de quo aug̃. Thabernaculū cum audis. bellū
intellige. hostem caue. Sed nec ibi morabor. sed pocius de ta
bernaculo militantꝭ ecc̄lie ascendam. et introibo ad altare
dei. s. illud ineffabile altare. celestis ierlm̄. quo nullus
iniustus accedit. Qui vero accedit. sumit̄ in olocaustum
diuino igne. totus accensus. Nota q̄ sacerdos accedēs. cele
braturꝰ missam dicit. Introibo. ⁊c̄. desiderio enī et amore
superioris et invisibilis altaris. hoc visibile accedere cum
modestia debet. eterna nō caduca petiturꝰ. ut xp̄i celsitudi
nem humilis sequat̄. Quod sit illud altare. specificat dicēs
ad deum. introibo. qui letificat iuuentutē meam. a vetus
tate pcc̄i renouatam. que prius cōtristabat in pcc̄o. Cōfi
tebor tibi in cithara. deus deus meus. i. laudabo te in carnis
mortificacōne. vel grās tibi agam in tribulacōne. Et nota q̄
in psalterio laudat. qui bn̄ viuit et nichil patit̄. In cithara aūt
laudat. qui bene viuit. et patit̄ aduersa. a sc. uel a proximis.
quare tristis es. q. d. ex quo introibo ad deū p̄ gl'iam. ex q°
letificor p̄ grām. ex quo confitebor p̄ paciēciā. miror quare
tristis es anima mea. sc̄dm sensualitatē. et quare cōturbas me.
sc̄dm ronē. Racio enī freqn̄t̄ et vehement̄ p̄suadet. tristiciam
seculi fugiendam. que paciam et caritatem extinguit. et to
tam vitam confundit. Vel forte quia nō p̄t. omnia mala
vitare ad plenū. timet. difficile enī ad plenū. purgata vita
inuenit̄. cum ille iudicat. qui uenit ad liquidum iudicare.
Et licet timendus est. quia iustus. Amandus ecīa est quia
misericors. Ideo. Spera in deo. non in te. Ille sit sana spes in te
qui suscepit vulnera ꝓpter te. quoniā adhuc. et si non modo
saltem aliqn̄. qn̄ ipse dederit. confitebor illi. Quid cōfiteberis.

Hic apte instruim̄ q̄ nō accedā
nisi renouati a pcc̄orum vetustate
et letificati spe venie. qd̄ sig̃t
in deposicōe ꝓorum q̄ssorum. et re
cepcōne subtiliū vestimētorum.

Supra in duobus locis que hoc

illi. hoc. Salutare vultus mei deus meus. Agnosco medicum non me iacto sanum. Unde alibi. Ego dixi domine miserere mei. sana animam meam quia peccavi tibi. Hec vox tuta est fratres. sed vigilate in operibus bonis. Tangite psalterium obediendo. tangite cytharam passiones tollerando.

Deus auribus nostris audivimus. Intentione sua monet nos ad contemptum terrenorum. Ista possent ad litteram exponi de populo antiquo. qui beneficia corporalia perceperunt. et hec etiam suis successoribus memoranda reliquerunt. Omnia autem ad fideles novi testamenti convertuntur. Quia omnia ad nostram consolacionem sunt scripta in quos fines seculorum devenerunt. dicit ergo. O deus pater. auribus nostris audivimus. id est per certo cognovimus. quia patres nostri. apostoli. annunciaverunt nobis. predicando. et in scripturis relinquendo. Opus quod operatus es in diebus eorum. quod filium tuum de virgine natum in mundum misisti. quod per eum sanitates et miracula fecisti et spiritum sanctum mittens. apostolos fortes. et audaces fecisti. et in diebus antiquis. fecisti etiam mirabilia. scilicet educendo antiquos de egipto. in signis mare dividendo. In terram promissam inducendo. et post multa. tres pueros. et Susannam liberando. Insuper manus tua. id est filius tuus. per quem omnia fecisti. disperdidit. id est annichilavit. gentes. viciorum de ecclesia. et plantasti eos. per ornamenta virtutum. afflixisti populos. per signa apostolorum. et expulisti eos. credere nolentes. et ne humana fragilitas asscribat. sibi victoriam. de inimicis corporalibus vel spiritualibus. compescit hoc. cum subiungit. nec enim. apostoli vel successores eorum. in gladio suo. id est in predicatione sua. possederunt terram. id est prevaluerunt fundare ecclesiam. et brachium eorum. id est fortitudo eorum. non salvabit eos. a morte vel ab inimicis. Sed ipse qui est. dextera patris. quia per eum pater. dat benedictionem sanctis suis. et qui est. brachium tuum. quia per eum protegimur. et qui est. illuminacio vultus tui. id est splendor patris. et per eum illuminantur omnes venientes in hunc mundum. Et hoc fecisti. non ex merito eorum. sed quoniam complacuisti in eis. id est gratis de beneplacito voluntatis tue.

Tu· qui hec fecisti, es ipse rex meus, regnans in me, nō pec-
catum, et deus meus· cui seruio, nō ventri, qui mādas
p filiū, et p pdicatores tuos, salutes, i· legem, salutis· i·
caritatis, iacob, i· populo pugnatori, et supplantanti
vicia, et quiā tanta bn̄ficia cōtulisti antiquis in veteri
testamēto et p̄rimis in nouo, put narrauerūt nobis pa-
tres nrī, quae etiā nobis seruulis tuis, fortitudinis gratiam
nō largiris. Oramus igit̄ q· In te· non in alio· inimicos
nrōs, dyā͞ l; cum temptacōibus, mūdum cum vanitatib;
et carnē cum cōcupiscēcijs, ventilabim̄, i· fugabim̄, sicut
puluis fugat̄ a vento, sed nō nrā v͞tute, sed· cornu· i· for-
titudine tua· Vel· cornu· i· cruce· Iuxta illud· Et cornua
in manibus eius, et in nōie tuo· i· p inuocacōnē nōis tui
sperne͞m, i· cōtempnemus, insurgentes in nobis, scilicet
demones et tirrānos, put patuit in martiribus, et modo
colligit̄ in deuotis, qui inuocato xpi nomīe, oīa picula
temptacōnū a demonibus vel hominibus illata euadunt,
Non enī in arcu meo sperabo, i· in minori v͞tute· et gladi̅
meus· i· maior virtus, nō saluabit me· quia in bello mi̅
facit arcus qm̄ gladius· Vel sic· Nec in arcu· sciē, nec· in
gladio doctrine· pono spem salutis, sed in deo, et merito
Saluasti enī nos· i· saluabis, pteritū ponit̄ p futō· ppt
certitudinē, quia adeo certū est quod fcm̄ est, vt qd fuit
nō pt non fuisse, de affligētib; nos, i· demonibus infati-
gabilit̄ insidiantibus, et odiētes me· malos hoīes heretī-
cos, et psecutores cōfudisti· i· cōfundes maxīe in iudicio
finali, qn̄ stabūt iusti in magna cōstancia adūsus eos q
se angustiauerūt. In deo laudabim̄ tota die· i· in eternitate
que tota dies est, sine nocte, laudabim̄, non tantū a scīs
et angelis, sed ab ipo xpo, Vnde· Qui me cōfessus fuerit
coram hominibus, cōfitebor ego eū corā pre meo. Et in nōie
tuo· q est ihs· i· saluator· cōfitebim̄ tibi· i· laudabim̄
te in sclm̄, i· in ppetuū durabit laus Vnde apocal· iiij· Re-
quiē nō hn̄t animalia· dicencia· Sanctus sanct̄ sanct̄·
Nunc aūt repulisti· Deinde enumerant̄ mala q scī sustinet

in p̄nti . q. d. fecisti antiquis miseraciones multas . quibus com-
placuisti in eis . et facies nobis in futuro . Nunc autem . quod est
tempus medium inter illorum preteritum . et nostrum futurum . re-
pulisti . i. videris repellere . quia differtur promissio celestium
et insuper habundant obprobria . et confudisti nos . non in
conscientia . sed in facie hominum . qui inimicis affitiebantur
spoliebantur . et occidebantur . et inter maleficos computabantur .
et hec confusio adducebat eis gloriam . Nec hoc tamen permit-
tis super nos . Sed . nec egredieris . evidenter . o deus . ad ex-
pugnandum hostes . in virtutibus nostris . i. in exercitibus .
sicut antiquitus . quando unus fugabat mille . et duo fugabant
decem milia . te per eis pugnante . Sed revera . mirabilius
modo operatur . quando vincit qui occiditur . Unde infirma mun-
di elegit deus . ut confundat fortia . In quo prelio deus egreditur
et ingreditur cum suis . sed invisibiliter . unde . iiij. Regum . Noli
timere plures enim nobiscum sunt . avertisti nos retrorsum
post inimicos nostros . i. fugere nos fecisti inimicos nostros . et

Illos diripuit inimicus quos
ad castra inimicitie
quasi captivos
ducat.

qui oderunt nos . infideles videlicet vel tirannum . diripiebant
sibi . res nostras . vel nos . quosdam precio vel precio . sive tormen-
to pervertendo . et hoc solet accidere fugientibus in prelio . Unde
Thob . iij. Traditi sumus in direptionem . et captivitatem . et
mortem . dedisti nos . potestate tua . qua omnia fiunt . quam
etiam concedit malis . dedisti inquam . nos tirannis . et perse-
cutoribus . tamquam oves escarum . que occiduntur . et est vox mar-
tirum . quorum alii fuerunt esca bestiarum . alii traditi gentibus
ad serviendum . et in gentibus dispersisti nos . quod fuit
factum . et fit modo . ex certa dispensatione dei . ut videlicet per
diversas regiones sancti dispersi . in omnibus fructificent . per ex-
empla constancie et fidei . vendidisti populum tuum . scilicet nostros

Hoc genus locucionis inter
cetera scripture
notatur

sine precio . modus est scripture . Primus sit dicere . sine . i. pro vili
precio . vel pro nullo . quia tempore nostrorum . nichil constabat de precio .
videlicet de conversione infidelium . sed postea constitit . quia sanguine
nostrorum . ecclesia est fundata . Iuxta illud . Nisi granum frumenti
cadens in terra mortuum fuerit . ipsum solum manet . et hoc idem confir-
mat in subsequentibus . et non fuit multitudo in commutacionibus

corꝫ .i. pauci ex morte martirꝫ. cōuersi sūt tūc / sꝫ postea
posuisti nos obprobriū, q. d. nō solum vendidisti / sed etiā
posuisti nos obprobriū vicinis nr̄is. quia dicebat nos insa-
nos et maleficos / et grauis est afflictio / que a vicinis irro-
gatur / quare dicitur vulgariter. tristem h̄t masione / qui habet
malū vicinū / . subsannatione / que fit cum naso cōtracto ex
indignatione. et derisū. qui fit gestu et ore / hijs qui in circuitu
nr̄o sūt .i. gentibus. ut iudeis. qui circūdāt ecclesiam / et nō
intrāt in eam / sed insultāt. dicentes / stulticiā ē p̄dicare
xp̄m crucifixum. Unde apl̄us / Nos p̄dicam' xp̄m cruci-
fixum / gentibꝫ quidem stulticiā. iudeis aūt scandalum.
posuisti nos in similitudinē. tuam. in gentibꝫ .i. sicut te
xp̄e affecerūt iniurijs / sic etiā nos. Juxta illud. Si me
p̄secuti sunt / et vos p̄sequentur. cōmotionē capitis in p̄plis
.i. ad hoc nos deduxisti / ut etiā capita sua. contra nos
populi mouerēt insultādo. Tota die verecūdia mea cōtra
me est .i. assidue occurrūt michi obprobria. et oblocutiones
ex quo verecundor. et confusio faciei mee cooperuit me .i.
rubor qui est in facie / ex verecūdia etiā totū corpus co-
operuit horrore. Verecundor quidem / sed vnde h' p̄cedit /
a voce exprobrantis .i. insultantis / et obloquentis .i. crimē
imponentis / quia exprobrare est in faciem maledicere. oblo-
qui aūt occulte detrahere / et dolose mordere. a facie ini-
mici .i. a p̄ntia odientis in occulto. et p̄sequentis .i. ope
et in aperto nocentis. hec omnia. nō separatim / sed simul ve-
nerūt sup nos / sicut fera crudelis / vel torrens inundans
nec obliti sumus te .i. tui. exemplo stephani et aliorꝫ / quia intel-
ligim' gratis / tolerandum te propter te / Ecce quanta sanctitas mar-
tirum / et iniq̄ nō egimus in testamento tuo .i. in lege tua /
vel pacto quod pepegim' tecum in baptismo a te p̄ apostasiam
etiam in tormentis / vel temptationibus nō recedendo / et cor nr̄m
istū .i. ratio vel voluntas nr̄a. nō recessit retro. a tua vo-
luntate p̄ diffidentiā / audientes a te illud / Nemo mittens
manū ad aratrum / et aspiciens retro etc. et declinasti .i.
declinare fecisti. ut ostendisti q̄d idē ē q̄ depende. ostendisti / vel opa nr̄a / de lege tua pendere fecisti.

semitas nostras. i. actiones bonas vel passiones duras. a
via tua. i. ab exemplo tue vite. quia omnis actio xpisti est
informatio nostra. vel aliter. declinasti. etc. Semitas nostras. i. vie
nostre sunt sensuales voluptates in prosperitate seculi. deducen-
tes ad dampnacionem. declinasti. i. declinabiles ostendisti
a via tua. que arta est et ducit ad vitam. quia vie nostre discor-
dant a via dei. Quoniam. i. ex hac causa. humiliasti. i. in despec-
tum dedisti. nos in loco afflictionis. i. in hoc mundo. qui
est plenus afflictione et miseria. Ubi pro peccatis nostris. et
cooperuit nos umbra mortis. i. infideles. umbrosi. et mor-
tales. qui sunt quoddam vestigium mortis per ignoranciam.
vel umbra mortis dicitur hec mortalis vita. vel via per
que venitur ad veram mortem. que dampnacio eterna est. licet
hys malis te volente grauati et humiliati sumus. tamen
Si obliti sumus nomen dei nostri. i. non sumus obliti. ut te non
inuocaremus. positi in tribulacione. et in medio nacionis
praue et peruerse. et si expandimus. i. non expandimus. ma-
nus nostras. i. opera nostra. ad deum alienum. i. ad ydolatriam
sive per avariciam. sive per luxuriam. quia talia grauiter puni-
muntur a deo. Unde subdit. Nonne deus requiret ista. i. manifesta
faciet per iudicium. Ipse enim nouit abscondita cordis. i. nota
faciet. quod enim requirit. sic nouit deus. Noscere enim dei est
notum facere. sicut dixit abrahe. Nunc cognoui quod time-
as deum. i. alios te cognoscere feci. prius enim nouit. non pro se.
ut te cognoscere faceret. te ipsum. quis sis. ut actum est in petro.
qui non cognouit se. nisi sibi xpistus ostenderet. quis sit. cum
dixit. Antequam gallus cantet. etc. Quoniam propter te. q. d. non sumus
obliti te. et non expandimus manus ad alienum deum. Sed
propter te mortificamur. non pro nostris criminibus. sed pro fidei di-
latacione. tota die. i. tota vita nostra. Unde apostolus. In morti-
bus frequenter. estimati sumus sicut oues occisionis. i. repu-
tata est leuis mors nostra. quos videbat sine murmure. sine
retaliacione ire ad mortem. Et quia tanta sustinuimus
propter te. O tamen unanimiter omnes nostres tui. Exurge. i. for-
tis appare. ferendo auxilium. quare obdormis. i. dormire

Et non quasi ex dispensacione dei. i. temptacione videtur dormire
et faciem consolacionis abscondere. Et nostri quoniam oblivisceris.
humiliata est in puluere. i. in cinere et cilicio anima nostra.
et venter eciam. adhesit. conglutinatus est terre. i. toto
ad modum moysi et aaron. coram deo in oracione est
nendum. et dicendum. Exurge adiuua et redime nos
propter nomen tuum. etc.

videris, qui tuos tribulari permittis, et non statim adiuvas,
nec vindicas, sed quare hoc nos nescimus; tu scis quid no-
bis utile sit. Exurge. repeticio est. ut quibus videt pericula
crescere, non dissimulet subvenire. et ne repellas in finem.
id est finaliter. Iuxta illud. Tren. Non repellet in sempiternum
dominus. Quare faciem tuam. id est cognicionem tuam. avertis. vel faciem.
id est respectum, quo auxiliari consuevisti. Iuxta illud. Num. vi.
Ostendat dominus faciem suam tibi et misereatur tui. Oblivisceris
inopie nostre, id est non das spiritum fortitudinis, sine quo inopes su-
mus, et tribulacionis nostre, quia eam non mitigas. et hoc quare
id est nos nescimus. sed tamen inquirimus, scientes quia non nisi iuste
et pie facis, Et ideo quod hoc non est querela, sed pia supplicatio
puri cordis. Quoniam. Hic tua aversa id est cognicione, humiliata est
anima nostra in pulvere. id est cogitacio nostre voluntatis derelicta est in
rerum mundanarum occupacione. que pulveri comparantur. et venter
noster. id est sensualitas nostra, conglutinatus est in terra. id est vehementer
adheret terrenis, que excecant et gravant cordis oculos, sicut
terra vel pulvis, qui extra procedit. Vel sic. anima nostra humilia-
ta est. humiliacione penali. in pulvere. id est inter malos. qui com-
parantur pulveri propter multa. xx. conglutinatus est in terra venter
noster ut s. In tali tribulacione constituti, oramus suppliciter di-
centes. Exurge domine, id est fac nos exsurgere a terrenis ad celestia.
et a pulvere. in quo humiliati sumus. Adiuva nos. ut in
bono proficiamus, et redime nos. ab inimico. quem timemus
a peccato. ne recidivemus, et hoc totum petimus. non per nostris meritis
sed gratis, propter nomen tuum. quod gloriosum est in secula.

Eructavit cor meum. etc. Intencione monet ad laudem
sponsi et sponse, et primo premittit se eructaturum
laudem dei, secundo laudem sponsi. laudans eum a
forma, a potestate, a iudicio, ab ornatu ibi Speciosus forma.
Tercio laus sponse cantatur, submissius quidem, a gloria
a forma, a prole. ibi. Audi filia. Dicit ergo propheta, cor meum
id est mens mea eructavit, quasi de pleno, quia ex habundancia
cordis os loquitur, verbum bonum id est ymnum, a simili. Sicut qui
blasphemat. dicitur eructare verbum malum. Dico ego. id est dicere incipio

Nota. proprietates pulveris.
Aridus, instabilis, sterilis, levis et minutus.
Sordidat, excecat, pullices facit, inde
lutum fit.

opa mea regi. i. ad laudem eius, quia ex eo habeo opa. felix
ille qui dicit. nō tm̄ verba. sed etiā opa. et opa. non tantū
aliena. sed ꝓpria. Unde. Greg. loquentis auctas pditur, cū voꝫ
ope nō adiuuatur. Ne vero a se putetur dicere, sub iungit. lingua
mea calamus scribe. i. spūs sancti. quia sicut calamus ꝑ se
nichil pt. sic nec lingua predicantis. velociter scribentis. nō
impediti ex mala calami dispositione. quia nescit tarda
molimina. spūs sci gratia. Vel sic. lingua mea calamus scribe.
i. comparatur calamo scribe. Cuius autem modi scribe. subdit
velociter scribentis. i. spūs sancti. qui in docendo. nō indiget
tpis interuallo. Iuxta illud. factus est repente de celo. etc. Vel
velociter scribentis. i. cito ventura sunt que scribo. Vel sic. dicit
deus pater. Eructauit (i. genuit) cor meum vbū bonum. i. filium. qui est
michi p omnia equalis. In quo notatur sponsi celestis nobilitas
et sic vbum ethimologizatur. i. vere bonum. quia nemo vere bonus
nisi deus. Deinde ecclesia dicit. dico ego opa mea regi. i. opa
fidei. p amorem innotesco. filio tuo meo regi. Vel ego ecclesia
opa mea dico. i. consecro. filio tuo. meo regi. quia flumina
operum meorum. ab eo emanantia. ad eum reflectuntur. ut iterum
fluant. lingua mea. dicit pater. calamus scribe uelociter scri
bentis. i. ego p filium meum. sicut scriptor p calamum. omnia
feci. et sine mora. quia dixit et facta sunt. et creauit omnia
simul. Deinde omnibus creatis. ꝓcedit sponsus. Speciosus
forma. Hic commendat ꝓpheta xpm a forma. et dicit. Speci
osus es. forma. quia immunis a pctō. quia secundum aug. Sū
ma et vera pulchritudo iusticia est. et hoc. ꝑ filiis hominum
quia in ipso est. sicut in causa. In aliis vero. sicut in effectu.
Sed contra. ysaie liii. Non est ei species neque decor. Rndeo
non est ei decor. exterius p liuorem flagellorum et sputorum.
sed interius est ei decor. p plenitudine virtutum et gratiarum.
Sed quia pulchritudo nō sufficit. sine eloquencia et sapi
encia. addit. diffusa est gratia. i. graciosa veritatis doctrina.
in labiis tuis. quia eo loquente. mundus gratiam reconciliacio
nis accepit. Unde Ioh. vii. Nunquam sic locutus est homo.
Et luc. iiii. mirabantur omnes in verbis gratie. que procedebat.

Lingua predicatoris calamo comparatur. primo
quia crescit in humiditate doctrine p studium.
Secundo. debet esse vacuus p humilitatem. Tercio
debet esse planus exterius p honestatem.
quarto acutus p sobrietatem. quinto. repletus
incausto. p spūs sci gratiam. Sexto
a sinistra in dexteram. debet ducere lineam.
quia oīa in hac vita sinistra. debet dirigere
ad dexteram.

de ore eius. Et quia sic in te es speciosus, et aliis fructuosus
propterea benedixit te. secundum hominem. deus. pater. tamquam maior mino-
rem. non benedictione temporali que est sinistra, sed. eterna. Unde
et regnabit in domo iacob in eternum. Deinde commendat spon-
sum. a fortitudine. dicens. Speciosus es, eloquens es, sapiens
es. Ergo. accingere gladio tuo. i. verbo predicationis. Iuxta illud
et gladium spiritus. quod est verbum dei, quo verbo ipse dividit fi-
lium a patre. nurum a socru, de quo gladio dicit dominus, Non veni
pacem mittere sed gladium, super femur tuum. i. supra carnem
assumptam, que per femur intelligitur, eo quod in eo sit. semina-
rium carnis, et recte super femur gladius ponitur, quando caro cogi-
tur predicationis verbo obedire. Unde exo. xxxii^o. Ponat vir gla-
dium super femur suum, et hoc non segniter, sed potentissime.
Ergo. accingere. ut sis paratus, gladio. ut sis munitus. su-
per femur tuum. ut sis obediens verbo, potentissime, ut sis
utilis proximo, Potenter ergo predica, potencius opere adimple,
potentissime autem per veritatem patere. Specie tua. et pulchritudine
tua. i. iusticia tua. que pulcherrima virtus est, reddens unicuique
quod suum est. intende. i. hominem miseratus respice. prospere. i. ad
prosperitatem suam, procede. ab hiis demictis. ad alios devincendos
et regna. in hominibus per fidem, in quibus dyabolus regnabat
per infidelitatem. propter veritatem. quam doces et mansuetudinem
qua peccatores benigne suscipis, et persecutores gratanter expec-
tas et tolleras, et iusticiam. qua impios iustificas, et in hiis
virtutibus, dextera tua. i. potencia divinitatis. deducet te. de
bono in bonum vel de gente in gentem. per fidei dilatacionem, et hoc
mirabiliter. i. per miracula. in quibus laudatur fortitudo et pul-
chritudo sponsi. Sagitte tue. i. verba tua sunt. acute. i. pene-
trabiles. corda vulnerantes timore, ut a malo revocent, amore
ut ad bonum provocent, Non sicut verba philosophorum, sed fortiter
penetrant. Iuxta illud ad hebr. Vivus est sermo dei et efficax
et penetrabilior omni gladio ancipiti. Et ideo. populi sub te
cadent. i. humiliabuntur tibi. propter fidem. Iuxta illud. act. hiis
auditis compuncti sunt corde. et dixerunt. Quid faciemus. viri
fratres. &c. et illi populi conversi. cadent in corda inimicorum regis.

Accingimur pugnaturi, precingimur ministraturi, succingimur ituri.

Nota. supra positus est gladius qui percutit prope. hic autem sagitte, que feriunt a longe. in quibus inimici christi virtus intelligitur, que vocat quos vult et eos qui prope, et eos qui longe sunt.

·i· p eos converter illi· qui s adversarii xpi· qui est rex regu
et dns dnancm· de inde a iudicio comedat xps· Sedes tua
·i· auctoritas iudiciaria tua· o deus· est in sclm scli· Iuxta
illud. dan· potestas eius potestas eterna· que no auferet
quia quidq instituit· no mutat· et p hoc q dicit· sedes· ost
q ptas xpi est tranquilla· quia in sede quiescat· Et ccia vga
directionis· est virga regni tui· quia nichil in divina equitate
est in ordinatu· vel distortu· unde infra· dirige me scdm elo
quiu tuu· et no dnet· in· rc· In hoc q dicat virga· innuitur
mia· quia no dicat· baculus· In eo aut q subdit· vga direc
tionis· notat iusticia· Nemo igit sibi de mia· multu blan
diat· quia tantu est iustus· q misericors· et ad hoc ut sis
ydoneus iudex· dilexisti iusticia· Iuxta illud· sap· i· diligite
iusticia· qui iudicatis orbem· ppterea· o deus fili· deus pater
unxit te· oleo leticie· i· plenitudine carismatu· in qua te co
stituit regem et sacerdotem· pparticipibus tuis· i· aplis· et
omnibus sanctis· in quos ab eo fluenta gratiarum manauerunt
Ei namq no est datus spus· ad mesura· in quo habitat ple
nitudo divinitatis corporalit· et de plenitudine eius accipiunt
universi· Post hec laudat sponsus ab ornatu· dicit· Mirra·
que pseruat a putredine· est amara· et significat mortifi
catione carnis· que pseruat p amaritudine pnie· a putredine
luxurie· Gutta· est species aromatica· que exsiccat infla
turam· et sigt· humilitatem· que destruit inflatura supbie·
Cassia· est genus canlui· quod crescat in locis humidis· et est
odoriferum· et sigt fidem· que crescit ex aquis baptismi·
vestimenta xpi· sunt sancti· Et est sensus· Mirra· i· carnis mor
tificatio· gutta· i· humilitas· cassia· i· fides· hec spirabunt
aliis p exemplum· boni odoris· a vestimentis tuis· i· ab eccia
vel sanctis tuis· qui tibi adherent· sicut vestimentu· de quibus
dicit ys· xlix· vivit dns· quia hiis omnibus· veluti ornam
to vestieris· Vel· a vestimentis tuis· i· a membris corporis tui in
cruce extensis· quibus aia tegebat· a domibus eburneis·
·i· a sanctis· eosdem dicat domos· quos vestimenta· In quibus
habitat p caritatem· que domus sunt eburnee· ppter castitatem·

ex quibus domibus et odoramentis, filie regum, i. fideles
anime, filie apostolorum, qui sunt reges ecclesie, delectaverunt te
i. delectabilem possederunt in honore tuo, i. ad honorem tuum.
Unde canticorum i°. Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescen-
tule dilexerunt te. Astitit regina. Hic commendatur sponsus a
comitatu sponse decenter ornate. q.d. Talis es o Christe, sed numquid
solus eris, non. Sed astitit, erecta ad eterna, non sedit incur-
vata ad terrena. regina, i. ecclesia, que regit omnia sub rege
a dextris tuis, i. in contemplacione eternorum, modo spe, et postea
re. astitit inquam in vestitu deaurato, i. in doctrina sapiencie
que contexitur filis veritatis. Vel in vestimento deaurato, i. in
operacione virtutum simul connexarum, quas caritas informat. Cir-
cumdata varietate, meritorum vel linguarum. Et sic ecclesia ornatur
auro apostolorum, argento prophetarum, gemmis virginum, cocco mar-
tirum, purpura penitencium. Hoc est figuratum Exo. xxv°. In ves-
te sacerdotali, que fuit multiplici varietate consumata. Post
hec in sequentibus commendat sponsam, quam laudat, a forma,
a gloria, a societate et a prole, et hec in sequentibus apparebunt.
Dicit ergo. O ecclesia filia apostolorum, quorum predicacione es genita
Christo, audi diligenter prophetas antiquos Christi sponsi tui promit-
tentes incarnacionem, et vide in evangelio esse impletam. Fac si-
cut regina saba, que audivit rumores et venit et vidit
sapienciam salomonis et mirata est, et inclina aurem tuam
i. humiliter audi. Sapiencia enim aqua dicitur in scripturis, et fluit
ad loca inferiora, i. ad humiles. Unde infra. Qui emittis
fontes in convallibus, i. das sapienciam humilibus. Et ecclesiastici xxx
ij°. audi tacens, et pro reverencia accedet tibi gratia bona. Sed
ante omnia necesse est quod dicitur, et obliviscere populum
tuum, modum iudaicum, viam gentilium, quia nemo potest
duobus dominis servire, et domum patris tui, i. dyaboli, quia
nondum converse ecclesie dicit dominus, Vos ex patre dyabolo estis. Et
si audieris et credideris, rex Christus concupiscet, sed amore
decorem tuum, quem ipse contulit tibi, scilicet nitorem fidei et cari-
tatis venustatem, et si forte latet te, quis sit qui concu-
piscat te, audi quoniam ipse est dominus deus tuus, qui creavit or-

nauit et conseruauit te. et propterea. adorabunt eum. non idola. omnes creature sue, et filie tyri. i. gentes, quia tyrus est in prImo iudee, et ponitur pars pro toto, et significat gentes credituras xpo. Unde mulier. a finibus tyri egressa. ecclesiam significat, et dicuntur filie, propter debilitatem resistendi peccato, dyabolus enim libere duxit eos de una ydolatria ad aliam, et omnes diuites plebis. i. sapientes et potentes terre. vultum tuum deprecabuntur. o ecclesia. apte tibi subicientur, in muneribus. i. hostijs quo ad deum et elemosinis quo ad proximum. Unde. matheus. ij. et procidentes adorauerunt, et apertis thesauris suis munera optulerunt ei. Deinde gloriam sponse describit. dicens. Omnis gloria eius filie regis ab intus. Ubi vocat ecclesiam filiam, propter imitationem, et prius reginam. propter amorem, cuius filie omnis gloria est. ab intus. i. a bona conscientia, non in extra in laude hominum, vel in habundancia temporalium, et hec gloria interior est, in fimbrijs aureis fimbrie sunt finis vestimenti, et significat finem vite, que sunt auree. non de auritate, et significat. quod opera sponse. s. ecclesie perfecta sunt. sine admixtione qualicumque, et illa continuat. usque ad finem vite. que regina etiam ab extra est. circumdata varietate. i. meritorum vel consortum, vel virtutum multitudine. In sequentibus commendatur sponsa a societate cum dicitur. adducentur regi virgines q. d. sponsa oblita domum patris sui. secundum mandatum venit ad xpm. virgines. i. pudici. vel fortes sine corruptione mentis et corporis, nulli cedentes turbini temptationis, et post eam. s. ecclesiam primitiuam, proxime eius. i. sequaces primorum fortium sanctorum. qui sunt debiliores. adducentur regi. xpo. per predicationes et exempla bona. Et nota. quod in hoc quod dicit. adducentur innuit. quod nemo per se potest venire ad salutem. nec sequi xpm nisi ducatur vel etiam trahatur, Unde, nemo venit ad me. nisi pater meus traxerit illum. virgines. tamquam fortes, et sane ducuntur, proxime vero. tamquam infirme et fracte. curis et sollicitudinibus portantur, Unde dicit. Afferentur tibi. i. in portuna predicatione. obiurgati conuertuntur. et qui in manibus. ducentur regi putantur, afferentur. quidem. in letitia angelorum, quia gaudium est angelis super uno peccatore penitentiam agente. et ex-

¶ Vel sic. In fimbrijs aureis. i. in perseuerantia bonorum operum. caritate perfectorum.

nota quod salus hominis. non est ab homine. sed a deo est.

ultatione sanctorum. Vnde convocat amicas et vicinas, dicit
Congratulamini michi quia inveni ovem perditam etc. et tandem
post hanc vitam, que tota milicia est, qui perseveraverit addu-
centur in templum regis, id est in ecclesiam triumphantem, que dicitur
templum a contemplando, quia ibi plene videbimus et gaude-
bimus, gaudebimus et laudabimus, quando absterget deus omnem
lacrimam ab oculis sanctorum etc. Ultimo commendatur sponsa a
prole cum dicitur: pro patribus tuis, ex quibus ecclesia secundum carnem
qui fuerunt ydolatre, vel pro patribus tuis id est antiquis prophetis
et patriarchis, nati sunt tibi filii id est apostoli et apostolici viri, et
eos tu constitues principes, non ipsi sibi usurpent dignitates
sed qui vocatur a deo, per ecclesie ordinationem ut Aaron, super
omnem terram, quia predicaverunt ubique domino cooperante et sermonem confirmante sequen-
tibus signis. Et ipsi principes et eorum successores memores
erunt nominis tui domine, in corde per fidem, in ore per predicationem,
in opere per patientiam, et hoc non transitorie, sed in generatione
et generationem id est semper quamdiu generatio durat. Propterea id est propter
predicta populi omnes unanimiter confitebuntur tibi confessione
laudis in seculum et in seculum seculi. Iuxta illud: laudabo dominum
in vita mea. Hic psalmus cantatur in die nativitatis Christi, quia
agitur de nuptiis que ipso die complete sunt. Et in die natalis
quia hec omnia ad Mariam reflecti possunt, et de virginibus
et de apostolis, quia ibi dicitur: adducentur virgines, et pro
patribus tuis nati sunt tibi filii etc.

Deus noster refugium et virtus. Intentio monet ad
fidem, ne in tribulatione deficiamus, sed ad deum
quem nobiscum sentimus per fidem confugiamus, dicit ergo:
deus per divinitatis potentiam noster per assumptam humanitatem
refugium verum a malis exterioribus scilicet tormentis et
a temptationibus interioribus. Et virtus id est fortitudo nostra.
quasi dicat: alii habent refugium in diis suis sed falsum, alii in amici-
tiis et rebus mundanis sed vanum, sed deus noster est nobis
refugium, quia iuvat nos vincere eas. Iuxta illud: fidelis
est deus, qui non patietur etc. Adiutor in tribulationibus
maxime remordentis conscientie, quia nulla est maior. Adiutor

Vel sic: deus noster magis sapientia
refugium, magis clementia
et virtus id est quo potentia. Adiu-
tor in tribulationibus, ut per te vin-
camus. Ecce hic colligitur quia
deus scit vult et potest in tribu-
latione adiuvare. x4

Vel quem inuenerunt nos. q̄a q̄rebat vn̄ deuo̅ tanq̄ leo rugiens ꝛc. Et q̄a grauis e temptaco vehemens, ꝓptea addit nimis. vn̄ apl's, grauati sum̄ sup̄ modū. ita ut tedet nos eciā viue. Et q̄a deus e refugiū ꝛ v̄t. ꝓptea nō timebimus. molestiā temptacōnū. dū turbabit̄ tra. i. caro. impetu temptacōnū. Vel tra. i. terrem tirriū ꝛc. et nō timebim̄ q̄a transferent̄ mōtes. i. elati et tirriūm. vl' demones temptātes, i cor mais. i. amaritudinis pn̄tis. et in futuro iehenne.

mg̅ euadendi, et v̄tus resistendi. que inuenerunt nos. p̄ inobedienciā p̄morū parentum, nimis. quia intrauerunt usq; ad animā, et ex hoc magis apparet liberatoris potencia. propterea. i. p̄ eo. q̄ deus n̄r est refugiū n̄m. et v̄tus n̄ra. q. d. ex quo est talis securitas, ꝓptea exsurgente tribulacōe verbo dei, nō timebimus. animati grā sp̄us sancti, dū turbabit̄ terra. i. corp̄. et t̄rena dilgenciū. que turbat̄, qn̄ consueta q̄ diligit relinquere monet̄, et nō timebim̄. dū transferent̄ mōtes. i. apl'i. in cor maris. i. in mediū gentiū. que amare sunt ex eo. q̄ nullā g̅cam scripturaꝝ habuerunt. Juxta illud act. Qm̄ repulistis verbum dei, ecce conuertim̄ ad gentes. act. xiij°. Vel. aliter. non timebimus dū turbabit̄ tra. quia. transferent̄ montes. i. auctas aplōꝝ. in cor maris. i. p̄ncipes ꝓpter aplōs venerātes. eos integros susceperunt sup̄ se. Et extunc. sonuerunt. apl'i. p̄ p̄dicacōne, et turbate sunt aque eoꝝ. i. ꝓpli gencium. Vel doctrine eoꝝ. ad lumē veritatis. aplice infatuate sunt. Juxta illud. absorbti sunt iuncti. petre iudices eoꝝ. i. doctrine gentiliū ph'iorū, cōpate xp̄o. anichilate sunt, hec est virga moysi, que deuorauit v̄gas magoꝝ. Stultā em̄ fecit sapiam hui' mūdi, vbi sapiens. vbi scriba, vbi inquisitor hui' seculi ꝛc. conturbati sunt mōtes in fortitudine ei'. i. apl'i. nimia p̄secucōne gencium sustinuerunt usq; ad conturbacōne mortis. Fluminis impetus. q. d. seuit mare, sed nos nō timebim̄. habentes tutum refugiū, quia inde egredit̄ fluminis impetus. i. grā sp̄us sancti. copiose mundans. letificat ciuitatē dei. i. ecc'liam militātē, que dicit̄ ciuitas. i. ciuium vnitas, p̄ caritatē, quia vbi caritas ibi gaudiū in sp̄u sc̄o, nec tantū letificat. sed eciā. altissimus. xp̄c sc̄dm diuinitatem. sanctificauit. p̄ illū fluuiū sp̄us sancti. thabernaculū suū. i. ecc'liam, eandem paratam ad preliū, cōt̄ demones, vicia. et tirrānos, Vel sc̄ta ciuitas. sig̅t ecc'liā triumphantem, que manet inebriata. ab vbertate domus dei, in qua nichil est quod molestat, Thabernaculū dr̄ quod sanctificat. i. firmat altissimus. significat ecc'liā militantem, que adhuc patit̄ p̄icula p̄tōꝝ. et temptamenta.

deus manens in medio eius s. civitatis tamquam in centro circu-
li omnibus providet omnibus consulit sine personarum acceptione
et ideo illa civitas non commovebitur. Iuxta illud. Et porte
inferi non prevalebunt adversus eam. adiuvabit eam deus ad
proficiendum de bono in melius. mane i. in principio boni operis
diluculo i. illuminatione spiritus sancti. Conturbate sunt gentes salubriter
ad penitentiam et inclinata sunt regna i. reges qui deposito fastu
superbie subiecerunt colla fidei xpi. Iuxta illud ys. lx. vultu
in terra dimisso adorabunt te. mota est terra i. terrenum ad con-
punctionem et penitentiam. et hoc ideo quia dedit deus vocem suam
i. predicationem. quod est inconparabile beneficium. Quia nisi dominus ut ait ys.
reliquisset nobis semen verbi dei quasi sodoma essemus et quasi
gomorra similes essemus. Ostendit quis dedit vocem d. dominus
virtutum i. cui serviunt virtutes angelice nobiscum familiariter
per assumptam carnem. Unde ys. Et vocabitur nomen eius emanuel
i. nobiscum deus. et hoc est quod dicitur. dominus virtutum nobiscum.
et deus iacob est susceptor noster i. nature nostre. quia verbum
caro factum est etc. et luc. suscepit israel puerum suum etc. vel sic. suscep-
tor noster i. qui suscepit nostram infirmitatem. quia medicus est. deus
iacob i. omnium pugnantium et luctantium cum viciis in hac vita.
Deinde narrat mirabilia que facta sunt tempore incarnationis et
dicit. venite per fidem et videte per intelligentiam opera domini que fecit
tempore incarnationis xpi. que i. qualia vel quam magna posuit pro-
digia super terram i. insueta miracula que demonstrari non pos-
sunt. Unde dicitur prodigia quasi procul a digito i. demonstratione digiti.
Que sunt illa prodigia. auferens bella spiritualia quibus veritas
fidei impugnatur. quia nato xpo periit ydolatria per totum mundum
Et idola intrante xpo egiptum corruerunt. Tunc primum angeli
decantabant d. Gloria deo in excelsis. Et in terra pax hominibus
bone voluntatis. Qui postea dixit. pacem meam do vobis pacem
relinquo vobis. et hoc factum est usque ad finem terre. quia in toto mun-
do pax fuit tempore xpi nativitatis. arcum i. insidias et dolos
conteret. et confringet arma i. aptas impugnationes et scuta
i. errorum vel peccati defensiones vel defensores. comburet igni
i. annichilabit per virtutem spiritus sancti et per suas et suorum predicationes

vacate et videte. q. d. postquam altissimus fecit pacem auferens bella et cetera que dicuntur. Hortor et moneo. vacate. ab inpugnationibus invidamus a carnalibus desideriis. a seculi negociis. et videte intellectu mentis. quoniam ego sum deus. non idola. que sibi fabricant homines secundum desideria sua. Ita quod avaricia habet deum aurum et argentum. gula ventrem suum. luxuria species quas concupiscit. et sic de ceteris. Et hii dii in necessitate non protegunt. quibus dicitur. Surgant et opitulentur vobis. et in necessitate vos protegant. Exaltabor in gentibus. per fidem ad quam convertentur. cum plenitudo gentium intrabit. et exaltabor in terra. i. in terrenis. quando homo terrenus accedet ad cor altum. per vocacionem xpisti. tunc exaltabitur deus. i. altus intelligetur et credetur. Et tunc veraciter dicere poterimus. Dominus virtutum. angelicarum et omnium creaturarum. nobiscum. per benignam presenciam. susceptor noster. a quo speramus suscipi. ad graciam hic et ibi ad gloriam. deus iacob. i. ipsi pugnantis cum adversario salutis. Iuxta illud ephesios vi. Non est nobis colluctacio adversus et cetera.

6 Omnes gentes plaudite. Intencione monet gentes ad laudem dei pro sua conversione. dicat ergo. Omnes non pauce gentes. ad quas convertendas apostoli gracia dei sunt conversi. plaudite manibus. i. gaudete bene operando ferventer. iubilate deo. corde laudantes ineffabiliter. in voce exultacionis. Ita quod concordet manus cor et lingua. ut manus recte operetur. cor mistice meditetur. et lingua in laudem dei prorumpat et proximus edificetur. Deinde causam laudis subdit dicens. Quoniam dominus excelsus. ex fortitudine. licet latuerit operariis in firmitate in incarnacione. terribilis. ex iudicii equitate. licet latuerit. sub agni mansuetudine in passione. rex magnus super omnem terram. regiminis dignitate. licet latuerit in derisione et crucifixione. et iam apparet in gencium conversione. Quia subiecit populos nobis. et hoc dicat ecclesia universalis. quod recepat in promissione. ysa. xlv. Subiciam ante faciem tuam gentes. et dorsa regum vertam. et gentes. prius erectas per superbiam. sub iecit. sub pedibus nostris. eas humiliando. quia sancti per fidem vicerunt regna. elegit. ante mundi constitucionem non meo merito sed gracia sua liberali. nobis fidelibus suis

et nō alijs. sup̄ dare hereditatem suā. incorruptibilem
s. vitam eternam. speciem. i. pulchritudinē. posterioris p̄pli.
p̄ Jacob designati. quā. speciositatē. iacob. i. victor. p̄plus in
hac vita pugnando. dilexit. i. diligendo p̄meruit. Celestis
enī hereditas pulchritudo est populi xp̄iani. in qua speci-
sus erit. sicut sol. qui nūc in p̄lio est abiectus. Ascendit. q. d.
rex magnus. et excelsus. postq̄ subiecit nobis gentes. et
elegit nobis dare. hereditatem celestem. Tandem ascendit
deus. p̄pria v̄tute. in iubilo. i. in ineffabili. admiratōe sc̄oꝝ
intuenciū. et in exultatōe sc̄oꝝ secum euncium. Et dn̄s ih̄c
ascendit. in uoce tube. i. in apta exultatōne angeloꝝ dicenciū.
viri galilei. quid admiramini ꝛc̄. Et ideo. psallite deo nr̄o. qui
ascendit in iubilo. i. bn̄ opantē ad laudem ipius. psallite
assidue. regi nr̄o. xp̄o. psallite. valde salutiferū est. quod
tam crebro repetit̄. Et ideo psallite. Qm̄ rex omnis terre deus
i. xp̄s deus nr̄ factus. est rex omnis terre. Jdeo. psallite. ei
sapienter. i. seruite ei discrete. vnde Rom̄. Racionabile ob-
sequiū vr̄m. quia v̄tus sine sapiencia. discrecōis viciū est.
psallere eciā sapient̄. i. intelligibilit̄. quia nemo sapient̄
facit. qui nescit. quod facit. Jdeo eciā psallite. q̄a regnabit
vel regnauit dn̄s. xp̄o. sup gentes. vniūse t̄re. qui olim
in iudea tm̄ notus erat. et ipse. deus sedet. modo actu adepto
p̄mio. sup sedem sc̄am suam. i. sup angelos. et sup animas
sanctoꝝ. in quibus qi̇ in sede iudicij. sentencias decernit. pri-
cipes p̄ploꝝ. vniūse terre. congregati sūt. p fidei vnitatem. cū
deo abraham. i. cum xp̄o. qui est deus abraham. Et hoc
factum est. q̄m dij fortes terre. i. ap̄li. et sequaces eorum
quos neq; mors. neq; vita. separabat a caritate dei. vehemēt̄
i. feruenti caritate. eleuati sunt. doctrina ꝛ miraculoꝝ opacōe.
Magnus dn̄s ꝛ laudabilis. Jntencō est in ps. 21
hortari omēs. ut dilatet̄ et amplificet̄ ciuita-
tem. que comendat̄ a dignit̄e conditoris. a situ
ab amplitudine. a benignitate regis. a stabilitate eterna.
dicat g̃. comendando dignitatem conditoris. Magnus dn̄s
qui creauit. et regit potent̄ vniūsa. Et laudabilis. ex miri-

Jubilus enī est gaudiū
q̄d taceri nō p̄t et
exp̄mi nō
p̄t.

¶ latera dicuntur propter adhesionem. Unde
dicimus bonus homo, sed habet latera
mala. latera aquilonis
vocantur illi, qui adhe-
rent illi, qui dixit.
ascendam ad aqui-
lonem et
cetera.

opibus, et multis beneficiis, nimis. i. ultra quam dici potest. Sed
ubi? In civitate dei nostri. i. in ecclesia, in qua est decora et io-
cunda laudatio, que edificata est per spiritum sanctum. in monte sancto
eius. i. super christum, qui est mons montium, mons pinguis. Hic est
ille mons, qui de parvo lapide preciso sine manibus crevit in
montem, et replevit terram. i. christus. sed in virili complexu natus
super quem fundata est ecclesia. Et hec civitas commendatur ab
amplitudine. Fundatur per spiritum sanctum, qui dabat virtutem
voci predicationis, in exultatione universe terre. quia audien-
tes gentes gavise sunt, et glorificaverunt verbum dei, per universam
regionem. Mons Syon. i. iudei. et latera aquilonis. i. genti-
les conversi, qui prius frigidi per infidelitatem, nunc sunt uniti
per angularem lapidem christum, sunt civitas regis magni. i.
dei, quia alii reges non merentur dici magni. Et dicitur civitas
quasi civium unitas, propter caritatem que hic incipit, et postea ple-
ne perficietur, cum mortale hoc induerit immortalitatem et cetera. Deinde
benignitas regis subinfertur, cum dicit. Deus: fundator civitatis
cognoscetur, in ea, modo per fidem, et in futuro per speciem visio-
nis. in domibus eius. i. in ordinibus sive gradibus, qui
sunt in ecclesia. et hoc cum suscipiet eam. ad protegendum
et regendum. Sicut medicus egrotum. vel filium pater. Vel
de futuro potest intelligi. Ubi postquam suscipietur ecclesia in eterna
tabernacula. plene cognoscetur, et laudabitur deus ab omnibus
gradibus hominum. Quoniam ecce reges terre congregati sunt. cum
ceteris fidelibus, in fidei unitatem. convenerunt in unum
lapidem angularem. in quo hereticis locus non est, pro eo
quod scinduntur variis pravis dogmatibus. Ipsi. reges terre,
videntes. caritatis unitatem, et fidei fortitudinem, operum
multitudinem, admirati sunt. Iuxta illam promissionem. Tunc
videbis et affluens, et mirabitur et dilatabitur cor tuum. Et sic
omnes qui audierunt mirati sunt, conturbati sunt, pro peccatis
videntes errorem, quem tenuerunt, et veritatem quam nega-
verunt, commoti sunt. i. ad bonum mutati, tremor apprehendit
eos. pro conscientia delictorum. Sed ubi? Certe in iudicio, mente
concepto. Ibi erunt. dolores, penitentie. Et hii non parvi.

sed ut parturientis. i. graves. sed utiles, quia inde producit
fructus, unde ys. A timore tuo domine concepimus et parturivimus
spiritum salutis. et hoc fiet. In spiritu vehementi. i. in fortitudine
spiritus sancti, adducentis timorem iudicii et inferni, conteres
naves tharsis. i. convertes superbiam gentium, ponitur hic thar-
sis. terra gentium. pars pro toto. Vel tharsis dicitur karthago civi-
tas que olim floruit navibus ad mercandum, quibus
superbia gentium significatur, que in incerto divitiarum, velud in
flatibus ventorum confidit, in talibus consolacionem et spem
ponendo, quos tamen spe sua dominus conterit. Ut videat non esse
spem ponendam in eo quod firmiter non subsistit. Possunt hec
intelligi de magis et herode. Quoniam ecce reges terre. s. herodes
cum principibus iudeorum congregati sunt. ad querendum consilium
et convenerunt in unum. concorditer dicendo In bethleem iude
secundum scripturas. Ipsi. s. magi. videntes stellam. admirati sunt
i. conturbati sunt. s. herodes. et tota ierosolima cum eo, tremor ap-
prehendit eos. timentes perdere regnum. Ibi dolores fuerunt
ut parturientis. i. vehementes, et contra. In spiritu vehementi. i. in
furore contrite sunt ab herode. naves in tharso civitate, que
magos dicebantur transvexisse. Sicut audivimus. per prophetas
in promissionibus de adventu christi. Sicut est illud. Adorabunt
eum omnes reges omnes gentes servient ei. Et illud In semine
tuo benedicentur omnes tribus terre. Sic vidimus in exhibicione. quia
omnes reges omnes gentes serviunt christo. In civitate domini vir-
tutum. In civitate dei nostri. i. in ecclesia militante, in qua per vir-
tutes imperat christus. deus fundavit eam. non ad horam duraturam
sicut tabernaculum moysi, sed in eternum. i. quamdiu stat mundus.
et tunc transferetur. ad celestem et triumphantem. Suscepimus deus
misericordiam tuam. i. graciam et rem sacramentorum per incarnacionem christi
in medio templi tui. i. in ecclesia militante. Et notandum quod tem-
plum est corpus marie, in cuius medio suscepimus christum. Tem-
plum est ecclesia fidelium, in cuius medio suscepimus sacramenta.
Templum est ordo apostolicus, in cuius medio receperunt fideles
graciam spiritus sancti. Secundum nomen tuum deus. i. sicut reverencia
tui nominis dilatatur. sic et laus tua. que non est nisi in sanctis

¶ Vel potest hoc intelligi de presencia ubi sancti clare intelligent quod hic in fide crediderunt.

Vel iusticia qua iustificas, plena est dextera tua. Iuxta illud Iustus es domine et rectum iudicium tuum.

in fines terre .i. laus tibi datur per ecclesiam que est dilatata per omnem terram. dextera tua .i. vita eterna. vel in iudicio, est plena iusticia .i. iustis et sanctis hominibus. hoc contra illos qui putant quod pauci sint salvandi. et propter hoc letetur mons syon .i. viri contemplativi. et exultent filie iude .i. viri in vita activa, confessione laudis deo servientes. propter iudicia tua domine. futura per que sciunt se ad beatitudinem pertinere. q.d. Si modo laborant iusti tamquam granum inter paleas et rosa inter spinas tamen exultent. propter hoc quia non errat deus in iudicando sed in tempore suo discernet grana a paleis, iustos ab iniustis. Vel sion ecclesia primitiva, filie iude, ecclesia sequens ex gentibus, et illi ex gentibus orte dicuntur. Circumdate sion .i. imitamini ecclesiam primitivam, caritate et fide ferventem. et complectimini eam per dilectionem. narrate in turribus eius .i. predicate aliis laudem christi, adherentes per omnia predicationi apostolorum qui sunt turres sion .i. ecclesie, per quos munitur ab heresibus. Ponite corda vestra in virtute eius .i. imitamini ex corde caritatem civitatis ecclesiastice. et distribuite .i. prudenter discernite domus eius .i. congregationes iustorum, a congregatione malorum. Vel distribuite domum eius .i. diversa officia in hac civitate ordinate, scilicet episcoporum presbiterorum etcetera. ut sic ordinate enarretis predicando voluntatem dei in generatione altera .i. populis christianis, qui secuntur primam scilicet iudeorum. Quid autem predicandum sit ostendit in sequentibus. Quoniam hic est. brevissima, et complectitur omnia. q.d. hoc narrabitis. Quoniam hic .i. ille de quo supra dictum est. Magnus dominus et laudabilis nimis. Ille est deus per creationem omnium. et deus noster per mre carnis assumptionem. in eternum, non ad tempus, sed in eternum duraturus. et in seculum seculi. Iuxta illud. Dominus regnabit in eternum et ultra. quia regni eius non erit finis. Ipse reget nos in secula, et dicit secula in plurali. quia reget nos in presenti per gratiam. et in futuro per gloriam. Ad quod ipse prestare dignetur cui

48 Audite hec omnes gentes. Regnum permanet semper.

Intendit propheta deterrere ab appetitu terrenorum et accendere ad desiderium eternorum et dicit. Audite.

Hec que dicturus sum. omnes gentes .i. iniqui et infideles. auribus percipite .i. non transitorie audiatis. omnes qui habitatis orbem .i. iusti qui utuntur rebus ad usum. nec erroribus mundi implicantur. Vel orbem .i. ecclesiam. que posita est in universis terris. Vel sic. deus. qui non accipit personam cuiusquam. dicat omnibus. Audite hec omnes gentes auribus percipite qui habitatis orbem. deinde descendens ad speciem ait. Quique terrigene .i. carnales filii adam. et filii hominum .i. spirituales christi imitatores. qui filius hominis est. simul in unum .s. audite. divites et pauper .i. servus et liber. humilis et superbus. Audiant ergo impii ut convertantur et peniteant. penitentes ut perficiant. perficientes ut perficiantur. perfecti ut perseverent. Et est hic triplex citatio. prima audite. secunda percipite. tertia quique terrigene. quam si sequatur contemptus. dabitur dampna sempiterna. Os meum loquetur sapientiam .i. christum. quia sapientia est noticia altissimorum. Unde apostolus. Nos predicamus christum dei virtutem et dei sapientiam. Nec tantum sono oris. sed etiam meditatio cordis mei prudentiam .s. de moribus. quod est de futuris providere. Ubi nota. quod locutio non debet esse sine meditatione cordis propter periculum falsitatis. et meditatio cordis. non debet esse sine locutione propter dampnum inutilitatis. Sed ante ego. Inclinabo in parabolam aurem meam .i. humiliabo me veritati. que per parabolas et enigmata me docet. Unde apostolus. Videmus enim nunc per speculum et in enigmate. Quid autem enim nunc videmus. enigma est. et aperiam in psalterio propositionem meam .i. factis ostendam quod dico. psalterium dicitur grece a psallin. quod est tangere .i. facere opere. ne videlicet predicatio discrepet a facto. Post ~~hec incipit narrare~~ ad que audienda prius invitabat dicens. Cur timebo. Ubi propheta in persona generis humani. in quo sunt plures mali quam boni. Iuxta illud. Stultorum infinitus est numerus. movet questionem dicens. Cur timebo. ego. quicumque malus. in die mala .i. in die iudicii. que mala dicitur. quia ibi omnia mala malorum apparebunt. et punientur. de qua etiam vii°. Et diem malam prestare. Et rendet questioni. In hoc habebo timere. quia

iniq̄tas calcanei mei. i. pctm̄ quod tenui pseuerando ī eo
vsqꝫ ad finē vite, quia calcaneus est finis corpis. et signat
finē vite. circūdabit me. i. opprimet me. et est sensus. Ini
quitas quā declinare nolui. dum potui. in fine ad iudiciū
deducet, et ad terribilia tormēta inuoluet. Tunc ei culpa
est tenax ad remanendū, deus tardus ad indulgendum, diabolus
instancior ad puniendum. Vn̄ gen̄. Tu insidiaberis calca
neo eius et illud. Ve genti peccatrici ppło graui iniquitate
A contrario concludit. q̄ iusti tunc nō hebunt timere. s. in die
iudicij. Qui aūt sunt quos circūdat iniquitas ostendit dicens.
Illi sunt. Qui cōfidunt. i. fiduciā hnt. uł psumunt. in vir
tute sua. i. in robore corpis uł animi. vel eciā virtutū. vt
ypocrite. et ī multitudine diuiciarū suarū gloriantur. in quibus
summa omnium mundanorum exprimitur. contra q̄d dicitur Iere ix. Nō
glorietur fortis in fortitudine sua. nec diues in diuicijs
suis. Et alij sunt. qui cōfidunt in amicis. de quibus dicitur
frater nō redimet. q. d. Si germanus frater nō redimet
fratrem. quia videmus q̄ frater frēm venatur ad mor
tem. Redimet alius homo. frēm. nullomō. q. d. ex quo
frater nō redimet. Vel sic. frater nō redimet. q. d. tales q̄
gloriantur in diuicijs. et cōfidunt in virtute. frater noster xp̄s
de quo Rom. vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. non
redimet. a dampnatione extrema. et nullomodo alius purus
homo redimet. nec. p talibus. dabit. xp̄s. deo placacionem
suā. i. nō orabit patrem p eis. Talis eciā nō poterit dare
preciū redempcionis aīe sue. i. elemosine nō pderunt ei. quia
est extra statū merendi. et eciā misserendi. vel preciū redemp
cionis aīe. xp̄i. i. mors xp̄i. qua redemit nos nō pderit
illis. qui finaliter in malo cōcluserunt vitam. et labora
bit in penis inetnū. et viuet adhuc in fine. vt s. semper
senciat penā scdm̄ aīam. quousqꝫ corpi societur. et vtrūqꝫ
cruciētur. et in illo die querent hōies mortem et nō inuenī
ent. desiderabunt mori. et fugiet mors ab eis. Empcio enim
horrica. dat preciū ius possidendi. non videbit. q. d.
Illi de quibus supra. qui cōfidunt in virtute sua. et quos

Sed quomodo filius equalis patri interpellat p nobis scdm̄ apłm
Vide Greg.

frater xpc non redemit. Horum quibus dicit in delicijs et diuicijs
est. non uidebit .i. non intelliget interitum suum in iehenna
cuius negligentie causa est consimilis finis bonorum et malorum
Unde dicit cum uiderit .i. quia uidet sapientes morientes. de quo
eccles. moritur doctus similiter et indoctus, secundum carnem similiter
sed secundum spiritum dissimiliter. Insipiens qui sibi in futurum non prouidet. Stul-
tus qui preuisa mala non cauet. Vel insipiens in diuinis
contra sapientiam. stultus in humanis contra prudentiam. de quibus
de verbo dicitur. utinam saperent et intelligerent etc. Hij tales simul
peribunt .i. cum corpore et anima. Vel simul .i. unus cum alio.
De quibus Job iiij. Quia nullus intelligit in eternum peribunt
Sed quid erit de diuicijs. numquid secum portabunt. Non.
Sed relinquent diuicias suas. que non fuerunt secundum deum
sed suas dicit, quas sibi apparauerunt et cum alijs non communicauerunt.
alienis. etiam scilicet filijs vel cognatis. quia a viuis mortui
sunt alieni. Vel alieni sunt quia illis nichil prosunt. et eorum
qui hic pallacia edificauerunt. sepulchra erunt domus illorum
in eternum. ad que transmigrabunt etc. Tabernacula eorum .i. do-
mos uel castra. que edificauerunt dicuntur. secundum estimatio-
nem eorum. a progenie vna et progenie .i. in multas generatio-
nes per que. vocauerunt .i. vocari voluerunt. nomina sua in
terris suis. ut cesarea philippi. Hec omnia relinquunt alie-
nis cum diuicijs suis. quia nichil eis prodesse possunt ad salu-
tem. homo cum in honore esset. diuiciarum roboris et amicorum
non intellexit deum talium bonorum largitorem. Ideo comparatus est
iumentis insipientibus .i. bestialiter vixit. quia non intellexit
honorem suum. et similis factus est illis. Ferox comparatur urso.
rapax lupo. petulans asino. litigiosus cani. Inmundus
sui. dolosus wlpi. Vel sic. homo cum esset in honore ad
ymaginem dei factus. omnibus prelatus. soli deo subiectus
non intellexit .i. non egit intelligibiliter dignitatis sue
oblitus. et propterea comparatus est iumentis insipientibus
.i. amissa ratione peruenit ad mortalitatem et corruptionem
et similis factus est illis in miseria vite et passionibus car-
nis. Hec via illorum .i. talis uita. qua ducunt et credunt

[illegible] quod omnis est ad malum [illegible] hominis vna exterior q
dat occasionem ad malum. s. oportunitas cause loci et
temporis. vbi homo aspicit et illicitur per sensus exteriores. de
talibus dicitur hic. Hec via illorum etc. Alia via est interior
et hec est duplex. alia est cum prevenit voluntas temptatorum. et
fit peccatum per excogitatam maliciam. aliquando temptatio
prevenit voluntatem. et est peccatum vin
centis concupiscentie et nequicie
de quo dicitur. Non in fermento malicie
et nequicie etc.

rectam. Juxta illud. Est uia que videtur homini recta. et nouis
sima eius ducit ad mortem. est scandalum ipsis. i. causa precipi
tii ad culpam. et tandem ad iehennam. Unde eccli. xxi. Via
impiorum complantata lapidibus. et in fine illius inferi et
tenebre. et postea in ore suo complacebunt. i. alijs se paca
tos et quietos ostendent vt ypocrite. ad hoc ut plures se
cum inuoluant. Tales positi sunt in inferno. i. ponentur sicut
oues. quibus si tollitur lana. manet tamen nata. ut iterum
crescat lana. sic etiam isti in inferno ita torquentur. ut numquam
consumantur. mors. secunda. depascet eos. ita ut semper renas
cantur ad penam. ad modum herbarum. que ita carpuntur superficie
tenus. vt numquam radicitus euellantur. ut iterum crescant. et dominabuntur
eorum iusti in matutino. i. in resurrectione. vel in iudicio extremo
cum nox huius seculi transierit. in quo sunt tenebre et lu
brica. et cum euanuerit sompnia diuiciarum diuitum. et inclaru
erit mane eterne diei. tunc iusti ab impijs hic pressi po
testatem super eos accipient. et eos calcabunt pedibus ut lutum
Juxta illud. sap. iii. Judicabunt sancti naciones. et dominabuntur
populis. et auxilium eorum. s. impiorum. veterascet. i. deficiet
in inferno a gloria eorum vana. quam habebant in seculo. Unde patet
quod nec virtus roboris iuuabit eos ad euasionem. nec diui
cie ad redempcionem. nec amici ad consolacionem. Juxta illud
apok. quantum glorificauit se et in delicijs fuit. tantum date
ei tormentum. Deinde exultabunda vox. subditur ipsius fidelis
dicens. Illi. s. impij non redimentur ab inferno. verumtamen. per sed
deus redimet animam meam. que est omnium vna per caritatem
redimet dico. de manu inferi. i. de potestate dyaboli. qui ante
xpi aduentum animas tenebat. cum acceperit me. i. carnem ex
me. Post hec amonicio sequitur. ne timeantur potentes mali
in seculo. qui omnia cum luce relinquunt. dicit ergo. ne timueris
esse bonus. cum diues factus fuerit homo. i. predator uel oppressor
qui se formidabilem facit. dum iura equitatis contempnit. et
cum multiplicata fuerit gloria. que est in honoribus. non tantum
eius. sed etiam domus eius. i. familiorum eius. qui omnes ho
norantur et timentur. et hoc etiam dicit per michilo [illegible]. Quoniam

tu interierit homo ille. no enim tollet morte diuicias. sz fa
ciunt eam amaram. vn eccli. O mors q amara est memoria
tua hoi pacem hnti &c. no sumet oia. possessa. neqz descen
det in abissum inferni. cu eo glia eius. Quia dr. Osee
iiii. Glam eorz in ignominiam commutabo. Solus ei inglori
nudus et inops illuc descendet. Quia aia eius. i. sensuali
tas. bndicetur. i. exaltabitur. ul laudabitur ab adulatoribz
in vita ipsius. sicut dicit Jero. Non de bn viuente sz de bene
pascente victus affluencia laudabilem pfert sma. Et tunc
confitebitur tibi. i. laudabit te deus. cu bnfeceris ei. i. iprospe
ris solum. In aduersis aut blasphemabit. Suspecta est
laudacio qua psperitas facit. sz illa magis meriti est. qua
no tollit vis doloris. Nec sufficit ei ppria iniquitas. sed
eciam introibit usqz in pgenies patrz suorz. i. imitabitur i
malo antiquos. Et ideo no uidebit lumen. hic veritatem et
iusticiam et postea deum. sed mittetur in tenebras exteriores
vbi erit &c. et hoc pacietur usqz ineternu. Sed quare hec. quia
homo cu in honore esset. i. in hac uita. in qua mereri poterat
no intellexit. i. intelligibiliter. ul racionabiliter no vixit. ob
rutus felicitate et habundancia tpaliu. que excecant oculos
cordis. sicut puluis oculos carnis. Ideo in morte. comparatus e
iumentis insipientibz. i. silis factus est illis. quia i aia et corpe
sunt annichilatur. quia ita uiuere. ut sp moriantur. et ita mori
untur. ut sp viuere cogantur. Ad q a nob auertat qui dedit p nobis
Deus deorum dominus locutus est. Animam suam. 49
Intencio est. Bonorz malorz qz discrecio. Notandu
ante omnia q deus dr multipliciter. Primo deus na
turalis qui no sit plr. vnde deut. Audi isrl. dns deus tuus
vnus est. deus nuncupatiue. s. ydola. de quibz ps. Omnis dy
gencium demonia. deus adopcione. s. iusti. de quibz dr. Ego
dixi dy estis. deus miraculorz opacione. Exo. Ego constitui
te deum pharaonis. deus auctis ul ptatis. vnde exo. dijs no
detrahes. i. prelatis. dicit g sic. Deus. naturalis. scilicet deus uero.
qui est factor et institutor. deorz. i. qui hoies deificat. qui
est dominus vniuerse terre. locutus est. plus p ppheciones suos.

deinde prosequitur. Vnde multipharia multisque modis olim deus lo(quens).
Et vocauit. dignanter. terram. i. terrenos habitatores Ieremie xxij°.
Terra terra terra audi sermonem domini. Sed modo conqueritur
Prouerbiorum i°. Vocaui et renuistis. Vnde ignorancia non excusabit
quia vocaui. sed contumacia dampnabit. quia renuistis.
A solis ortu. q.d. vocauit non solum vnam terram sed generaliter
omnes. A solis ortu usque ad occasum. quia totum vocauit quod
fabricauit. Sed vnde incepit vocacio. Ex syon. que est in
ierusalem apparuit. Species decoris eius. i. speciosus forma pre filiis
hominum. Et dicit species. quia per humanitatem apparuit. decoris. quia
inmunis a peccato. deus noster manifeste ueniet. q.d. deus qui uenit
vocare. benignus ad misericordiam. occultus tamen propter similitudi
nem carnis peccati. idem deus veniet manifestus ad iudicium
terribiliter faciendo iusticiam. Vnde augustinus. Venit occultus ut
ante iudicem staret. veniet manifestus. ut iudicet iudices
suos. et idem deus est. deus noster. quia in humana natura
apparebit in iudicio. et non silebit. sed clare dicet Venite
benedicti. Et Ite maledicti. Sed ad iudicium sic veniet. quia
Ignis materialis. qui ante iudicium totum mundum conflagrabit
exardescet in conspectu eius. i. ante faciem venientis. quo boni pur
gabuntur. et mali inuoluentur. Vnde augustinus. palea timeat au
ro. quid faciet ignis. Vel. ignis [illegible] exar
descet in conspectu eius. i. cum conspiciet iudicantem. et in circuitu
eius tempestas. i. sententia equitatis. et dicitur tempestas a si(militudine)
quia inprouisa veniet. et subito rapiet. valida. quia fortis
ad ventilandum aream. Et dicit in circuitu eius. propter assesso
res sanctos. qui letabuntur cum viderint vindictam. In iudicio
dominus. Aduocauit. i. aduocabit. celum desursum. i. perfectos qui
dicere possunt. Nostra conuersacio in celis est. qui sedebunt super sedes
xij. iudicantes xij. tribus israel. Et aduocabit terram. i. terre
nos saluandos. qui sunt fertiles in bonis opibus. vel terram
i. peccatores condempnandos. discernere. i. ut discernat populum suum
a non suo. Vnde Ezechiel xxxiiij°. Ego iudico inter pecus et pecus.
Et ad hoc iudicium vos angeli eius. Congregate. Vnde Mathei
Exibunt angeli. et separabunt malos de medio iustorum. Illi. i.

ad illum / ut ad honorem illius. sanctos eius, i. homines scriptos in libro vite. qui ordinauerunt testamentum eius. super sacrificia. i. qui preferunt opera caritatis / omnibus sacrificijs veteris testamenti. iuxta illud misericordiam volo et non sacrificium. Vel sic. qui ordinauerunt testamentum eius super sacrificia. i. reputant maius esse premium in patria / quam laborem presentis vite / quia maior est denarius / quam labor vinee diurnus. et huius iudicij: iusticiam annunciabunt celi. i. celestes viri scilicet apostoli predicabunt. scilicet quod quosdam ponet a dextris / quosdam vero a sinistris. et non erit palea cum grano sicut nunc / et secundum annunciabunt quoniam deus qui non fallitur iudex est. iuste iudicans et decernens. Dixi supra. Deus deorum locutus est / quid. Hec que sequuntur. scilicet ut relictis sacrificijs pecorum faciant sacrificium laudis / dicit ergo. Audi. aure cordis populus meus. i. si populus meus es. audies / et si audis. loquar. alioquin non loquar / et repetit sub alio verbo dicens / Audi Israel. i. popule qui me vides per fidem / et testificabor tibi. per scripturas. et per miracula ostendam tibi hoc quod ego deus. per omnem conuersationem. tu deus tuus. per cultum specialem / Unde. deuteronomium xxvi. elegi te hodie ut sis michi populus peculiaris. et ego ipse. non arguam te in sacrificijs tuis. michi non exhibitis / quia non quero animalia in sacrificium / sed quero olocausta tua. que tui iuris sunt. in conspectu meo sunt semper i. illa olocausta michi placent. scilicet anima igne caritatis inflammata. iuxta illud. Sacrificium deo spiritus contribulatus. hoc est olocaustum. quod placet deo. caro spiritui subiecta / voluntas de peccato contrita et humiliata. anima igne caritatis succensa / Non accipiam. i. non acceptabo. vitulos. in sacrificium / de domo tua. corporales sed spirituales / vitulus erat sacrificium pro peccato sacerdotis / et tunc vitulum deo offert / qui pro peccatis suis conteritur / et deinceps caste viuit / non distrahens. nec lasciuiens / et quare illa corporalia quereretis / cum sint mea. et hoc est quod dicit / Quoniam mee sunt omnes fere siluarum. i. omnia sunt mea / que non possides. et mea sunt etiam iumenta. que possides et pascis ea. in montibus et boues. Aliter mee sunt fere siluarum. i. gentiles. et iumenta in montibus. i. fideles alte vite. de quibus fuit dauid / ut iumentum factus sum et cetera. Et boues i. doctores. terram ecclesie colentes / volatilia superne angelorum virtutes. pulchritudo agri. gentes conuerse. que decorant terram. Cognoui

Non accipiam. quasi dicat. non arguam te si non feceris et si feceris.

ab eterno. Omnia uolatilia celi. que et que sint. quia omnia in pondere
mensura et numero disponit. et pulchritudo agri. id est ubertas fructuum
mecum est. id est michi seruit. do eam cui et quando volo. Et ideo si esurie
ro. quod numquam fit. sed ad conuincendum vestrum sensum puerilem. non dicam
tibi. vt pascas me. meus est enim orbis terre. ergo ne queras. quod
michi des. qui sine labore habeo quod volo. et plenitudo eius. id est omnis
creatura. Sed numquid manducabo carnes thaurorum. quasi esuriens. aut san
guinem hircorum potabo. quasi sitiens. quasi dicat. Nolo hec michi offerri in sa
crificio. sed dari pauperibus. in quibus esurire et sitire. et indigus
esse dicitur. Unde esuriui. et dedistis michi manducare. Immola deo sa
crificium laudis. id est offer michi deo tuo. deuotionem cordis. confessionem
oris. instanciam operis. quibus laudatur deus. et redde altissimo uota
tua. que in baptismo promisisti. vel. Sacrificium laudis dicitur. hos
tia salutaris corporis christi. in qua deus laudatur et placatur. in qua
omnia vota domino redduntur. Et tunc cum hoc feceris. inuoca me.
per orationem cordis. in die tribulationis. id est in tempore temptationis. et eruam
te. ne deficias. et honorificabis me. id est ita te liberabo. quod deinceps
laudabis me. vel etiam alios. causa honoris eris michi. Peccatori
autem. id est indigno. vel populo non suo. vel predicatori non facienti
dixit deus. reprobando. Quare tu enarras iusticias meas. ore tantum
et opere non implendo. et assumis. presumptuose. et indeuote te in
geris. siue de predicatione. siue de laudatione. testamentum meum.
id est scripturas in quibus. iusticia et veritas relucet. per os tuum. pollu
tum mendacio et iniquitate. Unde Ro. In quo alium iudicas teipsum
condempnas. et alibi. Castigo corpus meum. et in seruitutem redi
go. ne cum aliis et cetera. Et hic non prohibet malis lectionem vt emen
dentur. sed predicationem. quia non est speciosa laus. in ore peccatoris
Sed mundamini qui fertis vasa domini. Tu vero odisti disciplinam
quia si corrigo murmuras. laudas quando parco. De quo Cassiodorus. Odit
disciplinam. qui ad iustas correctiones murmurat. et non vult in se
vindicari quod peccat. et proiecisti sermones meos retrorsum. id est sermones
quos dicis viuere contempnis. Et hec que simul dicta non potuit ex
ponit per partes et dicit. Si videbas furem currebas cum eo. id est voluntarie
non coactus. impetuose sequebaris malum. Contra illud. Si
te lactauerint peccatores. ne et cetera. Et cum adulteris porcionem tuam pone

bas. eis consentiendo verbo vel facto. de quo Cass. Si quis dando
pecunias. aut consulendo. aut laudando. aut quodcumque auxilium
prebendo consentit adulterio. cum eo portionem habet. etc. Qui se im-
git fornicariis erit neque. quis sunt fures scripture sacre sicut heretici
adulteri sunt. qui pro lucro temporali vel inani gloria predicant. Unde apostolus
Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum dei. Os tuum
habundavit malicia. i. non reprehendebas. sed laudabas malum.
Unde ps. x. laudatur peccator in desideriis anime sue. et iniquus benedicitur.
et lingua tua concinnabat dolos. i. multis blandiciis decipiebas.
Unde ysa. xxxii. fraudulenti vasa pessima sunt. ipse enim cogita-
tiones concinnat ad perdendos mites. Sedens adversus fratrem tuum loqueba-
ris. Sedere morantis est. i. studiose cum deliberatione persecutionem
malicia et dolositate vel detractione proximo tuo ingessisti. et
adversus filium matris tue ponebas scandalum. i. infirmo dedisti oc-
casionem peccandi. contra legem dicentem. Non pones offendicu-
lum coram ceco. Et Mt. Qui autem scandalizaverit unum ex hiis
pusillis qui in me credunt. expedit ut suspendatur etc. Hec fecisti.
inique loquendo et operando. et tacui. penitentiam expectando. et
penam et sententiam differendo. Et ex hoc quod tacui. Tu itaque ex-
istimasti quod ero tui similis. i. quod talia michi placerent sicut tibi.
Nequaquam. Sed arguam te. in iudicio. ad convincendum et punien-
dum. et statuam contra faciem tuam. ut te viso confundaris. q. d.
omnia mala tua. que modo ponis post dorsum. reducam
tibi faciales(?) et personaliter. ut accuset te propria consciencia.
et tunc displicebis tibi. quod et nunc faceres si videres et exhortor.
michi placeres. Postremo ponitur fructuosa exhortatio. In-
telligite. i. opere ostendite. quia intelligitis que reprobo scilicet
iniquitatem. et que approbo. s. laudem divinam. ne quando(?) Deus ra-
piat ad penam. et non sit qui eripiat. quia nemo est qui pos-
sit de manu mea eruere. Certe deus non eripiet. propter suam
iusticiam. Dyabolus non eripiet. quia non potest propter suam maliciam.
Homo non eripiet quia non potest propter suam insufficientiam.
Sacrificium laudis. nove(?). quod fit corde per fidem. ore per laudem.
manu per boni operis executionem. honorificabit me. i. place-
bit michi. et illic. s. in laude. est iter. quo itinere. ostendam.

Concinnare est ex multis blandis
verbis componere sermo-
nem neque.

Existimasti inique etc. i. talem me crede-
res in mente ipso quale cum dicitis in cor-
de tuo. propterea quod statuam te contra fa-
ciem tuam. et arguam te. i. in novissimo
die obviam tibi. hec. Unde Thobie.
Maledicti sunt qui contempserunt te. Et
ysa. Cum desieris contempnere contemp-
neris. Et i. Reg. ii. Qui contempnunt
me erunt ignobiles.

q. d. per hoc sacrificium veniet
ad cognitionem
mei.

illi · laudanti et ymolanti, salutare dei, i · me ipsm · xpm
dnm nrm, a quo salus et omne bonu originalit tamqz
de fonte procedit et c. Sequit Miserere mei deus.

Miserere mei deus scdm. Intencoe monet ad peni
tencia, Dauid ergo p admonitone pphete, se gra-
uiter peccasse cognoscens, publice pccm suum
cofitet dicens, Miserere mei deus · licet diuicijs cumlatus, lic
regno sublimatus, licet pphetica sciencia illuiatus, tame dt
Miserere mei, quia miser sum. Iuxta illud. Miseros facit
homines pccm et illud Qui facit pccm, seruus est peccati.
Hoc dicens, locu aufert iudicio et iusticie · scdm magnam
miam tuam · non scdm legis iusticia · que dicit, Mechus et
adultera lapidetur · et dicit · magnam, quia magna egrit
requirit magna medicina, magna culpa · magna miam
et dicit · tua · nale, cui ppum est pce et misereri, de graui ne
qz pcco desperandum eet, nisi magna mia dei eet. Ipa eni deu
deduxit de celo, carne induit, pati et mori iussit, qua iste
humilis petit, quia sciebat genus huanu, et se p eam liberari
et scdm multitudine miseracionu tuaz, a seculo exhibitarum
quia mia est in natura dei, miseraco in effectu, dele iniqtate
mea, cotra pximu comissam, dele · mgs · ut nullu vestigiu
remaneat pcti, dele · de libro tuo memoria, de anima mea
maculam, de cosciencia remorsum, de volunte appetitu, de cor
pore actum Unde ys Delevi · ut nubem iniqtatem tuam
Amplius. Videbat iste ablucom baptismi in quo plena est remissio
pcti. Sed quia plus peccaui qz actu · s · volunte et scient cum
deliberacoe, pptea oro · ut amplius qz alios simplices pccores
vel amplius qz petere audeo, Laua me fonte baptismatis, et de
inde lacrimaz, ab iniqtate mea, contra pximu facta, et a
pcco meo, quod contra te feci · Munda me · qui potes facere
mundu de in mundo conceptum semine, quia tu solus es qui auctoritate
tua pcta dimittis. Qm iniqtatem, q · d · petis p miam deleri pc
catum, ergo peribit iusticia, si hoc manebit inpunitu. Non
Qm ego cognosco · et punio · iniquitatem meam, ideo tu ignosce
et pccm meu contra me est semper, vel coram, q · d pus fuit ret

me. cum respondi iudicium Nathan. dicens. Morte moriatur.
et restituet quadruplum homo. qui hoc fecit. Sed Nathan co
ram me posuit vel contra. cum michi dixit. Tu es ille ho.
Utile est hoc facere modo quod deus faciet in iudicio. quia tibi dixit
Arguam te et statuam contra faciem tuam. Et dicit peccatum. non vir. contra
illos. qui cognoscunt bona sua ad gloriandum. et non cognoscunt
mala ad plangendum. meum. non alienum contra illos. qui vident
festucam in oculo fratris et trabem in suo non vident. contra meum est
contra illos qui recolunt peccata ad delectandum. non ad penitendum.
Semper. contra illos qui penitent per aliquod tempus sed cito recidivant
Tibi soli peccavi. q. d. peto munda me. quia peccatum meum agnos
co. detestor et confiteor. dicens. Tibi soli peccavi. tamquam soli su
periori. et vindicare potenti. quia rex non habet. qui iudicet eum
nisi deum. et malum coram te feci. i. te vidente peccare non erubui
peto. ut iustificeris in sermonibus tuis. qui scilicet de spe venie concepisti.
et vincas omnes in misericordia et iustitia. cum iudicaris. i. cum aliis
comparis. deus enim tante iustitie est. ut se velit ab homine iu
dicari. Unde ys. Iudicate inter me et vineam istam. Ergo contra
eum. que ex pastore regem fecit talem. habet iustitiam ut vincat
si inter se et eum iudicetur. Vel ita. Tibi soli peccavi et malum
coram te feci. i. licet peccavi et provocavi te. impudenter. et plurimum
dicitur. quod propterea promissio facta a deo david. de christo nascituro. et
regnum eius durabiliter non debet impleri. propter quod petit dicens
Miserere mei. et dele peccatum meum. ut iustificeris. i. iustum
te ostendas. in sermonibus tuis. michi factis. et vincas. i. ostendas
illos mendaces. cum iudicaris. absens. te nolle facere promissa.
propter mea peccata. Ecce enim in iniquitatibus. q. d. miseriam meam agnosco.
non peccatum excuso. sed dicit Ecce. i. vide fragilitatem meam. quia in iniquitatibus
i. in originali peccato. quod trahit me ad iniquitates per pronitatem
et inclinationem. conceptus sum. i. ab origine corruptus sum in naturalibus
et in peccatis. libidinis et concupiscentie carnalis. que ex se peccatum
est. sed per bonum coniugii excusatur. et parentum libido. ex traduce
descendit ad prolem. concepit me mater mea. Ecce enim. per quam. non
refundo in te culpam. sicut fecit adam. sed veritatem meae
confessionis et humilitatis. dilexisti. in eum. ut propter eam peccata dimittas.

Unde Boetius
Magna nobis indicta est necessitas
boni vivendi. cum omnia agamus
ante oculos cuncta
videntis.

incta et occulta sapie tue manifestasti michi. i. p spm phetie os
tendisti filiu tuu incarnadum ex me. cui adventus pmus erat
incertus antiqs et occultus, sicut nobis scds. Vel incta et
occulta. misteria sapie dei p spm scm. manifestasti michi.
etia aliis phetis. Et iccirco no tm humili. pcta gratia dimisit, s3
etia multis gratiis dotavit. Asperges q. d. Cognosco me pctore
et leprosum spualit. et pter hoc peto. q ad modu lepsi mu
dandi. Asperges me dne isopo. de q fiebat. scdm legem fasciculus
qui intingebatur in sagne et aspgebatur leproso et mudabatur
put habetur. levitici. xiiii. Et pognostes in spu. petit pheta
q sagine filii dei, qui ad modu ysopi humilis et virtuosus est
petit a pcto suo mudari. lavabis me. aquis pnie ut baptismi
et ex hoc. sup nive dealbabor. i. incopabilit, quia nichil nivi comparatur in albedine, et innocentia consuata ul acquisita al
tiore obtinet locum. Et tunc qn mudus et purus ero. Audi
tui meo dabis gaudiu et leticia. i. tunc letat audiam, Venite be
dicti patris mei. et exultabunt ossa humiliata. s. in generali resurrectio
ne. Vel ossa sunt vires aie. que intus latent, et corpus suste
tant, hec prius humiliantur in contritione, et postea exaltantur
audita pctorum remissione Et quia ego pcta mea adverto,
Ideo peto. Averte tu. faciem tuam a pctis meis. no a me. sed a pctis
meis. ne videas illa ad mea condempnacionem, et omnes iniquitates
meas dele. no solu a memoria mea, s3 etia a voluntate, a
noticia angelica. a iudicio tuo, quibus deletis peto. O deus crea
in me cor mudum, a superbia. avaricia, a carnali concupiscentia
et spm rectum. Spus enim rectus incurvatur et inveteratur. inveteratur
ut sit debilis ad bonum. Incurvatur. ut sit ~~pronus~~ ad malu et ideo d
Vel. innova. i. da novum spm innovante. in visceribus meis. i
ut senciam te in interioribus meis, ne proicias. q. d. rogam ut a
vertas faciem tuam a pctis meis, s3 no a me, propterea. dicit ne proicias
me a facie tua. que e plena gratiarum. Vel a facie tua. i. a cognicione
tua, Unde michi lumen et sanitas. et omne desideriu venit. et spm
scm tuu. i. gratiam spus sci illuminante et confirmantem. ne auferas
a me. tuu est enim dare pter gloriam tuam, tuu est etia auf
re, pter culpam nram, Auferas. dicit, quia ia habet donum

Vel asperges me dne ysopo. i. humilitate et mundabor contritione, lavabis me in confessione, et sup nive dealbabor in satisfactione.

Vel innova spm rectum in visceribus meis. i. reforma me a vetustate pcti qd me ad interitu trahit, unde dicitur Exue me veterem hominem et cetera

spiritus, qui confitetur et penitet. qui enim irascitur sibi et penitet sine dubio graciam habet spiritus sancti. et in eodem spiritu. Illam quam peccando amisi, redde michi leticiam. non mundi, non peccati. sed salutaris tui. i. christi ihesu, per cuius venturi fidem antiqui saluati sunt. et nos per fidem facte rei saluamur. Ubi significatur quod tempora variata sunt non fides. et spiritu principali confirma me, ne iterum peccando corruam. quia nisi tu conserues et custodias, quod dedisti, subito eruimus. Qui non fuerit et postquam feceris mecum graciam hanc, ex caritate. docebo. verbo et exemplo. vias tuas. i. mandata tua. Unde. vniuerse vie domini. misericordia et veritas. misericordia predicanda est malis, ne desperet. veritas ne presumat. iniquos. qui magis indigent. Unde. Non veni vocare iustos sed peccatores et impii. i. infideles. ad te conuertentur. ab errore. Unde Jacobi. Qui conuerti fecit peccatorem, ab errore vie sue, saluabit animam suam. a morte, et operit multitudinem peccatorum. Et ut liberius doceam et predicem. oro. o deus. qui es deus salutis mee. libera me de sanguinibus. i. de peccatis. uel de mortibus. quas peccando incurri. vel de viciis carnalibus. et de hiis liberatus. lingua mea exultabit. i. exultando laudabit. iusticiam tuam. qua malum punis. et premones virtutem. Alioquin. nisi mundatus fuero. timeo ne audiam quod supra dictum est. Quare tu enarras iusticias meas. et assumis testamentum meum per os tuum. sed nunc mundatus oro confidenter. Domine labia mea per peccatum clausa aperies graciam infundendo. quia deus. qui est sapiencia incarnata. aperuit os mutorum. et linguas infancium facit disertas. et os meum. i. archanum cordis. annunciabit laudem tuam. quod me creasti. quod me peccantem non reliquisti. quod confessionem inspirasti. et quod me mundasti. et hoc tibi placet. sed non sacrificium pecorum. Quoniam si voluisses. i. si tibi placuisset. sacrificium corporale pecudum. dedissem utique. i. obtulissem. sed scio quod. olocaustis. quod maius est. non delectaberis. quia hec omnia agebantur in figura futurorum. de quibus dicitur in sequentibus. Sacrificium deo. placandum est. spiritus contribulatus. i. simul tribulatus cum corpore. ut scilicet spiritus dolore et corpus labore teratur. De quo eciam xxxv°. Salutare sacrificium est. attendere mandatis. et discedere ab omni iniquitate. cor contritum. in penitudine peccati. et humiliatum. in confessione. deus non despicies. sicut sacrificia antiquorum. Deinde orando de ecclesia militante

Hic trinitas exprimitur personaliter in hoc quod dicitur spiritum rectum. notatur filius in spiritu sancto. ipsum spiritum In spiritu principali patrem, qui est a quo generatur filius et procedit spiritus

p̄phetat dicens. Benigne &c. q. d. placet tibi sacrificium contriti
cordis, quod ut fiat, d̄ne benigne fac syon spūali i. ecclīe q̄
dicat̄ syon i. specula. quia licet alonge speculat̄, q̄d sperat
et dicit benigne i. mitte filiū. et dimitte pc̄ta, et hoc i bō.
volūtate tua. non ex merito nr̄o, et vel. ut edificent̄ muri
i. munimēta immortalitatis p adam destructa, que modo
edificant̄ p fidem. spem. et caritatem. sed in futuro pficient̄
qn̄ mortale hoc induerit immortalitatē. Tūc. s. in futuro
qn̄ cōsummabit̄ civitas, acceptabis i. acceptum habebis sa-
crificiū iusticie i. laudis cōtinue, de qua infra. Bt̄i q̄ habitāt
i domo tua d̄ne i s̄c̄la s̄c̄loꝝ laudabūt te. sed m̄o offert̄ t̄ sacri
ficiū. p iniq̄tate. cor cōtritū et hūiliatū, et tūc acceptabis
oblationes & olocausta. i. divinus ignis. eos totos assumet
et inflāmabit, quia absorbebit̄ mors in victoria. tunc
inponēt angeli ut p̄dicatores, sup altare tuū. celeste,
vitulos i. novos populos. a iugo pc̄ti liberos. Vel sic. Tūc
i. tp̄e gratie, qn̄ benigne feceris syon i. ecclīe. te ipm̄ agnū
pc̄ta tollentē ostendendo, Tūc erit tibi acceptū sacrificiū ius
ticie xp̄ianoꝝ, que maior erit. q̄m scribaꝝ et phariseoꝝ, qn̄
ad honorē tuū offerēt seipsos in olocaustum, p p̄pe volūtatis
abdicatōm, vel p crucis. vel martyrii assūptōm, et p hec inpo-
nēt seipsos vitulos, p carnis mortificatōm sup altare tuum
in odorem suavissimū domino. Seq̄r. Quid gl'ar

Quid gl'iaris in malitia. Intentōne monet fideles
roborari in p̄secutiōe antixp̄i, et complicū eius
dicit ergo sic. Quid. tu antixp̄e vel quicūq; co in
tator diab'li. gl'iaris in malicia. i. in abusu potēcie. Iuxta
illud. letant̄ cum male fecerint. et exultāt in rebus pessi
qui potēs es iniq̄tate. i. videris potens. sed potēr̄ torme
ta pacieris, Tota die. i. sine intermissione. ligua tua cogita
uit iniusticias. i. meditatō mali. est in ligua tua, m̄q̄. ostendi
levis mens, et preceps locutō, quia ante nō cogitavit q̄ lo-
quat̄. Unde Ecci. xxi. In ore fatuoꝝ ligua corꝫ, et talis si
nō p̄t facere. saltem loquit̄ malum. et si nō p̄t loqui. sal
tem cogitat. et sicut novacula acuta. fecisti dolū, i. expe

vn̄ simo peedat pius
ad lima q̄m ad
ligua

dite et faciliter sine quovis obstaculo timoris dei. fecisti de-
ceptionem. Hoc apparet. Heu modo, et clarius apparebit tempore
antichristi, et hoc non est factum ex surreptione. vel simplicitate. sed
ex affectu et proposito. dicit ergo. dilexisti. ex affectu. maliciam
scilicet super benignitatem. quod est contra naturam, et dilexisti iniquitatem
magis quam loqui equitatem. de quo Augustinus. Escas amaritudinis
non das ventri tuo, et escas iniquitatis das ori tuo. Magis
ne bene eligis quo vescaris, sic elige quid loquaris. dilexi-
sti etiam. omnia verba precipitationis. quibus alios decipias. et in
precipitium. scilicet infernum precipites. et hoc lingua dolosa. id est ministro
lingue dolose. qua aliud dicit quam in corde habetur. Et propterea deus
q.d. quia mala diligis et in eis gloriaris. propterea id est ex hac causa
o antichriste. vel antichristiane, deus christus destruet te in finem. id est fi-
naliter condempnabit te ad supplicia, et non solum destruet
sed etiam. evellet te de corpore in quo delectaris, vel de potestate
de qua superbis, et emigrabit te. id est migrare faciet. de taberna-
culo tuo. id est de mundo cum servis, et evellet radicem tuam. id est
cupiditatem tuam, que non facit fructum in eternitate, de terra viven-
cium. id est de celo. Unde psalmus. Et cum iustis non scribantur. Vel radicem
tuam dicit caritatem. in qua principaliter radicati sumus. id est ad hoc
creati. ut hic in dilectione dei et proximi, et postea in celo. Ubi
vera et plena est caritas vivamus. de qua eradicatur, qui hic
inique vivit. Hec patietur impius, sed non sine fructu bonorum.
quia hec videbunt iusti per fidem. futura mala malorum
et timebunt ne et ipsi cadant. vel timebunt. timore filiali
. id est amabunt iusticie execucionem. Iuxta illud. letabitur iustus
cum viderit vindictam. et super eum. scilicet antichristum vel corpus suum
ridebunt iusti. id est irrisione dignum iudicabunt. et dicent iudicia
assidendo. ecce homo. apparet. qui deum se fingebat, vel
de membris, ecce homo. iam videtur miser, qui se in diviciis et po-
tencia. super alios erigebat. qui non posuit deum adiutorem suum
ideo stare non potuit. Unde de utroque propheta. dereliquit deum
adiutorem suum, et recessit a deo creatore. Sed speravit in multitudine
diviciarum suarum. scilicet antichristus. qui habundavit diviciis. et gloria
et potencia. et prevaluit in vanitate sua. quia dei permissione

Quid vanius quam viam deficere et viaticum augere.

affliget iustos . et prevalebit eis . multos terroribus et blan
ditiis superando . vel de membris suis dicitur . qui sperantes in di
vitiis . quas amant et in illis prevalent . i . usque ad finem contra
dei preceptum perducunt . hii et tales a iustis deridentibus contempna
buntur . quia nichil iniquius quam amare pecuniam . et nichil
vanius eo . qui putat plus valere nummum quam deum . divicie
possunt haberi sine peccato . sed habite amari vel avare teneri non
possunt sine mortali peccato . Aliter sic . Ego autem existens sicut
oliva fructifera . dicit David . vel homo iustus . vel populus fidelis
que oliva in hieme adversitatis . et estate prosperitatis viret .
existens in domo dei . i . in ecclesia — ego inquam talis . speravi in misericordia dei . non in multitudine divitiarum . et hoc
non ad horam . sed in eternum et in seculum seculi . hoc idem repetendo ostendit
quam fundatus erat in amore dei . Et confitebor tibi . i . laudabo
te in seculum . non temporaliter tantum . quia fecisti in predicta . quod sim oliva
quod fructifera . et quod speram in misericordia dei in eternum . et expectabo
longanimiter nomen tuum . i . rem nominis tui . scilicet Christum Ihesum . qui
salvum faciet populum suum a peccatis eorum . Ideo expectabo nomen
tuum . quoniam bonum est . delectabile et iocundum gustanti et aman
ti . Et hoc est quod subdit . in conspectu sanctorum tuorum . qui per fidem
hic vident . quam suavis est dominus illi in futuro . inebriabuntur
ab ubertate domus dei . Psalmus . Dixit insipiens .
12 Dixit insipiens in corde suo . Intentio prophete est etiam
contra malorum incursum roborare et consolari .
Et primo increpat malos dicens . Dixit insipiens
quicumque male vivens et peccans . sit iudeus vel paganus . in quo
non est sapientia . que desursum est . nec initium sapientie . quod est
timor domini . in corde suo . cogitando quod aliud . cognovit in
spiritu . de quo etiam Ro . i . obscuratum est insipiens cor eorum
Aliud dixit . non est deus . ubi non negat simpliciter divinitatem
sed divinitatis proprietatem . scilicet iusticiam . quod non punit statim ma
lum . et qui negat iusticiam dei . negat deum . quia iusticia
dei . deus est . Ille vero negat dei iusticiam . qui putat deo placere
malum . vel nolle punire malum . Hoc dicunt illi qui corrup
ti sunt . mente et corde . et ideo abhominabiles facti sunt deo et sanctis eius
in iniquitatibus suis . in tantum quod non est qui faciat bonum . ex animo

vel insipiens iudeus dixit in corde suo
hic scilicet Christus non est
deus .

vel ꝓpria v̄tute / quod patet quia · dn̄s pater · ꝓspexit ·
oculo clemēcie · de celo · mittendo filiū suū / de quo exo · iij°
videns vidi afflictionē ꝓpli mei / qui est in egipto / Vel sic
dn̄s ꝓspexit · diligent̄ · de celo · secreti sui · sup filios hominū
vt uideat · i · ut uidere faciat · si est intelligēs · p cognicōne
fidei aut requirēs deum · p opacōne / Vnde Jere viij° Attendi
et auscultaui · nemo q̄d bonū est loquit̄ / nemo est qui
agat pniam sup pcto suo · dicēs / quid feci / Sed dn̄s ꝓspexit
et uidit / q omnes declinauerūt scil' a uia iusticie maiores /
et minores / Vnde p̄s · Pastores ignorauerūt intelligenciā / omnes
in viam suam declinauerūt · inutiles fcī sūt / quia nec uita
nec doctrina ꝓfuīt · inter q · nō est qui faciat bonū · nō est
usq ad vnū · i · nec vnus / Vnde Jere v° Circuite vias ierlm
et cōsiderate / an inueniat̄ virum faciētē iudiciū / et ꝓpicius
ero ei / Vel · usq ad vnū · s · xpm · sine quo nemo facit bonū ·
Et ne tales putet / q iudiciū dei euadāt · subdēs minat̄ ·
dicēs / nōne scient · omnes in futō exꝑimēto · qui modo scire
nolūt · Illi · qui opant̄ iniqtatē · ꝑ supbiā · et qui deuorāt ple
bē meā · ꝑ rapacitatē · ut cibū panis · i · cōtinuo / Et tales deū
nō inuocauerūt · p penitēciā · et illic trepidauerūt timore ·
formidantes tm̄ mala pn̄cia / que nō st̄ timēda / et futa
mala nō timuerūt · que st̄ timēda / quia st̄ etna / Sicut iu
dei · qui timuerūt pdere locū et gentem · Qm̄ deus dissipauit ·
ossa · i · interiora bō̄ · eor q̄ hoībz placet · i · place desiderant /
sicut ypocrite · cōfusi sūt · i · cōfundent̄ in iudicio futō · qm̄ deus
inspector cordis / spreuit eos · i · spernet / ponit̄ ꝑtitū p futō ·
sed isrl' simplex et rectus saluabit̄ p xpm / Vnde subdit̄ Quis
dabit · ex syon · i · de medio · dabit salutare isrl' · nōne hic solus
cui dixistis / non est deus / et hoc fiet tūc · quando dn̄s pater
auertit captiuitatē plebis sue / qn̄ ab omni corruptione li
beri · timore malor sublato / in libtate filior vocati fuerimus
Tunc verus · iacob · i · ꝓplus xpianus supplātator viciorum
exultabit · gaudio magno valde · et idem ꝓplus isrl' · illumina
tus a gloria visionis / letabit̄ · in patria / quia uidebit omnis
caro salutare dei · et cognoscet pfecte sicut cognitus est ·

Loquit̄ q · ex dolore
quia repet' nō
est vsq ·

pena apit oculos
quos culpa
claudit

Vbi nō erat
timor sa
lutis ·

In Jacob inhita · q̄a tepl' est q°
luctatus est hac pugna · s · uitam / s
i isrl' · i · in visione nō hostilia
s cōtinua · hereditatē · i ꝑpetua
gaude securitate / q̄a nulla
violencia poteris exheredari ·

53

Deus in nomine tuo salvum me fac. Intendit monere ut
in adversis laudemus deum, et ad eum confugere
in tribulatione. Dicit ergo sic. Deus salvum me fac
a tribulatione mundi et diaboli in nomine tuo, quod predicatum est
hominibus, in quo solo oportet nos salvos fieri. Vel in nomine
tuo i. ad honorem nominis tui. et in virtute tua. in futuro iudicio
ubi virtus tua apparebit. iudica me. i. secerne me a malis
collocando ad dexteram tuis inter oves. Et ne tardet auxilium
iterum orat. Deus potens et clemens. exaudi orationem meam. auribus
percipe verba oris mei. quibus ostendo cor meum. quod non quero temporalia
cum mundanis. quoniam alieni i. mali insurrexerunt adversum me
i. contra fidem quam michi dedisti. et fortes i. persecutores que-
sierunt animam meam. ad perdendum, et non proposuerunt deum ante conspec-
tum suum. quia putant deum nescire quod agunt. quia nichil in-
tendunt nisi seculi divitias et gloriam querunt. Ecce enim deus adiuvat me.
quia sperantes in se non deserit, licet aliquando putentur deserere, quando ad
probationem vel coronam repente non occurrit. et dominus susceptor est anime
mee. et si corpus deserit ad tempus, quia facit cum temptatione
proventum. Deinde optando dicit Averte. a me. mala inimicis
meis i. ab inimicis meis cogitata. et in veritate tua disperde illos
quos in fine tua tolerasti. Vel sic. quasi oraret pro convertendis malis
O Domine averte mala pene eternalis dampnationis inimicis meis. i.
ab inimicis meis et disperde illos corrigendo a priori intentione
mala. ut in corde eorum non sit, sed in veritate tua firmentur. ut
veniant ad te. qui es veritas prima. Et exinde. Sacrificabo tibi
laudem. non pecora. voluntarie i. libere. non amore cuiusque
emolumenti temporalis. et qui propter hoc laudat deum, habito eo
non laudat. cui michi aut data placent propter dantem. Confitebor
nomini tuo i. cum amore laudabo. quoniam bonum est. quo nichil me-
lius. et hoc est gratanter confiteri. quoniam bonum est. non pro temporalibus.
Et alibi dicit. Laudate dominum quoniam bonus dominus. Ideo confitebor
bono nomini domini. Quoniam ex omni tribulatione preterita. quia in
presentis. vel per meritum inferni permisisti. eripuisti me et in
presenti vel in futuro. et super inimicos meos. hic ad horam florentes
et me persequentes, oculus meus ad deum erectus despexit. quia

Vel sic. voluntarie sacrificabo tibi i. corde
et ore. confitebor alacriter. non pigre
nomini tuo non meo. sicut ypocrite quoniam bonum
est non vanum. contra adulatores qui
laudant peccatorem in desideriis anime sue.
Vel voluntarie. i. iuxta tuam voluntatem
ut tibi placeam.

mete rapta ad dextram videt, nichil esse quod floret temporaliter
et superbia timet. Sequitur exaudi deus orationem/
Exaudi deus oronem meam. et ne despexeris. Intencio
psalmiste est monere ecclesiam, ut attendat mala quibus
premitur. et inter hec plangere. ecclesia igitur laborans
inter fluctus seculi. orat et dicit. Exaudi deus oronem meam.
hec enim oracio quater ponitur in hoc versu, ad designandum quatuor
species oracionis. scilicet orationes, obsecrationes, postulaciones, graciarum
actiones, quibus ecclesia tenetur semper orare. Vel sic exaudi
deus oronem meam. contra dyabolum temptantem. et ne despexeris
deprecationem meam. contra mundum blandientem. intende michi
contra carnem repugnantem. et exaudi me. contra mortem
nature, culpe, et iehenne me opprimentem. Contristatus sum in ex-
ercitatione mea. i. in penis, et miseriis, et temptacionibus, que
exercent me, sed ista contristacio convertetur tempore suo in gaudium,
quia non est viciosa. quam facit malicia peccati. sed virtuosa
quam facit zelus, contristatus, i. conturbatus sum. et hoc. a voce ini-
mici. vituperia loquentis, et a tribulatione peccatoris. flagella
inferentis. Unde dicitur. A voce exprobrantis et obloquentis, a facie ini-
mici et persequentis. Quoniam declinaverunt in me iniquitates. i. in-
petuose ad modum fluminis irrupperunt ecclesie, imponentes ei
transgressionem legis divine, et in ira sua. i. in malicia sua, que
sicut ira. furibunda est sine racione. molesti erant michi. i.
causam molestie et turbationis ingerebant, et in tantum erant
michi molesti, dicit ecclesia universalis, quod cor meum. i. prefectus
eius qui vigilat aliis pro negligencia dormientibus. conturbatum est in
me. non extra me. scilicet ad vindictam. Unde alibi dicitur. Turbatus est pre ira
oculus meus, videns ecclesia fidem non servari, osculum sacra-
mentum violari turbatur. et formido mortis carnalis que imminebat sanctis per invidiam
vel mortis spiritualis.
que venit ex odio, quia qui odit fratrem suum manet in morte.
Illa formido. cecidit super me. Unde Jeremias. formido et laqueus
facta est michi vaticinatio, timor anime. et tremor corporis.
venerunt super me. impetuose, sicut fluctus maris ad oppri-
mendum. et contexerunt me tenebre. i. peccatores, fidem exting-
uere cupientes, quia qui odit fratrem, in tenebris est,

Sed in hac tribulacione / quid facit ecclesia / sive homo iustus
In sequentibus dicitur. Et dixi in meditacione orando. quis dabit mihi
pennas .i. virtutum virtutum / pennas inquam. non sicut bubonis de
nocte volantis. Non corvorum. ad archam non redeuncium / Non
milvi rapacis / Non sicut strucionis nunquam volantis. Prime pe-
ne sunt luxuriosorum / secunde gulosorum. Tercie avarorum / quarte
ypocritarum / Sed sicut columbe. que felle caret. rostro non ledit
gregatim volat etc. et requiescam. a strepitu mundi / in vulneri-
bus xpi / post laborem vite presentis / Unde augustinus. Cum audis deum
requievisse post opera / frustra speras requiem / non post laborem /
Ecce. impetratis pennis virtutum. elongavi. a malis / non distancia
corporali / sed morum dissimilitudine. fugiens. festinanter super
piclum more. et mansi in solitudine. mentis. ubi nullus est cum eo
nisi deus / Unde quidam. manet in solitudine / qui perseverat in re-
mota mentis intencione / manet in solitudine / qui a turba
desideriorum terrenorum se elongat / Ecce elongasti in solitudine
habitas / quid ibi operaris. expectabam eum qui salvum me fecit. Iuxta
illud. Salutare tuum expectabo domine .i. xpm / qui salvum faciet
populum suum a peccatis eorum / a pusillanimitate spiritus .i. a pusillo
animo / Et pusillanimitas est causa remissionis in corrigen-
da tarditatis / ardua aggrediendo / et desperacionis / de venia pecca-
torum / unda et tempestate / que oritur in me / ex concussione temp-
tacionum / quia navis vite nostre existens in mari huius mundi que-
rit ventum temperatum / quia hunc ventum remissum. qui dicitur
pusillanimitas / tarde currit / et fit preda latronum / hunc nimium
ventum / ex quo fit tempestas mergitur / et fit preda piscium / Sed
hunc moderatum ventum iusticie / expectare potest salutis portum
et hic est a deo. qui surgit et imperat ventis etc. Et sic pusilla-
nimitas et tempestas sunt duo extrema / et petit medium / Quia
expecto liberari et salvari a tempestate et pusillanimitate. Precipita
domine. qui omnia potes / inimicos superborum / demonem impugnan-
tem / carnem lasciuientem / mundum blandientem. et ne veniant
in unitatem. et concordiam contra me. Divide linguas eorum / sicut
divisisti antiquitus turrim babel edificantes / ne loquatur serpens
cum eva de inobediencia / amon cum sorore de luxuria. Iu-

das cum iudeis de p̄dicione. Iudei cum pilato de xp̄i morte-
ṗcipita. ing̃. Q̄ꝛ uidi. apte. iniq̄tate. i. p̄fidiam. et cotra
diccōne. i. inobediencia. in ciuitate. i. in vita maloꝝ cōfusa. de
qua fugi in solitudinē. et hec iniq̄tas. nō ad horam, ſȝ. die
ac nocte. i. semp. circūdabit eam. s. ciuitatē cōfusionis. iniq̄-
tas. et hoc. sup muros eius. i. p̄ncipes et p̄latos. qui quasi
muri debent munire ciuitatem. i. vnitatē caritatis in hoibȝ
sibi cōmissis. qui ecōtrario destruūt. de quibus dicit ys exp̄c
tauī ut faceret iudiciū. et ecce iniq̄tas. Iusticiā. et ecce clamor
pauperū quos opp̄mūt. et labor. i. cupiditas hndoꝝ. i iniusticiā.
. i. auaricia hitoꝝ. in medio eius. i. in omnibus cōiter. Iuxta
illud. Iere. Vt iniq̄ agerent laborauerunt. Iniq̄ ergo circūdat iniq̄tas
sicut laqueo carcere. ne possit euadere. B̄. fines pctōꝝ circūplexi
sunt me. et nō defecit. ecce psceucrancia. de platheis eius. ecce
impudencia. vsura. eius in quo notatur immania. et dolus. ing̃
mie palliacio. Q̄ꝛ si si inimicus. q. d. predicti p̄secuti me. et mali
sunt, ſȝ alij sunt deteriores. qui magis nocent michi. Q̄ꝛ. si. aper-
tus. inimicus meus maledixisset michi. iniurijs et blasphemijs.
sustinuissem utiqȝ. quia nō fuisset inopinatū malū. et si is qui
oderat me. manifeste. sup me magna locutus fuisset. i. supbe insul-
taret et minaretur. quidq̄ posset. abscondissem me forsitan ab eo in
latibulo paciencie. locum dando ire. tu vero hō vnanimis.
olim qui bonū dabas cōsiliū. et dux meus. qui aliq̄n bn̄
monuisti. et notus meus. qui in gremio ecclie mecū viuebas
Tu ing̃ talis familiaris inimicus. multū noces. et ideo non
restat nisi fugere in solitudinē. Q̄ꝛ simul mecū dulces capie-
bas cibos. in gremio ecclie. tam spūales q̄ corpales. de p̄mis
pūs infra. Q̄ꝛ dulcia faucibus meis eloqa. de sedis ecti. est ai-
cus. socius mense. et nō p̄manebit in die necessitatis. in domo
dei. i. in ecclia. ambulauimus cū cōsensu. et tu talis non es
tollerādus. Vnde et in seq̄ntibus. nō imp̄cando penam. sed
p̄phetando dicit. veniat. i. veniet. mors sup illos. nisi se cor-
rexerint. et descēdat. i. descendet. in infernū viuētes. sicut fctm̄ ē
in dathan et abyron. Vel h' ewl. qui sup dixit. Si reddidi
retribuentibus michi mala ⁊c. Hic ecia orat p̄ eis dicens.

Supbia et malicia hnt laborē
ecōtrario caritas et hūilitas diffi-
cultatē nō hnt. vel labor
i oppssionibȝ. Iniusticia ⁊ cetera
i iudicijs faciendis in
medio eius. i. in
omnibus.

Bn. Nūc cōpleta ē illa p̄phia
Ecce i pace amaritudo mea ama-
rissima. amara p̄mū in nece
mrm. amarior postea
in cōflictu hereticoꝝ
amarissima nūc
i morsu domes-
ticoꝝ. i. y pocritaꝝ
q̄s fugere nō
fugere
licz.

veniat mors sup illos · i · memoria mortis tpalis / ne moriantur
morte eternali · et descendat · p ymaginatõem · viuentes in infernu
et timeat ac puideant sibi / ne descendat morientes / Quoniam nequicie
Ubi adhuc loquitur causa pene / que in correctis infligetur · Quoniam
nequicie · i · res pnequam acquisite · in habitaculis eorum · vel tha
bernaculis / i · in vita pnti · que est / quoddam thabnaculum · in quo
pegrini a patria hospitantur · in medio eorum · i · in occulto cordium
Et ideo dicit · in habitaculis · vel thabnaculis / quia aliena sunt
a natura / que auare cupientes possidemus · Ego autem · q · d · Illi perıbunt / Ego autem in tribulatione et angustia · clamaui ad dominum
corde suspirando / · non tamen oris strepitu · et dominus · qui est misericors
et potens / saluabit me · et a tribulatione penarum eripiendo /
vel a peccato / ne temptanti consentiar premuniendo / Et ne ingrati
tudinis arguar · vespe et mane et meridie · i · tota vita mea
narrabo et annuntiabo · i · laudabo · predicabo / et gratias agam
domino / Vel sic · vespe senectutis · meridie iuuentutis · et mane
pueritie · Iuxta illud Benedicam dominum in omni tempore · Vel vespe
peccatoribus / quibus sol iusticie occidit · mane · incipientibus · meridie
pfiàctibus · Narrabo in quo peccatoribus ut peniteat · Incipientibus
ut pficiat / pfectis ut pseueret · et exaudiet vocem meam · Iuxta
Jo · Si quis cultor est dei · hunc exaudit · Et non tamen exaudiet
sed etiam · Redimet · i · redemptionis sue effectum ostendet · in pace
eterna collocando animam meam · p eo quia dilexit pacem
Redimet in quo ab hijs · qui appinquant michi · consolationis simi
litudine · i · a fictis xpianis / qui magis nocent ecclesie quam apti
ydolatre / appinquant in quo nomine · non ope / corpe non mente
nostro non merito · Quoniam inter multos erant mecum · sicut palee
cum grano / lolium cum tritico / et lupi cum agnis / quos secer
nere non possumus / sed tollerare est necesse · Sed deus · auditor
et inspector cordis / exaudiet me · orantem · dicit ecclesia p hu
miliandis · vel conuertendis inimicis / et humiliabit illos · a super
bia sua · et malicia sua · qui est ante secula · quia in principio erat
verbum · ante secula genitum / quod mali et oppressores viole
ti non credunt / sed experientur · cum humiliati in infernum descenderint
Secundum ab est rem quod / dicitur que punientur · Enim · p quia · non est illis · s ·

malis obstinatis. co͞mutatio .i. correctio. quia peruersi difficile
corriguntur. vnde Iere. Si potest ethiops mutare pellem suam.
sic et vos etc. Et vnde eis hec obstinatio. quia non timuerunt
deum. Timor enim dei in quo est. expellit peccatum. et qui timet deum
nichil negligit. et propter hoc deus extendit. manum suam. q. prepa-
rando se in retribuendo .i. ad retributionem. vel extendit manum
suam .i. comminatur malis eternam dampnationem. vnde ys. xo. adhuc
manus extenta. et amplius non est reuersus. ad percutere se. Et
co͞taminauerunt. q. d. non suffecit eis. non timere. nec mutari.
sed etiam. contaminauerunt testamentum eius .i. deprauerunt scripturas
peruertendo. vel male intelligendo. vel dehonestauerunt quantum
ad se peruerse viuendo. diuisi sunt. per varios errores. et hoc. ab ira vul-
tus eius. s. dei respiciet. tanta mala hominum impiorum et peruenient.
Cum enim timor dei ab anima expellitur. statim per varios erro-
res diuiditur. vnde ro. propter quod tradidit illos deus in reprobum
sensum. et tunc precipitat eos malicia in infernum. Et hoc facto.
Iustis cor illius. s. dei protegent et miserentem appropinquabit.
secreta voluntatis sue eis pandendo. quasi. s. tam diu permissa
fuit malis potencia. ad eos opprimendos. Et tunc cum cor dei. ap-
eris intellectum appropinquat nobis. Molliti sunt sermones eius. quia
ea que sunt obscura. sunt dura. exposita vero mollia. super
oleum quod est penetratiuum et sanatiuum. et ipsi sermones mol-
liti .i. iuxta illuminationem spiritus sancti declarati. sunt iacula. pu-
gitiua cordis. Ad hebr. Viuus est sermo dei et efficax. et
penetrabilior omni gladio ancipiti. quia sermo dei et medetur
et consolatur. et illuminat sicut oleum. et pungit sicut iaculum. Vnde in
euangelio. ille samaritanus infudit vinum et oleum. vel iacula quia
repente occidunt malum .i. peccatum in corde. Iacta q. d. sermones domini
aliis molliti .i. declarati. adhuc tibi. qui lacte opus habes domini
videntur. non nausearis. nec turberis. sed Iacta curam tuam in deum.
a quo omne bonum. qui dat hilariter sapientiam postulanti. et non
improperat. Et hoc est quod sequitur. et ipse te enutriet. lacte simpli-
cis intellectus. donec crescas in robur. in quo sublimia secre-
torum dei. per scripturas intelligas. et comprehendas. et medio tempore pa-
cienciam habe. quia benignus est dominus. et non dabit fluctuationem iusto.

Extendit manum suam. a simili. ferire volentis. qui melius eleuat ut grauius feriat.

Contaminauerunt iudici veritati deseruiendo vo-
cacos non credendo. hereticam scripturam
peruerse exponendo. peccatum male veritate agnitam non
adimplendo. viri eccle-
siastici. sacrificia
inhoneste trac-
tando .i. omnia.
.i. Contaminauerunt
sacrificia
nica.

i. tibi ad iusticiam tendenti. metuum. i. ethalice. et si ad tempus videtur
relinquere suos in temptatione ad probationem. non tamen relinquit finaliter
quia fidelis deus est. qui non patietur temptari vos. super id quod potestis
sed faciet cum temptatione etiam proventum. etc. Sic agitur cum iustis. sed
de malis quid agitur. in sequentibus declaratur. Tu vero deus. creator
et pacis redditor. deduces eos. quos diu expectasti. et tolerasti. quo. in puteum interitus. pene infernalis. quem cum intraverit homo. non resurget in eternum. Et idem mali qui sunt
viri sanguinum. i. fortes ad male faciendum. etiam in aperto. et
dolosi. i. ypocrite. vel. viri sanguinum. i. detractores. qui carnes
crudam conferunt ad comedendum. et dolosi. adulatores. non
dimidiabunt dies suos. i. non diu vivent. sed cito morientur. licet sibi
promittant longam vitam. Sicut ille. Anima mea habes multa bona reposita. in annos plurimos. requiesce. comede et bibe.
Et sequitur. Stulte hac nocte morieris. Ego autem. qui nolo esse
socius illorum. in te sperabo domine. non in multo diviciarum. Unde Jere.
Beatus vir qui sperat in domino. et erit dominus fiducia eius. Sequitur.

44 Miserere mei deus. quoniam conculcavit. Intencio psalmiste est
ecclesiam inter adversarios. sive tirannos confirmare.
Dicat ergo. Miserere mei deus. quia clamans. quoniam conculcavit me homo. malus. scilicet tirannus. vel dyabolus qui dicitur homo
inimicus. Inimicus homo fecit hoc. conculcavit. meque pedibus. malicie et superbie. sicut uvam in torculari. et hoc non ad breve
tempus. sed. tota die. i. semper. per totam vitam presentem. Nullus enim
in hac vita pie vivit sine tribulatione. vel occulta a
dyabolo. vel aperta ab homine. et hoc est quod subditur. tota die
impugnans tribulavit me. De quo Job. Cum me comedunt non
dormiunt. et hoc non meo merito faciunt. sed quia sunt inimici
et mei. qui sunt membra dyaboli. conculcaverunt me inimici mei.
quorum numerus est multus. quia stultorum infinitus est numerus.
quoniam multi bellantes adversum me. Hec sunt vasa bellancia. vasa iniquitatis. de quibus dicitur. Omnes pacifici et nulli pacifici. quia omnes que sua sunt querunt. de quibus Jere. pastores
multi. demoliti sunt vineam meam. Et abbatur. i. quando respicis contemptores et tales. conculcante impio iustiorem se.

Ecclesia columnatim clamat
ad deum per psalmistam. adversus
procerum marchionem qui
intollerabiliter opprimit eam.

Greg. Assiduis temptacionibus
pulsat. ut saltem
tedio vin-
cat.

Aliter conculcatur iusti aliter peccatores a
dyabolo et membris eius. Iusti utiliter. sicut
uva in prelo ut vinum pacie et fortitudinis
eliciatur. Sicut vestis a fullone ut deplicetur.
Sicut granum virga ut a palea excuciatur.
Jo. Quod lima ferro. quod fornax auro.
quod flagellum grano. hoc tribulacio viro iusto.
Peccatores vero invadit. primo per suggestionem.
secundo arripit per delectacionem. tercio deicit per
consensum. quarto calcat per actum. quinto conculcat
per iteracionem. et operis multiplicacionem.

Sed int^o hec quid facis ecclia in storp, rndet, ab altitudie
no dico eternitatis s; diei que cito trasit .i. a psperitate maloz
que dum maltat subito trasit, sicut unus dies, timebo.
q.d. non. quia hodie est rex, et cras morit, dicit etia
dies ppe apparetia et gliam exteriorem. de qua dicit Jere. diem
hois .i. psperitate tpalem. no desideravi, dne tu scis. Ego vo
quid q facat alij. in te spabo. scies, quia spes no cofundit.
de qua ys. qui spant in dno. mutabut fortitudine, ys pl.
Ita g altitudo mudana est diei .i. brevis, et ideo no timenda.
Vel. altitudo diei. est xpo ihs. cui hore xij, s. xij. apli.
mun ta. ceteri fideles, qui st inmabiles, quia adolescentu-
lorum no est nus, que solum timebo, in que spabo, et non
adversa multitudine bellanciu, cogregatorum adversum me.
In deo laudabo vbu. i dno laudabo sermones .i. in victoria inimi-
corum meorum, s. tirannorum vel hereticorum, no querata laudem meam
in verbis dei, sed referam ad deum auctore verbi, tota lau-
dem meam, a quo dependet, et nos et sermones nri, quia suf-
ficientia nra ex deo est, in deo spavi et ideo no timebo quid fa-
ciat michi caro .i. carnalis homo vilis et fragilis, quia ois
caro .i. carnalis vivens. fenu. quod nuc floret et statim a-
rescit et mittit in ignem, qui ht forte adiutore, no timet
fragilem psecutorem. Et quid facit caro .i. carnales. Tota
die .i. cotinue. vba mea. ad bonu informatia, execrabant.
Juxta illud. Ecci v^o. Execratio stulto sapia, quia mes mala
corrigi no patit. adversu me. et omnes cogitationes eorum i malu
meu tendentes. s. ad inferendum michi mala. vel i malu.
suu primo culpe, et postea pene. Contra quos ait. Quid cogi-
tatis mala in cordibus vris. Et tales dum in hac vita sunt commo-
rant nobiscu. sicut loliu cu tritico. bnficijs dei vtunt. etia sacra-
mentis cum bonis. de quibus subdit. Inhabitabut. in medio
ecclie, et abscondet .i. in abscondito seminant maliciam suam.
Et ipsi tales. observabut. astute insidiantes. calcaneu meum.
dyabolus magis insidiat fini, tu quia vult auferre homini bonu
qd ho tuc magis desiderat, tu qa ho tuc securior est, si tuc evadit
tu qa ho illa hora magis vita sua emedare desiderat, unde gen-

Et e repetitio ad confirmatom
sententie.

Et tu insidiaberis calcaneo eius / omnes gressus meos considerantes / de quibus Ezech. Fili hominis / cum scorpionibus habitas / et subuersores et increduli tecum sunt / et hec est ecclesie sancte amaritudo amarissima / quia malos discernere non potest a bonis . propter yporcrisim / et necesse habet tollerare . quia crescant zizania usque ad messem et tunc apparebit . in die ventilacionis extreme / quid sancta ecclesia tollerando fouebat / deinde ecclesia orat pro illis . sicut sustinuerunt animam meam . scilicet impugnatores mei . qui grauiter portabant disciplinam meam / qui dicebant / grauis est nobis etiam ad uidendum Juxta illud Eccli. xiii. pondus super se tollit / qui honestiori se sociat / Sed tu qui de plenitudine bonitatis tue / omnes homines vis saluos fieri . saluos fac illos . et hoc pro nichilo . i. gratis . quia nulla eorum merita eis suffragantur . In ira . qua flagellas filios illos constringes . flectendo ad penitentiam . Unde nota quod alia ira est consummacionis . qua perficit humilem / alia consumptionis quam inficit rebellem . Deus uitam meam . q. d. ipsos constringes ad bonum ut saluentur Et ex hoc . O deus vitam meam . scilicet nature qua dedisti / Vitam culpe . qua abstulisti / Vitam gracie qua contulisti / vitam glorie qua promisisti . annunciaui tibi . i. gracias agens . attribui tibi / quia ut viuerem tu fecisti . et posuisti lacrimas meas . fusas in oracione pro inimicis / in conspectu tuo . acceptabiles / quia grata res habentur in oculis frequenter . sicut in promissione tua . i. exaudisti me deprecantem / sicut promiseras te exauditurum flentem . Inueni te misericordem in promittendo / veracem in reddendo quia pie sunt lacrime / que pro inimicis funduntur / et deo grate sunt propterea tunc conuertentur inimici mei . a suo errore retrorsum . i. sequentur humiliter ductorem veritatis . qui prius erant magistri falsitatis Orauerunt . sed non inutiliter . quia . In quacumque die . siue in pueritia . siue in adolescentia . siue in senili etate . inuocauero te . non aliquem nisi te . ecce . incontinenti cognoui . experimentaliter . quoniam deus meus es . i. ostendis te esse . deum meum prestando quod peto . Unde Joel . Omnis quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit . In quo apparet magna clementia dei . qui omni tempore me conuersionis exaudit / et peccatis gratiose indulget / Et ideo . In deo laudabo uerbum . i. laudabilem doctrinam predicacionis propono . ad gloriam dei . In domino laudabo sermonem

Nota . Ira dei utilis . de qua dicitur . Volo ut castiges me per iram tuam . sed ea ira qua corrigis deuiantes non qua excludis a uia . Nam cum te fecero iratum magis confido propicium . Ira preciosa . cum non secundum iram suam punit . Dimisit eos secundum desideria cordis eorum etc. et ysaias misereamur impio et non discet facere iusticiam . Job . Virga dei non est super illos . boues eorum non abortiuit et infra . ducunt in bonis dies suos etc. habundant tabernacula predonum .

i. quantum valuit loquar. ad utilitatem proximi, deo attribuam in cuius
manu sunt, et nos et sermones nostri. In deo speravi. qui est fortis
adiutor, et ideo non timebo. quod faciat michi homo. impius quicumque
vel tirannus, qui exteriora tantum rapere potest. Interiora. scilicet fidem et
caritatem, tollere non potest. quia in me, non extra me. O deus sunt
vota tua. i. ea que desideras, et requiris a me. scilicet recta fides,
congrua spes, et caritas fervens, et hec fur non furatur. nec effodit
et latro non tollit. que. scilicet vota, et non aliud, reddam laudationes
tibi. i. illis tamen donis tuis laudabo te, quia quid habes quod
non accepisti Illa a deo accepimus, illa reddemus, sed cum usura,
alias dicetur nobis. Serve male, sciebas me esse durum. etc. Sed quomodo
hoc dicere poterit malus christianus In me sunt deus vota tua. cum
cum in eo non sint vota in baptismo emissa. Malus clericus qui
non tenet intemerata in ordinibus expressa. Quomodo malus monachus
qui non tenet vota in professione expressa, quid offert laudis
cum steterit ante terribile tribunal Christi Et postquam te miseratione perve-
nero ad te, et ad gloriam tuam obtulero vota tua. i. dona tua, et
rationes eorum, tunc dicam. laudo te. quoniam eripuisti animam meam de mor-
te. per collatam immortalitatem, oculos meos a lacrimis. per impas-
sibilitatem quia absterget deus omnem lacrimam etc. pedes meos
i. interiores affectus. a lapsu. ne amodo possim labi penitus.
Et hoc fecisti michi, ut placeam coram deo. existens in lumine viventium.
que est regio lucis, et perpetua vita et tunc primo cum pervenerimus
deo miseratione cognoscemus, quis sit odio vel amore dei dignus
cum illi ibunt in vitam eternam, et alii in ignem eternum. etc.

Miserere mei deus. miserere mei. etc. Intentio psalmiste est mo- 90
nere, ne aliquis in tribulatione diffidat. Dicit ergo
Christus in persona membrorum suorum. Miserere mei deus. eri-
piendo a malo culpe. miserere mei. eripiendo a malo pene. quoniam
in te confidit anima mea. hanc causam assignando, quare exaudiri de-
beat, et in umbra alarum tuarum. i. in misericordia matris pietatis,
que est tutum tribulationis tempore, sperabo. Sicut illa que in canticis
dicit. Sub umbra illius quem desideraveram sedi. Sed heu hodie con-
queritur dominus de peccatoribus, dicens. Quotiens volui congregare filios tuos, sicut
gallina sub alis, et noluisti, Dominus enim alas fecit de manibus

in cruce / de quibus est confidendum / donec transeat iniquitas .i.
usque ad finem vite. nam usque ad finem seculi / neque iniquitas
principes deerit / neque iusticia paciens. Clamabo. q. d. non solum
sperabo / sed etiam clamabo orando. ad deum altissimum / qui
potest liberare faciliter. qui bene fecit michi. dando bona
nature / addendo bona fortune / infundendo bona gracie
et promittendo bona glorie / deinde specificat beneficia dei
et dicit. deus pater. misit. non seruum. sed filium. de celo .i. de
diuinitatis sue archano / et liberauit me. nunc in spe / et tandem
in re / dedit .i. dabit. in obprobrium. dampnacionis eterne. conculcantes
me. et merito / quia per que quis peccat / per hec et torquetur.
misit deus pater. misericordiam suam et ueritatem suam .i. eundem filium
qui dicitur misericordia. unde infra. ostende nobis domine misericordiam tuam / et
ueritas. Jo. Ego sum. via ueritas et vita. Vel misit. misericordiam / et
ueritatem .i. filium / docentem et predicantem / misericordiam et iudicium / sine quo
non est nobis salus / et hiis armatum telis / eripuit animam meam
dicit ecclesia. de medio catulorum leonum .i. de potestate tirannorum et
complicum eorum / sicut eripuit danielem de lacu leonum / et sic
deuictis periculis mundi / et superatis aduersariis. dormiui. in
morte in nouissimo resurrecturus. conturbatus. secundum opinionem
persecutorum. qui putauerunt sanctos turbatos mori / qui tamen
secundum spiritum. gaudenter ibant ad carcerem et in mortem. Vel
dormiui conturbatus .i. per turbaciones transiui ad quietem
mortis. Sed numquid leones erant / qui sunt bruta animalia. Non
Sed filii hominum. seui ut leones / qui tamen debuerunt esse
homines erecti per racionem ad deum colendum. dentes eorum .i. ro-
siones / in occultis consiliis / sunt. arma. ad defendendum propria
mala. et sagitte. ad percuciendum aliena. unde prouerbiorum xxx. Ge-
neracio que pro dentibus habet gladios / et commandit molaribus
suis / et Jere. ix. Sagitta uulnerans / lingua eorum dolum locuta est.
et lingua eorum gladius acutus. qui velociter necat / post has tri-
bulaciones in amicicie posita. ecclesia orat d. Exaltare super celos
deus .i. tu qui es super omnes sanctos exaltatus post victoriam tuam ostende
te deum nostrum esse. adiuuando nos sicut promisisti dicens. vobiscum
sum usque ad consummacionem seculi. et appareat gloria tua. magna

Turbacio alia per racionem ut subit quandoque
et hec est que bonis et malis. alia
contra racionem. ut quando sensualitas dominatur
racioni / et hec est solum in malis. alia
secundum iudicium racionis / quod dictat quando per quod
et quantum sit tristandum / et hec fuit in christo
et uocatur propassio. quod non erat detrimentis
mentis / retrahentis a rectitudine iusticie
et contemplacionis /

super omnes terram. id est pro omnibus qui sunt in terra, ut boni
respirent, et mali formident. Exponit pericula membrorum suorum
ecclesia et dicit. Exaltare a dimicando, quia ecce iniqui persecu-
tores fidei paraverunt ex malicia pedibus meis .i. predica-
toribus per quos via dirigitur ad te qui denunciant bonis pre-
mia et malis tormenta, paraverunt laqueum quo videlicet ca-
perentur in sermone. et ex hoc incurvaverunt per compassionem animam
meam. Sicut fecit Christus qui flevit super civitatem. et insuper
foderunt foveam ante faciem meam .i. publice conati sunt exterminare
fidem ecclesie. sed inciderunt in eam. quia terram pocius transie-
runt, nec memoriam sui nisi in malo reliquerunt. Sic Goliad proprio
gladio occiditur, Sic Aman proprio patibulo suspenditur Sic
Olofernes proprio gladio punitur, et flamma fornacis combussit
ministros qui eam succenderunt. Et pro tantis graciis ne sim in-
grata dicit ecclesia. paratum cor meum. ad laudandum te ore. pa-
ratum cor meum ad laudandum te opere, ne sim de illis de quibus dici-
tur Populus hic labiis me honorat. cor autem e. etc. Vel sic, Videns
te tam magnificum remuneratorem bonorum, et punitorem ma-
lorum, ex hoc animatus audacter dico. paratum cor meum
deus. ad tormenta, paratum ad obprobria, qui et supra dixit,
Quoniam ego in flagella paratus sum et sic paratus. cantabo .i.
laudabo ore. et psalmum dicam opere, quia psallere proprie est
laudare, cum gestu corporis, et modulatione vocis. Sed quia
ex se nichil facit cor meum, requirit auxilium dei. Exurge .i.
fac me exurgere o gloria mea. deus meus per quem gloriosus ap-
parebo. psalterium .i. quo docente psallam. et cithara. quo admi-
nante carne mortificem vel morti exponam. Et quia miseri-
cors est in continenti humilem et fidelem orationem audiens dulciter
respondet. exurgam diluculo. Iuxta illud. Mane exaudies
vocem meam, quia qui vigilaverit ad me. inveniet me. Et prop-
terea confitebor tibi domine .i. laudem tuam predicabo. in populis iude-
orum per predicationem meam conversis, et psalmum laudis celestis dicam
in gentibus, in celum congregatis, quarum genera ex populorum vidit Io-
turbam quam dinumerare nemo poterat. Et iustum est. Quoniam mag-
nificata est .i. magnifice declarata est super nos misericordia tua. qua

nos pduxisti, usqȝ ad celos · i · celestem vitam, et hoc factu
est nobis · quia veritas tua · i · xps filius tuus descendit usqȝ
ad nubes · i · usqȝ ad aplos, et sequaces eorum illumando, et con-
fortando eos p quos etiam nobis in fine seculorum, cognitionem veri[tatis]
infudisti, Qui quidem apli et sequaces eorum, ad modum nubium ob
scuri sunt, p humilitate frigidi, p castitate mobiles, p obedie-
ciam humidi p devotionem · suspensi p contemplationem chorusantes
miraculis, tonantes minis, pluentes et etiam fecundantes doctrinis
Unde · Qui sunt hij · qui ut nubes volant · p · r · Et inde concordia
facta est in celestibus, terra enim usqȝ ad angelorum celsitudinem
mittit carnem, Celum vero usqȝ ad terre bassitudinem mittit
veritatem, Agentes igitur gratias · exclamemus cum propheta Exaltare
sup celos, o dne · deus · et sup omnem terram gloria tua · i · magis
sup celos · i · sup omnes scos · et laudabilis sup omnes terrenos, sic
benedictus et laudabilis, in secula seculorum · &c ·

57 Si vere utiqȝ iusticiam loquimini · Intencio psalmiste est, ut nullus
contradicat iusticie, quod est regnum xpi · dicat ergo o fi-
lij · hominum prophetarum et patriarcharum, qui fuerunt homines
commendabiles et mansueti, et iusti · Si vere · non ficte · iusticiam loquimini
ore, in corde · i · ex corde · cum verbis ope, recte iudicate · i · amore et
amicicie et ceteris temporalibus fidem preponite, aliter ypocrite estis · Iudi-
cium hoc iudicium iusticie non fecerunt, qui in ore locuti sunt ad xpm
Magister veracem es, et via dei in v · &c · et postea dixerunt · Si non esset hic
malefactor · non tibi &c · Deinde ostendit quomodo male iudicant · Etenim
· i · quia · iniquitates operamini · non inviti · non ignari, in terra · i · p
terrenis lucris, quia xenia excecant oculos, etiam sapientum
manus vestre iniquitates concinnant, · i · concordant opa mala cum cogi-
tationibus iniquis, concinnare est congregare, est autem concinnacio
ex multis partibus congregata p usitas, Etiam si manus · i ·
execucio operis desit mala voluntas coram deo · p facto iudicatur · maxi-
me cum deliberacione et mora, Iuxta illud · Qui viderit mulierem ad
concupiscendum eam · iam mechatus est eam in corde suo, Sed unde eis hoc ·
Quia peccatores alienati sunt, a veritate · a vulva · i · ab origine · quia
tunc deus eos peccaturos precognovit, Sicut dictum est Rebecce
pregnanti · Iacob dilexi · esau autem odio habui · quod in sequentibus

exponit. erraverunt ab utero, i. propter peccatum sunt errare, et hoc postea
audit. sicut est primum, locuti sunt falsa. ecce iniquitas in ore, et
non solum non faciunt bona, sed nec audire volunt. Unde et dicitur, furor
illis secundum similitudinem serpentis. quia ita obstinatorum irrevocabilis
est, et eius serpentis, sicut aspidis surde. i. obturantis aures suas.
Sic enim legitur de ea, quod unam aurem ponit in terra, aliam operit cauda
ne audiat incantantem. Terra praesentia sunt peccata, cauda vero praeterita
que s. aspis. quia obturat aurem, non exaudiet vocem incantan-
tium, ut ad lucem veritatis inducatur, per prophetarum et apostolorum predicationem,
nec audiet vocem singularem, venefici i. medici Christi qui querunt
serpentes ut extrahat venenum ad conficiendum remedia contra
venenum. Sic Christus ad hoc venit querere peccatores, ut illis sal-
vatis aliis daret confidentiam veniendi ad se. Sed maliciosi. su-
perbi. avari. luxuriosi, sicut aspis obsurduerunt, et nolunt
audire vocem Christi, incantantis i. predicantis et monentis sapienter.
propter quod deus pater iuste conteret dentes eorum i. verba dolo-
sa et mordentia in ore ipsorum. quia verbis suis capiet eos. Verum
ex ore tuo iudico te serve nequam. quos prius serpentibus comparaverat
nunc leonibus comparando. molas leonum s. dentes i. verba superbie
ne ad effectum deducantur confringet dominus. Comparantur mali serpenti
propter iracundiam, aspidi propter astuciam, leoni propter superbiam.
Ad nichilum devenient tamquam aqua decurrens. que cito currit.
quia tribulatio temporaliter illata brevis est, et ideo torrenti comparatur.
Et illis ita decurrentibus, deus misericordie intendit arcum
suum i. minas quibus terret, donec per debilitationem mali infir-
mentur a peccato. et confortentur ad bonum. Sic factum est Saulo qui
per arcum dei percussus infirmus fuit peccato, et fortis iusticie. quia
continuo non acquievit carni et sanguini. Cum autem ad terrorem
divine iusticie non convertuntur, illi auferentur de conspectu dei vel
de hac vita ad inferni tormenta. sicut cera que fluit a conspectu
ignis, quorum non invenietur vestigium. Deinde subinfert causam
obstinationis eorum d. supercecidit ignis. superbie. avaricie. ira-
cundie, et concupiscentie. Ignis itaque qui numquam dicit sufficit,
quia superbo non sufficiunt pompe, avaro divicie, iracundo in-
iusticie, guloso et luxurioso delicie, et hoc igne excecati,

¶ vel iste sens(us) q(uod) peccatores a culpis
suis absorbent(ur), anteq(uam) ve-
niant ad ignem
inferni.

nō uiderūt solē, iusticie .i. nō uidebūt. Vel sic. Supcecidit ig-
nis, ire dei, ꝑpter obstinacōne, et nō uiderūt solē .i. xp̄m. d(e)-
trusi in infernū, Vnde et subdit(ur), p(ri)usq(uam) spine uestre .i. p(e)cc(at)a
intelligerent, experimentalit(er) sentirent penas inferni. Sic ut in
ira. deus. absorbet eos. p(er) condempnationē, sicut uiuētes .i.
dum adhuc uiuūt, et d(icitu)r sicut viuētes. quia malorum nō
vera. sed falsa est vita, et eciā d(icitu)r sic .i. sicut. in ira sua. q(ua)m
deus cū magna tranquillitate iudicat et ordinat vniu(er)sa. licet
malis iratus videat(ur), Et est sens(us), anteq(uam) peccatores, obstinati
senciāt penas inferni, iam iusto iudicio dei condempnati s(unt).
Ramp(nus) est herba. p(ri)mo mollis, et postea indurat(ur) in
spinā, et signat peccatum quod placet dum agit(ur), et pungit dū
punit(ur). His sic gestis, letabit(ur) iustus, zelo diuine iusticie
cū uiderit vindictā. p(er)ditorum, nō q(uod) gaudeat ꝑ pena eorū,
sed quia euasit eam. et man(us) suas. si senserit inmundas
.i. op(er)a lauabit .i. corriget. in sanguine. peccatoris .i. in punicōe
mali, q(uasi) d(icat) exp(er)imento peccatoris, iustius viuet iustus. Vnde
apo(stolus). Iustus iustificet(ur) adhuc et (et)c. Stulto pereūte sapi-
ens astucior erit, Et leo mitescat. visa pena catuli, Et
dicet .i. tractabit aput se. homo racionalis videns. q(uo)d
lauat manus iust(us) in sanguine. peccatoris si .i. quia. vtiq(ue) ē fruct(us)
.i. meritū. iusto. quia vtiq(ue) .i. p(ro) certo. est deus iudicās .i. pu-
niens iuste. eos .s. malos, in t(er)ra .i. in p(rese)nti. Vbi florere uid(entur)
Et est sensus, sicut deus dedit iusto, ut p(ro)ficiat in bono. vt
qui iustus est. iustificet(ur) adhuc, sic iusto iudicio p(er)mittit,
vt qui sordet sordescat adhuc. Sequit(ur).
58 Eripe me de inimicis meis. deus meus. Intencōne
monet (ut) nemo xp̄o contradicat. Totus hic p(salmu)s xp̄i
.i. caput cū mēbris qui ab inimicis obsessus. cla-
mat. d(icens). O deus meus. in quē confido, eripe me de inimicis
meis. quorum quatuor sūt genera. P(ri)mi vocant(ur) inimici. qui
nocendi uotum hñt. nec tñ ope complent. Sicut esaw odi-
uit Jacob. Aliud genus est. qui vocant(ur). Insurgētes. qui
commouent(ur) animo. pati facere malum. nec tñ facientes.
Tercium genus est. quod vocat(ur). operantes iniquitatē. qui iam

Dna mete. scelus ope copleuerit. Quartu genus voca
tu sanguinu. qui no solum ingerit cotumelia. sed etia
sanguinem fundit. Et ab his omnibus hic ordinate eccla
eripi se petit. Vel de inimicis. s. mundo. vel mete. carne bla
diente. dyabolo infestante. eripi eccla petit. qa isti sunt
domestici mei. a quibus nos custodire debemus. eripe me
de opantibz iniqtate. i. de infidelibz obstinatis. et salua me.
ut sequar caput meu dicat eccla. de uiris sanguinu. i. de
tirannis principibus me. Vel caput loquitur solum. eripe me
de opantibz iniqtate. qui colaphizat me. et de uiris sanguin
salua me. ab his qui occidut me. Quia ecce ceput aiam
mea. i. vitam corpalem. et fortes. i. supbi contemptores. et
multi. qui no ponut deu adiutore suu. sz sperantes i mul
titudine diuitiarum suarum. pualuerut in vanitate sua. irr
ruerut in me. humilem et iustum. Vel fortes. i. illi q
psumut de iusticia sua. et insultat xpo. et mebris suis.
neqz iniqtas mea. fuit causa. quare irruerut in me. quia
ego pctm no feci. et hoc est quod dicit. neqz pctm meu.
sz sine iniqtate cucurri. viam pntis vite. et direxi. fideliter
docendo et monendo. Et pptea. o dne. exurge. i. adiuua me
qui videris dormire. exurge in ocursum meu. ut occur
res me liberes. et uide. i. videre fac. ut ostende q occurreris. no
solu mea resurrectione. sed etia mea equalitate tui mundo
manifestando. Occurrit pater filio. et econuso. cu manifeste de
claratur eos equales ee in maiestate. Occurre eni no nisi de
equalibus dicitur. xps eni no desiit ee equalis pri licet
p nobis factus sit infimus. qn forma serui assumpsit. deinde
sequitur oratio p gentibus conuertendis. et tu dne deus virtutu.
i. angelicarum potestatu. vel virtutu. s. gratuitarum largus dator.
deus isrl. qui videris deus unius gentis. intende ad uisi
tandas oes gentes. ut conuertantur et saluentur. no miserearis oibz
qui opantur iniqtate. vt. s. gratiose omnia pcta hic punias
et parcas in futuro. Vel sic. no miserearis oibz q opantur iniqtate.
i. pces illis. qui ex ignorantia. ut fragilitate peccauerut. sz
illis qui ex malicia. in spm scm peccat non misereberis.

quia defensores pcti / vix aut nmq̄ conuertunt̄. Et gentes
recepta mīa dei . conuertent̄ aduesperam . i . in fine sclo4 . s . in
ultima etate . et illi conu̇si . tamē patient̄ ut canes . i . habebūt
vehemens desideriū . alios conuertendi / qui latrabūt ut canes
p̄dicando / et ligna sua p̄ consiliū / vulnera pctor4 medēdo .
et circuibūt ciuitatē . i . totū mundū . cont̄ hereticos latrādo
et eccliam ampliando . Ecce . i . maīfeste loquent̄ . p̄dicando
more suo . nō alieno cont̄ illos / qui volut publicanos / ex
pedire facta sua / cum tamē possent soli si vellent . Et gladi
sp̄us sancti quod est v̄bum dei . penetrabilior omī gladio
ancipiti . in labiis eor4 . quia nō tacebūt annūciare xp̄m
et q̄m . ita est . quis audiuit . i . pauci audiūt eos / quia
durus est sermo relinquere omnia et abrenūciare sibi ipi et
sequi dn̄m . Vel sic . q̄m q̄s audiuit . nmq̄ talia audita
sūt . qualia xp̄s cū suis ap̄lis p̄dicauit / q̄ s . beati
paupes / et qui p̄secucionē patiunt̄ / quia talia horret totus
mundus / et eos . qui nō audiuerint . tu dn̄e deridebis . in fu
turo . iudicio . et ad nichilū deduces . omēs gētes . que nō cō
senserūt veritati . fortitudinē meā . q . d . in psona eccl'ie
Illi qui nō credunt consumentur / ego aut qui credo fortis sum
ꝫ fortitudinē meā . a te michi data . custodiā . ad te . i . ad glo
riam tuam . tibi seruiēdo / p te aduersa sustinēdo / ad te om̄
bona mea retorquēdo / hoc est contra illos . qui iuuenilē forti
tudinē expendūt . in seruicio mūdi / et senilem debilitatē
offerūt deo / cum tn̄ deus pcepit in exo . xxxv° . q primicie
debeāt offerri sibi / et merito . quia deus susceptor meus est
susceptor meus in naturalibus / ut sim susceptor prime ut bene
sim / susceptor anime . ut glose sim . Deus meus est que bona
ro / sed ad hoc faciendum . mīa eius p̄ueniet me . quia nichil
mem̄ ex nobis / ꝫ mīa dei p̄uenit . ut bonū faciam et sub
sequit̄ . ut bonū bn̄ et pseuerant̄ faciam . de quo aug . mīa
dei p̄uenit ut velim / et subsequit̄ ne frustra velim . deus
ostendit m̄ sup inimicos meos . q . d . misericordia tua p̄ueni
me / et hc ostendit m̄ ds . sr inimicos meos . quia in illis exer
cuit iusticiam / in me aut mīam / et tamē orando dico . Deus /

Iudei nō occidunt͛ ſꝫ collerant͛ ꝓpt͛ multa. p͛o. i cuſtodiā cautele / vt ſi illi de tāta familiaritate dei deiecti ſt. et nos timeam⁹ et non peccem⁹. vt nos faciat aliē pericula cautos. ꝫo. i obprobriū ſum⁹ vt vilificent͛ ab oībꝫ. q͛ oīm dñm vilificauit / ꝫ i conſinatū muny. ut portet nob codices hebraice veritat͛ ad uſu eccle / Q͛rto i teſtio. corꝫ. q͛ geſtant͛ cont͛ xpm / Quīto i meōria passionis xpi / Sexto ꝓpter expectacōm conuſionis reliqaꝝ / vt ſic oīs iſrl͛ ſaluus fiat.

Dicat eccl͛ia vl' fidelis hō.

ne occidas eos. i. ne pmittas eos morte ſpūali perire / qā tua creatā ſūt. redēpti paſſione tua. Vel eciā tꝑali / quia ꝓpter exercitiū michi utiles ſūt, ne qn̄ obliuiſcant͛ ꝓpli mei. i. oro p͛ nunq͛ obliuiſcant͛ homīes legem dei / quā ego teneo orando p inimicis / Nō occidas īimicos meos quoſcūqꝫ ul͛ iudeos. Sed diſpge illos. ne ſint uniti / quia unitas nocet malis / ſicut pdeſt bonis / in vῑtute tua. i. in fortitudine tua. et depone eos. ab elatione ſua / et ꝑ hoc oſtende. quia tu es ꝓtector meus. o. dñe qui potes potentes deponē de ſede ꝫ exaltare humiles / oro eciā dñe. depone. i. ꝑ te delictū oris eoꝝ. i. cogitacōes, et depone ſmonē labioꝝ illoꝝ. iudeoꝝ. ſ. qui. quod nequit͛ cogitabant an dact loqbant͛ / cōtra xpm et aplōs eius. Vel quoꝝcūqꝫ ꝑſecu toꝝ / mēbra eccl͛ie ꝑſeqntiū. et cōphēdant͛. cōfuſi. in ſupbia ſua. qua conati ſūt vincē inuincabilem. / et extinguē xpm et fidē eius extimare. Vel ſic. cōphēdant͛. i ſupbia ſua. i. de magnitudīe pctī ſui. erubeſcant / quia michil tm̄ impedit ꝑfectū / ſicut ſu pbia. cui ſꝑ adheret inuidia / quia fieri nō pt / ut ſupbus nō inuideat / Vt patet de dyabolo et Iudeis xpi occiſoribꝫ. et de execracōne. q. d. cōfundant͛. Iudei. uel heretici / ul͛ tiram de execracōe. i. de maledictōe. uel extorta oē / quia execrari idē eſt. qd̄ ex ſacra ponē. et de mēdacio. maxīe ꝑnicioſo / qd̄ ē corrup ſcripturꝫ / quia os quod ſic mentit͛ occidit aīam / tales oēs cōfun dant͛ ad penitēciam. in ira cōſummacōis. qua miſericordit͛ iraſcit͛ et emēdat / reuocādo ad grām. de uia erroris. et nō cōſūpcōis qua dicet. Ite maledicti. etc. et deincepꝫ. nō erūt. impii et incre duli. Iuxta illud. Verte impios et nō erūt. ſ. impii. ſed pii. qd̄ factū eſt in paulo / ſicut de ſe ipſe dicit, Viuo ego iam non ego / viuit vō in me xpc. Et. tūc ſic ſcient. p̄ miam dei compphenſi / ſciet. quia deus dñabit͛ iacob. i. iudeoꝝ. a Iacob deſcēdencium et finiū terre. i. gentiū. quia iudei erāt in medio terre / Vbi deus ad litteram opatus eſt ſalutem. Et ſic iudei cōfuſi. cōuertent͛. ad xpm ad ueſpam. i. in fine mūdi. vel poſt occiſione xpi / qd̄ antea facē debuiſſent. ꝫ famē paciēt͛. alios cōuertēdi. hebunt deſideriū. ut canes. quibꝫ eſt cōtinua fames. Vel ut canes. i. tales cōuſi. reputabūt ſe canes ꝑ abiectiōis humilitatem.

depoſicō vicij exaltacō eſt vῑtutis.

Cadat ſaulus et ſurgat paulꝫ quia vtrqꝫ hoc non ſtabunt ſil.

Nemo inſanabilior eo / qui ab̄ videt͛ ſanus. Vn̄ in laplitic ſt͛ infirmitates corꝑ poſtea accelera uerunt.

Vel ut canes propter latratum predicationis, et fidem quam habent
ad dominum suum. qui constituit eos custodes gregum suorum. Et ergo
canes circuibunt civitatem sollicite querendo, nunciando, et mo
nendo. De quibus dicitur. Argue, obsecra, increpa in
omni patientia etc. Ipsi quidem sic conversi ex iudeis, dispergentur per mun
dum. ad manducandum. id est ad incorporandum ecclesie per fidem in
fideles. Iuxta illud. Surge petre. occide et comede. Si vero non
fuerint saturati. multitudine conversorum. et tunc murmurabunt. id est do
lebunt et compacientur. Quod etiam de prelatis. vel claustralibus intel
ligi potest. quia illi per spatium. isti vero per angulos monasterii
dispergentur. non ad predicandum sicut prelati. non ad meditandum
sicut claustrales. sed ad manducandum. Si vero non fuerint satura
ti et murmurabunt. per impacientiam. contra suos procuratores. vel
dispensatores. Ego autem. ecclesia visa conversione gentium. et
legis iudeorum reprobatione. fidei institutione. ad quam utrique fi
ad angularem lapidem parietes conveniunt. concludens dicit. Ego
autem scilicet ecclesia. cantabo. id est cantando laudabo. fortitudinem
tuam. de qua Iob. Si fortitudo queritur. fortissimus est. quia fortitu[dine]
gentes erigis. et iudeos humilias. ad fidem veteres quos deducas
et exaltabo. corde laudando. vel exaltabo. mane post [illegible]
miam tuam. mane id est sine dilatione. Vel mane. id est transacta
nocte. temptationum et tribulationum. quando iam insidie latronum
id est dyaboli et suorum suorum transierit. quando solem iusticie clare in
tuebimur. misericordiam tuam. qua receptus ad gratiam. post remissio
nem culpe fuero. Et optima coniunctio fortitudinis cum misericordia.
quia misericors bonum vult. si non est potens quid faciet. et quod
fortis bonum faciet. si non habuerit bonam voluntatem miserendi.
Exultabo in ... Quia tu es. o domine deus susceptor meus.
quando post dissipationem substantie mee. veni de longinquo. et refu
gium meum. in die tribulationis mee. quando magis gratum est. Iuxta
illud Ecclesiastici xxxv. Speciosa misericordia in die tribulationis. sicut nubes
pluvie in tempore siccitatis. O adiutor meus. id est cooperator. tibi psallam
id est opere te laudabo. quia deus meus. factus es susceptor meus
ad familiaritatem et etiam iocunditatem. et insuper plene con
cludendo. non invenit quid vocaret eum. dicit. deus meus

nita mea. quia totum est ex dono dei, quidquid facimus vel habe-
bimus. Ipse enim misericordia peccatorum, susceptor penitentium, refugium
paciencium, adiutor pugnancium, susceptor pueniencium. De dominus.
Deus repulisti nos. etc. Intendit ostendere bona
esse contricionem seculi, per quam fit commutacio ad eter-
na. Propheta ergo in voce peccatorum et in melius
mutatorum ait. O deus. qui es prima causa. et finis omnium, re-
pulisti nos. a malis. quibus inherebamus per amaritudines
et tribulaciones, sicut puer removetur ab ubere. et destruxisti
nos. a mala consuetudine. Eramus enim male fundati, peius
edificati, pessime roborati. et ideo destruxisti. ut postea
bene edificares. Unde Jeremias. Dedi te super gentes et regna. ut evellas
et destruas, edifices et plantes. Iratus es. id est admodum irati
nos punis, et illa ira est dulcis, quam sequitur misericordia. et hoc est
quod dicitur. et misertus es nobis. cum iratus fueris. misericordie recor-
daberis. Vel sic. Deus repulisti nos. in adam a te. et destruxisti
nos. ab immortalitate quia. et iratus es nobis. propter peccatis. et tamen
misertus es nobis. per filii incarnacionem. et vere clementer iratus
es, ex quo sequitur. quod commovisti terram. id est terrenos homines, ab errore
peccatorum ad penitenciam. gladio oris tui. cum dixisti. penitenciam agi-
te. etc. secuntur ad invadere ar. po. est et conturbasti eam. dolorem pro
peccatis immittendo. Sicut ergo incepisti perfice. Sana contriciones eius
ex peccato inflictas. quia commota est. exeundo de consuetudine
peccati. et sanato peccatore ostendisti dura. id est temporales miserias, que
per caritatem nobis sunt delectabiles, licet sint graves ex infirmitate
carnis. populo tuo. per graciam tuam conuerso, quia scriptum est. Fili accedens
deus ad servitutem dei, prepara animam tuam. ad temptacionem. etc.
dura. Dictum est etiam de paulo. Ego ostendam illi. quanta
oporteat eum pati pro nomine meo. que licet sint dura in principio
sunt tamen tollerabilia in medio, delectabilia in fine. Potasti
nos vino. non in quo est luxuria. sed compunctionis. id est tribulacionis
et hoc est vinum spirituale. Unde vicia purgantur. Dedisti metuentibus
te significacionem. id est per tribulaciones sequentes, premonuisti eos ut
fugiant a facie arcus. id est a vindicta iudicii futuri. Cum flagel-
lamur. a domino corripimur. ne cum hoc mundo dampnemur.

Basilius. Qui male edificantur
excelsum superbie, hiis
destructio re-
medium
est.

Hec civitas destructa est tribus vicibus
quia primo dicta est Jebus postea salem, deinde
Jerusalem. Jebus conculcata. Salem pax.
Jerusalem visio pacis interpretatur. Prius enim in
nobis conculcatur malicia, inde in pace
iusticia edificium bonorum operum constituitur
deinde ad visionem pacis celestis ra-
pimur. Hec tria monstrantur hic, per hoc quod
dicitur destruxisti. misertus es et sanasti.
Unde dicitur, hodie et cras demonia eicio
et sanitates perficio et die tercia consu-
mor. Hec est pascha. penthecostes et
scenophegia. Hii sunt tres dies dominice
passionis. scilicet penitencia, iusticia et gloria.

Iste arcus extenditur quidem, sed non dum ferit, sed tanto grauius
percutit, quanto longius retro tenditur, quia diuina iusticia diutius
percutit, quos diu ut corrigerentur expectauit. Vel significacio
accipitur pro cruce christi, qua si sequimur, euadimus arcum iudicij
diuini. Unde habentes thau. i. memoriam passionis christi, non sunt
a domino percussi. Vel dedisti metuentibus te significacionem. i. scripturas
sacras, quas audientes euadimus. Facie arcus etc. Deus ostendisti
populo tuo dura, et dedisti tuis significacionem, ad hoc ut
fugiat ab ira. Et eciam ad hoc, ut liberentur dilecti tui, ab omnibus
miserijs, propter penas quas paciuntur impuniti. Vel a seruitute
peccati, saluum me fac. Dicat iustus generalis collocando. in dextera
terra tua. Ubi non timeam amplius tribulari, et exaudi me,
non temporalia petentem, que dare non uis, sed eterna que pollicens
deus locutus, q. d. peto confidenter, quia deus qui mentiri non potest
locutus est ecclesie sue. in sancto suo. i. in filio. qui est sanctus
sanctorum. qui se non deserit. d. Vobiscum sum. usque ad consummacionem
seculi. et letabor. in hijs que dicta sunt, propter quod
et partibor sicimam. i. diuidam gentilitatem. diuisa enim
est. quia non est omnium fides, alij credunt, alij non. et conuallem
tabernaculorum metibor. i. de iudeis non paucos habebo. Vel
sic. Conuallis dicitur duplex uallis. i. vallis cum ualle. et
significat duplicem humilitatem. militancium in thabernaculo ecclesie, quam
debemus metiri ad exemplar sanctorum precedencium, quia solus deus
nouit, qui sunt sui per predestinacionem. Meus est galaad. Galaad
est mons. ubi laban comprehendit Iacob fugientem de mesopotamia,
in quo iurgati, et postea pacificati. comportauerunt
cumulum lapidum. super quem comederunt, quem laban uocauit
tumulum testis, et Iacob aceruum testimonij. per quem intelliguntur
magni sancti in quibus, aceruus testimonij, qui inter
omnia obprobria christiani nominis. constanter persisterunt, et est
sensus. meus est galaad. i. mei sunt martires. et meus est
manasses. qui interpretatur obliuio. et significat illos qui obliuiscuntur
se. et sua propter christum, et significat religiosos perfectos, qui
obliti domum patris sui vacant et uident. quam suauis est dominus
et dicat ecclesia, licet mei sunt martires et confessores, tamen non exp

Vel diuidam sicimam et conuallem
partibor. i. partem ex gentibus
et partem iudeorum ecclesie
incorporabo.

Manasses est primogenitus Ioseph
qui sic uocauit dicens. obliuisci
me fecit laborum meorum
et domum patris mei, et
significat eos qui post
confusionis obliti
iam gaudent et
honorantur de
nomine xpiano.

sed ex xpo capite meo. Unde et subdit. et effraim. quod
interpretatur fructificatio. fortitudo capitis mei. i. xpi. q. d. pro-
fectus meus, et multiplicatio membrorum meorum est ex fortitu-
dine xpi, qui est caput meum. Juda rex meus. i. xpo de iuda
natus, cui in figura pater dixit. Juda te laudabunt fratres tui
etc. et illud. vicit leo de tribu iuda, quo regnante. moab. i. ab-
utens lege. est olla. i. tribulatio. quia malus infert tribula-
tionem. que tribulatio est causa. spei mee. que facit me ple-
nius sperare. non deficere. quia tribulatio propter xpm tolerata, operatur
patientiam, patientia probationem, probatio vero spem, ad quod non.
q moab est populus genitus ex filia abutente patre. s. loth. et
significat omnes malos abutentes lege. qui generant malos filios
i. tribulationem bonorum. et hec est olla, quam vidit Jeremias.
succensam a facie aquilonis, a quo panditur omne malum. aquilo
enim est dyabolus, qui per se et per membra sua infert tribulationem
sanctis. sed per xpi misericordiam tribulatio illata facit ecclesie spem
consummationis, quibus dicit. Confidite ego vici malignum.
Vel per moab intelliguntur gentes, per ollam vero refectio. de
gentibus igitur quidam sunt conversi. et hii uruntur tribulatione.
alii sunt non conversi. et hii urunt. utrique vero et usti et uren-
tes sunt olla. i. refectio ecclesie. quia de ustis consolatur. de uren-
tibus vero reficitur. et consensus moab. i. gentes urentes. vel usti
sunt olla. i. refectio. spei mee. unde michi spes vite est. Jnquantum
sunt mali, dicitur eis. Vos ex patre dyabolo estis. Jnquantum boni dicitur.
Vos estis qui permansistis mecum in tribulatione mea. Et sic
spe firmatus dicit ecclesia. extendam predicando. calciamentum
meum. i. corium quo munitur vita predicatorum. vel calciamen-
tum. i. humanitatem xpi. meum. i. michi missum. vel calciamen-
tum meum. i. exempla martirum et confessorum antiquorum. extendam
in ydumeam. i. ad homines terrena diligentes iudeos vel gentiles.
et per hoc alienigene. i. extranei a fide. michi subditi sunt
i. recepta fide humiliantur ad pedes piscatoris et suorum succes-
sorum de quibus dicitur. vocabo non plebem meam plebem meam
etc. Vel alienigene. i. ficti xpiani subduntur ecclesie quia la-
tet. et tolleratur usque ad messem. et tunc apparebit qui sunt xpi

Sed. quis deducet me in ciuitatem munitam. Hec ciuitas cu-
stodiae est orbis terrarum. que alibi dicitur rota. Unde vox tonitrui
tui in rota. i. in mundo. Quis igitur deducet me. etc. i. quis
predicabit. fidem xpi. quam teneo illis. in quibus vidi iniquitatem
et contradictionem. quibus muri sunt diuitie temporales. turres. transitorie
dignitates. fossata. que non possunt impleri. auaritie cupiditates.
propugnacula. que omnem maliciam defendunt. sunt mali aduoca-
ti. et scientia secularis. de quibus xpc dicit apostolis Ecce messis multa
operarii vero pauci. et hoc est quod subditur. quis deducet me. i.
fidem predicabit. usque in ydumeam. i. ad corda illorum qui ter-
rena diligunt. inter quos etiam. sanguis sanguinem tetigit. i. ha-
bundauit iniquitas. Nonne tu deus. q. d. Quis alius deducet
me in ydumeam. et ciuitatem munitam. nonne tu solus. qui repu-
listi nos. i. afflixisti tribulatione. et tu qui. non egrediens in
virtutibus nostris. i. non ostendis publice potentiam tuam. sicut fecisti
temporibus moysi. dauid. et Josue. quibus gentes cesserunt. sed
latenter gratiam patientie dando. veritatis lucem irradiando. liberas
ab inimicis. Unde Gregorius. Tunc deus melius liberat. cum pacien-
tiam dat. Deinde rogat. d. Da nobis auxilium de tribulatione
q. d. non peto salutem corporalem. uel temporalem. sed illo modo
subueni. quo videris dereliquere. quia vana est salus hominis
i. liberatio temporalis. quia cum liberamur ab una temptatione
pauidi aliam expectamus. Vel. vana est salus hominis. i. ab homine
facta. sine deo. quia sine me nichil potestis facere. vel. salus
hominis. i. prosperitas temporalis. que in vita affligit. et in morte
relinquit. vel carnalis sanitas. que est vapor ad modicum
parens. Unde infra. Homo vanitati similis factus est. Et ita
in deo. non in nostra virtute. vel gladio. faciemus virtutem. per patientiam
et humilitatem. dyabolum et membra eius vincendo. peiores contendo.
et ipse deducet tribulantes nos ad nichilum. eternaliter dampnando
vel eos nobis tacentibus expugnando. Unde infra. Dominus michi
adiutor. et ego despiciam inimicos meos. Et paulus dicit. Sed
deus autem conteret sathanam sub pedibus vestris etc.
60 Exaudi deus deprecationem meam. Intentione monet ad laudes
dicit ergo ecclesia cum membris suis. exaudi deus deprecationem

meam. i. assiduam orationem pro malis amouendis. intende orationi mee.
simplici. que est pro bonis assequendis. Intende mihi. quia clama-
ui ad te orando. a finibus terre. i. in uniuerso mundo. quia ubique
resonat oratio ecclesie uniuersalis. dum anxiaretur cor meum. i. clamaui
in anxietate mea. Ecce tribulatio in bonis orationem extorquet.
Unde infra. Ad dominum cum tribularer clamaui. in petra exaltasti
me. i. per christum. qui est firma petra. meum fide clamo et ex-
audior. et conseruor. in eo enim qui est via. deduxisti me. ad te
veritatem et vitam. quia tu es spes mea. Ecce deus pater. fecit
nobis. scilicet ipsum spem salutis. qui proprium filium dedit in mortem pro nobis.
factus es etiam nobis. turris fortitudinis. i. defensio uel refugium.
a facie inimici. qui quasi latrunculus insidiatur itineri nostro. i. toti uite
nostre. ne perueniam ad patriam nostram. et nisi ipse deus esset nobis
turris fortissima. quis saluus inimicis perueniret. de quo alibi dicitur. pro-
Turris fortissima nomen domini. Iam bona michi multa per filium tuum
contulisti. adhuc oro amplius. Inhabitabo. per fidem formatam
perseuerantem. in tabernaculo tuo. i. in ecclesia militante. que habitat
in tabernaculis. in secula. i. usque dum peragantur secula. Ex quo
colligitur quod ecclesia non deficiet. quia nauicula petri non mer-
getur. sed semper colliget electos usque ad consummationem. et etiam oro
quod protegar. a facie inimici. in uelamento alarum tuarum. que ale
sunt iusticia et misericordia. Iustitia protegit iustum ne presumat.
misericordia peccatorem. ne desperet. de quibus Matheus. Quoties uolui con-
gregare pullos tuos. quemadmodum gallina sub alas etc. et vere spero
quod protegar. Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam. de qua
in principio psalmi. dedisti. gratis sine meritis meis. non uendi-
disti hereditatem. i. uitam eternam. de qua alibi. Hereditas mea
super mel et fauum. timentibus nomen tuum. omnibus sub differentia
graduum. sine acceptione personarum. quia quicumque timet deum
acceptus est illi. dicat. non dabis. quia iam plurimis dedit.
et certus est quod dabit reliquis. qui adhuc sub onere gemunt
et in hereditate illa celesti. Addicies dies eternitatis. super dies
regis. i. super illos quibus regaliter uixit. conculcando inimicos
suos spirituales. sicut rex. et adicies annos eius. usque in diem
generationis et generationis. i. omnes annos eius. in eterna hereditate

Timentes deum sunt reges. et illi hereditabunt celum. quia hic bene rexe-
runt se et sua. quibus eternitas erit unus dies qui nescit
occasum.

vel in sclm scli. i. in eterna vita. l. psallam. ut reddam vota mea. in pnti die, quasi usque pnenniam in eternum die qui nescit occasum.

Sic nus psalle deo in ecclesia die, redde vota tua in isto die, donec pueias in illum diem, hic quasi vota, ibi laudes hilares eterna, hic p9 ora in offitiis ecclesiasticis dr, benedicamus dno, quia de oib9 bonis q agimus in pnti deum laudabim9 in futuro psenit. qd dr a pueris, qa tunc angelice puritati consortes erim9. nullus enim in regno celorum pueniet nisi puer.

erunt dies unus. qui melior est sup milia puerum dierum
Et talis timens deum. pmanet nunc in spe, et postea in re.
in conspectu dei in gloria, et hoc merebitur, et pp ter tantam
liberalitatem, quis requiret, i. investigabit. misiam eius
scilicet dei, et ueritatem, qua quod pmisit impleuit. Vel sic
Et quis requiret, in eterna hereditate, misiaz eius. ubi
nullus miser erit, et veritatem. ubi omnes videbunt salu-
tare dei, et sufficiens erit, beatitudo singulorum, pro omnibus
ergo beneficiis tuis. sic. i. veraciter. uel euidenter. psallam.
i. laudem. dicam. ore et ope. Iuxta illud. psallam spu
psallam et mente. nomini tuo. i. ad honorem tuum, in sclm scli
i. qd diu sum in seculo. Sic inquam psallam, ut reddam tibi uota
mea. que deuote pmisi, de die in diem. i. assidue. Vel de die
gratie procedendo, usque pueniam in diem glorie. ad quam nos
pducat xpc dns nr. amen. Sequitur.

61 Nonne deo subiecta erit anima mea. In hoc monet
ut spretis caducis istis, speremus eterna. Hic igitur
qui transilies impedimenta scli, sibi occurrentia, deo
se subicit dicens, nonne deo. beneficiatori meo, qui dedit
hereditatem aliquibus ex membris meis in re, et reliquis in
spe, subiecta erit anima mea. nichil pter eum cupiens. ei
ego intellectum meum in obsequium fidei humiliabo. Voluntatem
ppriam abnegabo, mandata eius deuote adimplebo. nam
ab ipso, deo patre. salutare meum. i. filius qui auctor salutis
mee. de quo gen. Salutare tuum expectabo dne. nam
et ipse deus. omnipotentia. meus singulariter. p gratiam, sa-
lutaris meus. p redemptionem. susceptor meus. ad gloriam. non
mouebor. ab eo. amplius. p carnis infirmitatem ut prius feci
Deinde increpando aduersarios xpi uel primi. dicit. quousque
vos crudeles psecutores. irruitis. impetuose irrationabiliter
et maliciose. in hominem. xpm in membris eius. ipsum psequen-
do, cum tamquam parieti inclinato. et macerie depulse. inhibi-
tis. ad euertendum, quia putatis de facili eciam destruendum
quem non habeat protectorem, ad modum parietis inclinati, et macerie
depulse, sed non pficitis, quia. interficitis uniuersi uos. ipsos

persecutores sponsi christi. et ecclesie infecti sunt. et ecclesia super pe-
tram fundata. firma perseuerat. flauerunt venti. et irruerunt flu-
mina apti. s. persecutores. sed non nocuerunt ei. verumtamen p sed. firti
et occulti adversarii. cogitaverunt in cordibus suis. precium meum. i. christi-
ne a me colerer. repellere. Vel. precium meum. i. bonam vitam. qua
emitur eterna beatitudo. corrumpere. sed ego qui diligo inimicos. de
mandato christi sponsi mei. cucurri. ad eos convertendos. i. militi. i. mar-
tire desiderii. sed tamen ipsi. qui nitebantur cursum meum impedire.
ore suo benedicebant. exterius blandiendo. et corde suo maledicebant. interius quia
exterius non audebant. De talibus ezechiel dicit. fili hominis. cum scorpi-
onibus habitas. quia scorpio blanditur ut feriat. verumtamen. q. d. licet
tirannus irruat. hereticus cogitet. verumtamen. i. sed. anima mea
i. membrum christi. subiecta est deo. tamquam sponsa sponso. ancilla
domino. et debes subici. quoniam ab ipso est pacientia mea. qua tollero con-
stanter tot adversa. quia est deus meus. qui vocat me. salua-
tor meus. qui iustificat me. adiutor meus. qui glorificat
me. et inde. s. a glorificatione. non emigrabo. quia ab ingloria-
tu. emigrare oportet. de domo autem celesti non oportet. In deo
salutare meum. est. i. salus mea. non in diis alienis. quia ibi
mores. gloria mea. i. gloriatio. hic et in futuro. deus auxilii mei.
in presenti certamine. Hoc dicit. ne quis de se presumat. et victoriam
deputet sibi. et spes mea in deo est. donec perveniam ad illam
domum. in qua mansiones multe sunt. in qua fulgebunt iusti
sicut sol. in regno videlicet patris mei. Et exemplo meo. omnis congrega-
cio populi. i. vos qui per spiritum sanctum habetis cor unum. et animam unam.
sperate in domino. i. imitamini christum. contemptorem mundi et sui.
et effundite coram illo corda vestra. i. pravas cogitationes. inmundas
concupiscentias. vanas cupiditates. confitendo peccata. deprecando
veniam. plorando ruinam. per lacrimas enim cor effunditur.
Effundite ergo. nolite retinere. vir l' intra vos. Unde Trenorum. Ef-
funde sicut aquam cor tuum. De aqua cum effunditur. michil in
vase remanet. de vino remanet odor. de melle sapor. de
lacte color. Sic de peccato michil debet remanere. nec odor in verbis. no.
nec sapor in desideriis. nec color in signis. Sic ergo est speran-
dum in deo. etc. Sperate igitur in deo. quia deus adiutor noster.

·pu̾b·xvj·

bz· sparatū in se· in eternū· Quid ergo timetis inter malos
talem ac tantū h̄ntes adiutore̅· ver̄ tn̄· vani· q· d· nomini
sparē in dn̄o· quia est adiutor fortis· ver̄ tn̄· filij hoīm· ad
et eue· vani sunt· quia diligunt vanitate̅ et sectūt̄ sompnia
mēdaces filij hoīm in stateris· i· in iniquis ponderib3· quibus
decipiunt emētes· de quib3 salomon· Statera dolosa abhominabilis
est apud dm̄· quia aliūs pondeant ad l̄tam proximo· aliūs
sibi· et hoc in emēdo· uel vēdendo· vel aliūs ponderāt era-
ta proximorum· aliūs sua· vel· mēdaces filij hoīm in statēis· i· he-
tici· qui quia decipiunt hoīes· aliud uideri volētes· et aliud e-
et mēdacē staterā exhibēt· qua decipiunt intuētes· mēdaces
sūt in stateris· ad hoc· ut ipsi existentes· in idipm̄· i· in id
decipiant· alios de uanitate· i· de vanis· quia pmi· s· aua-
ri· p auro decipiunt· scd̄i· s· heretici· ul ypocrite· p gloria
et utrobiq3 vanitas· Nam et si in suis conceptibus· diuersis
vijs ambulāt· ad vnū tn̄ finē tendunt· s· vanitate̅· nolite
spare· q· d· spes mea in deo est· s3 et suadeo vobis· q̄ meo ex-
sic vīa· nolite spare in iniquitate· quacūq3· et specialit̄· in diuicijs
que cū iniq̄tate sepe acquirūt̄· et clarius hoc ipm̄ exponēs d̄
et rapinas· i· diuicias· que sepe cōgregant̄ ex rapina· vel q̄a
rapiunt ad se cor· ut freq̄nt̄· ut diligant̄ inordinate· Illas ra-
pinas· nolite concupiscē· quia p eas rapit vos dyabolus· Iuxta
illud· Qui diuites volūt fieri· i· cōcupiscūt diuicias· incidūt
in temptacōnē· et in laqueū dyaboli· Insup· audiat diuites· di-
uicie si affluāt· quocūq3 euētu· nolite cor apponē· i· nolite spa-
re· in incerto diuiciarum· Et nō dicit· nolite h̄re· sed cor appone
quia diuicias h̄re· nō est dapnabile· q̄ quib3 emit̄ celū· sed
cor apponē p inordinatū amore̅ malū est· h̄re igit̄ sic ee bonū
cōcupiscē aūt s3 est pctm̄· quia auaricia· Semel locutus est·
Dixit supius· spate in deo· nō in diuicijs· nō in pctis· Quia semel
locutus ē deus· duo hec audiui· et videt̄ ad l̄tam contrariū· se-
mel deū loqui· et duo audiri· Quid est quod paulus dicit
Multipharia̅ multisq3 modis· olim deus loquēs patribus· etc̄·
Sed inter hoīes· multis modis loquit̄ deus· apud se semel· q̄a
vnicū v̄bum genuit· p quod f̄ca sunt omnia· in quo simul oīa dispo-

O lucrū dampnosa· Iuuenis p̄camē(n)· perdis iusticiam· tenes predam· et teneris a dyabolo·

sita sunt / inter que omnia hec duo, quod hic opus est dici audi-
ui, illa duo sunt potestas et misericordia, de quibus sunt omnes scripture, lex et
prophete, et missio Christi, et divisio apostolorum per totum orbem. Po-
testas ergo timeatur, misericordia ametur, nec propter misericordiam potestas contempnatur,
nec propter potestatem de misericordia desperetur. Et dicit: Semel locutus est deus, quia deus
semel locutus est, id est verbum eternaliter genuit, in quo omnia fecit, et
id ipsum verbum, de quo pastores dicunt, Transeamus usque Bethleem
et videamus hoc verbum, quod dominus ostendit nobis, per quod et in quo dispo-
suit pater omnia. Inter que audivi duo hec, que quia potestas dei
est, id est filii ad puniendum peccatores, et non tantum in se habet potestatem,
sed etiam aliis confert prout vult. Unde apostolus: Omnis potestas a deo
est, et qui potestati resistit, dei ordinationi resistit, et tu domine misericordia
simul cum potestate, ad puniendum sperantes in te. Et apparet hoc
dictum de Christo, quia pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit
filio, quia tu reddis unicuique iuxta opera sua. Bonis gaudia
ex misericordia, malis supplicia, ex iustitia et potestate. Ecce apud deum
misericordia et potestas pertinet ad eius potestatem, dampnare impios, etiam
cum temptaris a dyabolo, time eius potestatem, cuius potestas est sub di-
vina potestate, qui plerumque vult temptare et non potest, si non accipit pote-
statem. Tantum enim impellit piecte inclinatum, quantum accepit pote-
statem, et qui dat temptatori potestatem, dat temptato misericordiam. Noli-
te ergo timere potestatem dyaboli, tantum facit quantum permittitur, ut patet in Iob.

Deus deus meus, ad te de luce vigilo. Intentione monet
recte conversari in medio nationis prave et perverse, ecclesia
digitur nationibus huius vite estuans, clamat dicens: Deus, qui es
omnium per potentiam, deus meus singulariter per cultum et desiderium
sum. Ad te de luce, id est diluculo, vel matutina hora, vigilo. Alias
non esset magnum, si in die alta vigilaret. Vel de luce, id est tota
vita mea, qua in luce habito. Vel de luce, quando incipit mane ra-
tionis, sitivit in te, et non in alia quacumque creatura, id est vehe-
menter te desideravit, anima mea, et quam multipliciter sitivit
in te caro mea, quia fortis motus anime redundat in corpus.
Unde infra: Cor meum et caro mea exultaverunt in deum vivum. Sicut
legitur de aliquibus sanctis, ut de sancto Francisco, qui in oratione etiam toto
corpore sublevabatur, et de Maria Magdalena, quam angeli elevabant

sepcies in die · in tra deserta · hic de scib; desideradi ncc
et dicat. Sitiuit aia mea · et caro in te · quia sum · in tra
deserta · i · in mu(n)do · ubi nullus scor(um) hitat · qua(m) co(n)tepserunt
sancti · in uia · i · sine uia · ubi errori pateas · si no(n) ducaris
a deo · (et) inaquosa · i · arida sine aqua gratie · refrigerante
estum vicior(um) · horribile et timendum est hoc desertum
et nisi deus seipsum tibi daret viam · et irrigaret te p(er) spm
scm · que mittit (tibi) p(er) ora p(re)dicator(um) · in errore et siti deficeres
et perires · et sic in deserto arido · et inuio siciens · in s(an)c(t)o
desiderio · apparui tibi · no(n) ut videres me · qui oia uides ·
sed ut uiderem v(ir)tute(m) tua(m) · in remotione omnis mali · et gl(or)iam
tuam · in collatione omnis boni · Vel sic · ut uidere(m) v(ir)tute(m) tuam
et gl(or)iam tua(m) · i · xpm · qui est dei v(ir)tus · et dei sapia · nemo
enim uidet deum · nisi prius deo appareat · i · videat(ur) a deo
p(er) s(an)c(tu)m desideriu(m) · ostendi (tibi) desideriu(m) meu(m) · quia scio · q(uonia)m
m(isericordi)a tua · i · vita gratie · que dat(ur) p(er) m(isericordi)am · no(n) p(er) merita
melior est · sup(er) vitas humanas · militu(m) agricolaru(m)
negociatior(um) et rector(um) · que multe sunt · eciam si longe et p(ros)
pere ee videant(ur) · Et quia sic est · ideo labia mea · p(re)uenta
m(isericordi)a tua · laudabu(n)t te · s(ecundu)m illud · D(omi)ne labia mea aperies · Sic
· i · ideo b(e)n(e)dica(m) te · i · laudabo te · in vita mea · i · q(uam)diu sum
vel in futuro · ubi erit vera uita · et i(n) noi(n)e tuo · i · ad honore(m)
noi(n)is tui · leuabo man(us) meas · in deuota orone) In noie dni
manus meas leuam(us) · q(ua)n(do) bonis op(er)ibus insistim(us) cum
orone · Unde ap(osto)l(u)s · leuantes puras manus i(n) orone · si(ne) ira
et disceptatione · Ecce leuat(is) manib; petit · sicut adipe (et)
pinguedine repleat(ur) aia mea · i · b(ea)tiu(m) aia mea repleat(ur)
hijs · que p(er) hec duo figurant(ur) · que antiquit(us) deo in sacrificijs
placebant · adeps est in intestinor(um) · pinguedo in carne · p(er)
adipem sapia que intus est · p(er) pinguedine(m) v(er)o fortitudo
vel alacritas exterior intelligitur · sine quib; aia marcescit · et ita exilis fit · ut in bonis opibus deficiat · cito · Et no(n) dicat simplicit(er) · adipe (et) pinguedine · sed dicit
sicut adipe (et) pinguedie repleat(ur) aia mea · i · oro · ut aia
mea h(ab)eat sciam · et fortitudine(m) · et piam alacritatem

Vel sup(er) vitas iiij(or) figatas p(er) iiij(or) a(n)i(m)alia · ezech(ielis) · facies ho(m)is vita co(n)iugator(um) · facies leonis vita heremitar(um) · facies bouis qui t(er)ra(m) colit vita p(re)lator(um) · facies aquile q(ue) sursu(m) volat vita claustralium · q(ua)n(do) infra misc(ri)cordes ei(us) s(un)t · oia opa eius.

Leuitici iij(o) dr · adipem vituli qui op(er)it vitalia et pinguedinem adolebit domino.

Et in noie tuo leuabo man(us) meas. Ad mam(?) doctrina in exo · p(ro)cessit · q(uia) moyses leuauit manus in orone et vincebat amalech · q(ua)n(do) deponebat vincebat isr(ae)l · innuens q(uod) q(ua)n(do) aliquis p(ro)celestib(us) b(e)n(e) opat(ur) vincit amalech · i · turba demonu(m) · s(ecundu)m q(uo)d sagittare(?) inu(m) lingere · i · p(er)dicione queritu(m) · du(m) aut(em) deponit manus · i · p(ro) t(er)renis opat(ur) · vincit(ur) ab amalech.

Unde apl(u)s. Hilarem datore(m) diligit deus. Sed siti et orone
tra(n)sacta succedit laudacio. et sic. labijs exultac(i)o(n)is .i. deuo-
tionis. no(n) labijs t(ame)n. sicut ille ypo(crita)s. qui deum t(ame)n lauda-
bat sine corde. laudabit os meu(m). nome(n) s(an)c(tu)m tuu(m). q(uasi) d(icat).
laudabo te. si memor fui tui. Si(militer). quia. fui me(m)or tui. s(cilicet)
statu(m) meu(m) .i. in quiete p(ro)sp(er)itatis mee. q(uo)n(iam) solet homines.
oblivisci alioru(m). sicut pincerna. oblitus est int(er)pretis sui in
p(ro)sp(er)itate. Manasses enim qui int(er)p(re)tat(ur) oblivio. est frater
effraym. qui int(er)p(re)tat(ur) habundancia. quia homines in habundan-
cia. ut frequent(er) obliviscunt(ur) dei. uel sue condicionis. quod iste no(n)
fecit. in matutinis .i. in luce. q(ua)n(do) est operandu(m). uel ambulandu(m)
meditabor in te. no(n) in vanitate temporaliu(m) habundanciaru(m). et h(oc) q(uo)d
sup(er)ius dixit. Ad te de luce vigilo. ut filius lucis .i. xpi. in eo q(uod)
est auctor lucis. meditet(ur) et vigilet. et hoc facio. quia fuisti.
adiutor meus. contra p(re)sumentes de se. d(icit) h(oc). Si aut(em) aliquid ad-
u(er)sitat(is) occurrerit. exultabo. securus. no(n) in me. sed in uelamen-
to alaru(m) tuaru(m). sperabo .i. in p(ro)teccione potencie tue. Vel ale dicunt(ur)
brachia xpi extenta in cruce. sub quibus tota eccl(es)ia p(ro)tegit(ur).
Ale eciam dicunt(ur) prelati. qui pullos xpi defendunt. a pluuia conp(ro)-
nacionis. a vulpe heresis. a miluo rapacitatis. a vento sup(er)bie.
a puluere auaricie. Et vere sperabo. quia. a(n)i(m)a mea adhesit
post te. ut te diligens te sequat(ur) p(er) imitacione(m). no(n) p(re)cedat
p(er) elata(m) p(re)sumpcione(m). et sic. me. sequente(m) et adherente(m). suscepit
dextera tua. ad p(ro)tegendu(m) et conducendum. ipsi v(er)o adu(er)sarij.
mei. s(cilicet). tirra(n)ni p(er)secutores. et demones temptantes. in vanu(m) que-
sie-
runt a(n)i(m)am mea(m) .i. frustrati s(un)t in suis machinacionib(us). p(ro)tegente
me xpo sub alis suis. introibunt. tirra(n)ni p(er) mala(m) mortem
et demones p(ost) fine(m) mundi. in inferiora t(er)re .i. in infernu(m). et
sup(er) hoc adhuc in finali iudicio. tradent(ur) in manus gladij .i. sente(n)c(ie)
diuini iudicij. quod horribile nimis est. et sic post iudiciu(m)
erunt partes vulpiu(m) .i. p(ri)ncipes dolosoru(m) in penis. Vel eciam
i(n)uenit(ur) mors tristis diuitu(m) auaroru(m). eciam. introibunt in inferio-
ra. t(er)re. ad deuorandum v(er)mibus. tradent(ur) in manus gladij. ad tor-
quendu(m) in inferno. cum demonib(us). partes vulpiu(m) erunt. quia res.
distrahunt(ur) a raptoribus. caro a v(er)mib(us). a(n)i(m)a a demonibus.

Vel ecc(ontra) illud p(re)teritu(m). s(cilicet) fuisti. excludit
p(rese)ns et futuru(m). quia fuisti p(er) gra(ciam)
p(re)ueniente(m). eris p(er) g(ra)ciam
cooperantem. eris
p(er) gl(or)iam
co(n)su-
ma(n)-
te(m).

Rex vero .i. iustus qui est rex per imitationem regis sui videlicet Christi letabitur in deo in futuro. Ubi leticia sempiterna erit eis in Christo quando absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum. Et illa leticia incipit hic propter serenam conscientiam. Unde letamini iusti in domino et gloriamini etc. laudabuntur .i. laudabiles erunt omnes qui iurant in eo, non in ydolo .i. veritatem confirmant per testimonium dei. Sed contradicitur Math. v. Ego autem dico vobis non iurare omnino. Hic non precipit iuramentum sed innuit si iurare oportet in quo sit iurandum. Evangelium autem prohibet iuramentum omnino quod est sine omni causa. Unde iurationi non assuescat os tuum. Et vere laudabuntur qui modo ab iniquis vituperantur. Quia obstructum est .i. obstruetur ut amplius nec mutire audeat os loquentium iniqua .s. iudeorum paganorum hereticorum et tirannorum quia omnis iniquitas opilabit os suum. Et illud. Impii in tenebris conticescent. Sequitur.

63 Exaudi deus orationem meam cum deprecor. Intentio monet in passione sperare in domino. Totus igitur Christus cum membris suis in passione orat dicens Exaudi deus orationem meam cum deprecor .i. quia toto corde precor. Quid peto? A timore inimici eripe animam meam ut ipsum non timeam sed tantum te. Et non dicit a morte sed a timore inimici mortem inferre volentis quia licet mors grauis sit timor tamen mortis grauior est. Oro sic et quia certus de exauditione dico protexisti me filium tuum a conuentu .i. consilio malignantium .s. iudeorum et a multitudine operantium actu iniquitatem ut eum occiderent quibus tot et tanta contulit bona. Et hoc quod factum est in capite membra experiuntur. Quia exacuerunt linguas suas ut gladium modo adulando ut ibi Magister scimus quia verax es, modo illudendo ut ibi Prophetiza nobis Christe quis est qui te percussit, modo blasphemando ut ibi Si filius dei est descendat de cruce, et illud Vah qui destruit templum dei etc. Et hoc de corde malicia intenderunt arcum rem amaram .i. machinationem occultam et amaram quia hoc per populum discipulum fieri ordinauerunt ut omnia facerent et nichil facere viderentur dicentes non a nobis sed a discipulo tradatur non a nobis sed a iudice occidatur. Et fecerunt

non iuramentum

qui firmiter statuit seruare mandata eius iuxta illud. Iuraui et statui custodire iudicia etc. Vel qui iurant in eo.

Sed quomodo iste iustus timet cum scriptum sit Iustus quasi leo confidens absque terrore erit et iterum Non timebit cum venerit estus tribulationis. Unde dicendum non petit per hoc ut non timeat sed ut confirmetur ne timendo mortem cedat inimico.

ut sagittent in occulto, ut sibi videbatur, immaculatum agnum
illum sine macula in exodo prefiguratum. Subito sagittabunt eum
scilicet christum id est repente insidiose et non timuerunt. In quo magna
duricia cordis apparet, quod sine timore occiderunt eum, qui mor-
tuos suscitavit, quia non est timor dei ante oculos eorum. Et ideo
tamquam obstinati firmaverunt sibi sermonem nequam scilicet crucifige cru-
cifige, et illud: Reus est mortis, et expedit vobis ut unus ho-
mo moriatur etc. et hoc sibi id est ad malum suum, quia non domino sed sibi
nocuerunt dicentes similiter ad invicem: Sanguis eius super nos etc. Deinde
specificat qualiter arcum tetenderunt dicens: narraverunt id est disposuerunt
ut absconderent laqueos id est retia deceptionis quibus eum caperent, et
dixerunt in corde suo nequiter cogitantes: quis videbit eos, scilicet la-
queos, id est ita obstinate querebant mortem christi, quod nec deum scire pu-
tabant consilia eorum, dicentes: A proprio discipulo tradatur, a iudi-
ce occidatur, et non videbit dominus, nec intelliget deus iacob. Contra
quos dicitur ysaie: Ve qui profundi estis corde, ut abscondatis a
domino consilium. Scrutati sunt a falsis testibus iniquitates iniqua
testimonia, et sic nequiter scrutantes scrutinio id est querentes acerba
et occulta consilia defecerunt a veritate, quia nichil mali in eo
invenerunt. Sed tunc homo scilicet christus, qui non pateretur nisi esset ho-
mo, accedet sponte per passionem ad cor altum id est secretum et profundum
consilium divinitatis, passionem christi determinantis, nam volun-
tarie assenciens passioni perficit profundum consilium trinitatis
quo redimi debuit homo et tandem exaltabitur deus non
in se sed in mundo per cognitionem fidei. Sagitte parvulorum. Hic iam
deridet facta eorum et dicit plage eorum id est verba dolosa et facta
iniuriosa eorum id est persecutionum iudeorum facte sunt sagitte sicut casus
parvulorum, que nichil nocuerunt christo nisi tantum vestem scilicet car-
nem eius vulneraverunt, deitatem occidere non potuerunt. Et infirmate sunt
lingue eorum id est cassata sunt verba eorum contra eos id est ad verecundiam
eorum. Corrumpunt enim custodes pecunia quibus mandaverunt dicen-
tes: Dicite quia nobis dormientibus venerunt discipuli eius et
furati sunt eum. Sed infirmate sunt lingue eorum contra eos, quia
si dormierunt, quid viderunt? si nichil viderunt, quomodo testes fue-
runt. Sed christo post victoriam resurgente et ascendente visis miracul-

Moraliter sic. Te decet ymnus deus in syon
i. in specula contemplacionis, ymnus non uoci-
feracio cantus, non edificacio palaciorum, et
reddetur tibi uotum continencie, paupertatis
et obediencie in ierusalem i. in quiete sancte reli-
gionis. et ut ad te, ubi est hec
quies, omnis caro ueniat, salutis desi-
derio. Exaudi oracionem meam etc.

per predicatores ewangelii, et uisis apostolis hominibus rusticanis qui
loquentes magnalia dei miraculis confirmabant. conturbati sunt i. con
fusi. omnes iudei qui uidebant eos, et inuidebant. et alii conturbati
sunt, ad contricionem pro peccatis suis, qui dixerunt: Viri fratres, quid faciemus
et timuit deum omnis homo, sapiens utens racione, quia timor
domini est inicium sapientie, quibus omnibus apostoli annunciauerunt predi
cando, opera dei s. incarnacionem, passionem, resurreccionem et ascen
sionem, et ceteras miseraciones dei. et facta eius intellexerunt, s. cur
passus sit, cur de cruce non descenderit, ad insultacionem iudeorum
quia mori debuit et resurgere, quod tunc non intellexerunt quando
factum est, et hec audiens iustus letabitur in domino, qui falsitatem
destruxit, aduersitatem uicit, ueritatem publice declamauit
et sperabit in eo firmatus in fide. et laudabuntur adepta gloria
non solum apostoli, sed eciam omnes recti corde. quibus per omnia
placet deus, de quibus supra dicitur et gloriamini omnes recti corde.

Te decet ympnus deus in sion. Intendit nos consolari
in hoc exilio, ne quis desperet de gloria dei. Quasi igitur
de babilonia spirituali, et suspirans ad ierusalem supernam
dicit, O deus, te decet ympnus quem cantat, qui uere deum amat
in sion i. in patria celesti. q. d. illos decet laudare te qui
uel mente uel re sunt in syon. Non enim est speciosa laus in ore pec
catoris. et tibi reddetur uotum in ierusalem i. soluemus ibi clare laudan
do, quod hic uouemus deuote seruiendo. Ibi omnis caro i. homo
ex omni genere s. pauperes, diuites, femine et uiri, docti et indoc
ti, pueri et senes, ueniet ad te. qui primicias de carne nostra
tulisti. hec est nubes leuis super quam ascendit dominus ut ingre
deretur egiptum, et ut et ego ad te perueniam. Exaudi oracionem
meam. et uere est, quia verba iniquorum s. dyaboli suggeren
tis, eue suadentis, ade excusantis culpam inobediencie
preualuerunt super nos i. preceperunt nos in hoc exilio. Vbi
originali peccato inficimur, ad uenialia trahimur, ad mortalia
inclinamur, a gloria excludimur. Sed et impietatibus nostris, quibus
sic immersi sumus, tu deus clemens propiciaberis, penitentibus ueniam
tribuendo, Et beatus est ille quem elegisti, per graciam preuenientem
et assumpsisti per graciam conseruantem. Racio quare beatus, quia

inhabitabit. usqꝫ eiciendus. in atrijs tuis. i. in ecclia īrlm

Unde iusta. Btus qui hītat in domo tua dne. Ibi. replebi

mr. usqꝫ ad summū. in bonis dom9 tue. irlm celestis. vn̄ ō.

Saciabor cū apparuit gl̄a tua. et que sūt bona illa. specifi

cat cum subinfert. scm ē templū tuū. i. caro xpi. cui9 bonis

replebimr. quia de plenitudie eius accepim9 unusi. qd templū

est. mirabile inequitate. quia unicuiqꝫ ordinat in patria

iuxta merita sua. Vel sic. scm ē templū tuū. in se. et mira

bile inequitate. quo ad pxim. Animatus igr tam delectabilib9

bonis. postulas dr. o deus. qui es. salutaris tu9. i. ihs. ad

te omis caro veniet. exaudi nos. tu qui es. spes omn̄ fini

um tre. no tm iudee. vel affrice. et etiā es eorum. qui sunt

longe ī mari. ad lram. vel in hoc seculo. qui longe sūt a

salute ppter picula mūdi. vel qui sūt longe adeo. ī ama

ritudine pcti. et ita deus est spes bonorum iam consorum. et

malorum adhuc contendencium. et sic ē spes omn̄ finiū tre. Et

hoc ondit. quō sit spes omn̄ et dicat. Tu ppe. Accinctus

potencia diuinitatis. pparās mōtes. i. aplos. et pdicato

res. Et hoc non in sua. sed in virtute tua. eis data. quib9

dedit. maiorē auiditatē pmo in vincendo. claritatē intellige

cie in cognoscendo. firmitatē paciē in sustinendo. altitudinē

meditacōis in contemplando. leporositatē facundie in docendo.

grauitatē morum in conuersando. et tu es qui p eos conturbas.

ad priam. pfundū maris. i. pctores. qui sūt in pfundo ama

ritudinis mundane. et tu conturbas ad priam sonū fluctuū

eius. i. rebelles sonātes contradictōe. et fluctuātes psecucōne.

Vel sic. Pparans mōtes. etc. i. qn̄ pdicacō instaurat. et veri

tas clamat. Tūc mūdi amatores xpi psecutores turbant.

fremunt. et fluctus suarum psecucōnū erigunt in sblime. De

inde idem repeat aptius. d. turbabunt. p ptās suas gētes.

i. infideles. ul' mali ppriam. gentilit vīuetes. i timebunt

futurum iudiciū. et illi. qui hītāt terminos. i. demones. qui sūt

in terris. nō celum. ad quod venire nō pnt. et terram quā despi

ciunt. etiā visa fortitudine pdicatorum. timebūt. a signis tuis.

i. miraculis que fiūt p pdicatores. Vel sic. Timebūt demones

o.i. pus ecclia in store ipa est. scm templum.

aligmis tuis .i. crucem et cetera insignia xpi passionis et
nomine virginis Marie. Exitus matutini. ad intellectum huius
nota quod matutinum est prosperitas, vespere adversitas, et hiis tem-
tatur genus hominum, sed datur ei exire inde, ne letis capiatur
ne diris terreatur. Deus enim xpus qui est divinitas in istorum et ipse
est exitus in delectabilis, qui concepsit leta et assumpsit
dura, et est sensus: Exitus matutini et vespere .i. prosperitatis
et adversitatis delectabis .i. delectabiles facias. Si enim hominem
exitus non delectat, non laborat inde exire, sed capitur letis
cui non placet promissio xpi, et terretur adversis, qui non amat
illum qui pro eo dura voluit pati, ut faceret delectabilem
exitum ei. Et hoc facies per talem modum. visitasti terram
.i. terrenos per tuos missos apostolos et sequaces eorum, tamquam nubes
roridas undique discurrentes, et inebriasti eam spiritu sancto et multipli-
casti locupletare eam .i. multis bonis tuis ditasti eam. Ex hoc
ergo. Flumine dei .i. apostoli et primitiva ecclesia, qui immediate
fluxerunt de fonte xpo. Unde genesis. Fluvius egrediebatur de loco
voluptatis. illud flumen repletum est aquis .i. spiritus sancti donis
et doctrinis, ut possit habundanter influere aliis, sed hoc non est ab
homine, sed tu ipse. parasti cibum illorum .s. gratiam virtutum vel intelli-
gentiam scripturarum, quibus reficiebas eos, et per eos sequaces eorum
vel cibum illorum dicit corpus dominicum quo nutritur ecclesia et nu-
trietur usque in fine et audacter affirmo. quoniam .i. pro certo ita
est preparatio eius .s. solius dei. Nullus enim dat intellectum nisi deus.
Nullus gratiam virtutum nisi deus, et ipse dedit sub speciebus panis
et vini corpus et sanguinem suum. De quo. parasti in dulcedine
tua pauperi deus. Et illud ysaie. Cibabo te hereditate David
patris tui. Deinde pro militanti ecclesia oratione subinfert dicens. Sicut
illos primitive ecclesie sanctos replesti copiosis aquis gratiarum, sic
inebria dignanter gratiam spiritus sancti copiose infundendo in
rivos fluminis tui. rivos eius .s. fluminis .i. sequaces eorum et multi-
plica genimina eius .i. filios ad fidem conversos. Sicut primus crescebat
bat numerus credencium, et de misericordia tua domine ecclesia militans germi-
nans .i. novos filios pariens .s. virgines et humiles. letabitur
spiritualiter in stillicidiis .i. in verbis doctrine. per scripturas plantis

Visitavit gratia, inebriavit misericordia, locupletavit virtutum habundancia.

vel ita. Rivos eius .i. modernos predicatores, qui procedunt de primis, in eadem gratia ut et sibi et aliis sufficiat et multiplica genimina eius .i. da successores, ne deficiat predicatio.

eius .s. filius .i. ecclesie primitive quia moderni xpiani tepe-
facti a caritate armant per ea que leguntur de antiquis Et post
hec benedices gratiam infundendo corone .i. collectioni fidelium
qui sunt pulcherrima corona anni benignitatis tue .i. tempore
gratie in quo mundum acquisisti. Iuxta illud. Apparuit benign-
itas et humanitas salvatoris nostri. et campi tui .i. homines fideles
equalitate iusticie planum replebuntur ubertate. bonorum operum
Vel secundum glo. ordi. benedices corone anni benignitatis tue .i. toti mun-
do ab adventu xpi usque in finem seculi et dicitur corona propter
vincentes dyabolum et hec corona dicitur anni propter totam vitam qua
continuavit in proelio et dicitur benignitatis quia non est volentis
neque currentis sed dei miserentis ne quis glorietur de meritis suis
et tunc post benedictionem pinguescent devotione speciosa deserti .i.
gentilitas que erat prius propter errorem deserta et infructuosa
sed modo speciosa per fidem. et colles .i. illi quos deus erigit
propter humilitatem accingentur .i. confortabuntur ad predicandum
et hoc in exultatione .i. cum leticia quia hilarem datorem diligit
deus arietes ovium .i. apostoli vel modo episcopi qui defendunt gre-
gem utroque cornu .i. novo et veteri testamento Vel utroque gla-
dio. materiali et spirituali qui hec faciunt. induti sunt. caritate que
est vestis nuptialis et valles .i. humiles ad quos confluunt
aque gratiarum. habundabunt frumento bonorum operum quia deus
superbis resistit humilibus autem dat gratiam. clamabunt predicatio-
cione. etenim ympnum .i. canticum leticie dicent in gratiarum actione
Unde quidam. Si clamat in ympno. habundat in frumento. hoc
audiant illi qui propter studium acquirendi dimittunt officium lau-
dandi qui si in ympno clamarent in frumento habundarent
Iubilate deo omnis terra psalmum dicite. Intencio monet ad leti-
ciam pro spe eternis dicat ergo. Iubilate deo .i. vehementer
exultate corde ad honorem dei. omnis terra .i. habitantes
terram. psalmum dicite .i. laudate opere et hoc nomini eius non
vestro. sicut faciunt ypocrite. date gloriam laudi eius non industrie
vestre. Iudei enim dant iusticia meritis suis et gentibus invident
quod gratiam dei sunt consecute Et non tantum laudate corde et opere sed
etiam ore dicite deo per confessionem laudis quam terribilia sunt opera tua
do[mine].

Vel sic de futuro Benedices corone anni benignitatis tue .i. finito la-
boris tempore quod venit ad
modum circuli sequitur
remuneracio ae-
terna ex dei
benedictione
non me-
rito
nostro.

Iubilus est gaudium quod
exprimi non potest
et taceri non
debet

·s· misteria incarnacois et redempcois, que possent dici amabilia, sed dicit terribilia ut timeas et ne psumas, quia gra dacta est humili, pt auferri supbo. Amabilia quidem st gratis, terribilia sunt ingratis. et hec opa tua sunt. In multitudine vtutis tue .i. multa sunt et magna, tm mentietur tibi inimici tui .i. peccatores, no timentes iudicia tua, qui nec soluunt pmissa, nec seruant mandata Illis g relictis cum mendacio suo, omnis terra .i. humiles de toto mundo, in locum mendacium substitutum. adoret te fide integra, et psallat tibi .i. laudet te ope, psalmum dicat alios docendo. et hoc. nomini tuo. o altissime. qui paulo ante humilis stabas inter mendaces. Deinde inuitat humiles ad considerranda opa dei. p que remissio gentibus, et repulsio iudeis declarat. Dicit g. venite. ex gentibus humiles, pcca relinquendo, et uidete .i. cognoscite. opa dei. in quibus est terribilis in consilijs suis. sup filios hominum .i. sup actibus eorum. de quo infra. Tu terribilis es, et quis resistet tibi. Quis enim non timeat q aliu ex gra saluat. aliu ex iusticia dampnat. Qui et angelos deiecit ppter supbiam, pmos parentes eiecit. ppt gulam homines multiplicatos, diluuio submersit. ppter luxuriam. Iudeos repbauit ppter inuidiam. diuitem in inferno sepeliuit ppter auariciam. Dathan et abiron terra operuit. ppt iracundiam. Seruum pigrum. in tenebras piecit ppter accidiam. Et specificat opa dei d. Qui conuertit. sua potencia. mare .i. amaritudinem mundi. in aridam .i. in stabilitatem quietis. Vt patet in Job. Thobia et martiribus. in flumine .i. in volubili successione mundi. Vel in fluxu instabili. mundane varietatis. ptransibunt adiutorio dei. pede. sicco .i. affectu. no infecto. Vn cant. Aque multe. no potuerunt extinguere caritatem. Et cum p transibimus maris picula. et mundi flumina. ibi .i. in quiete eterna. letabimur in ipso. quia ipse erit omnia in omnibus. Qui dnatur in virtute sua. no in aliena. quia omnis vtus et ptas a sua est. in eternum. quia ptas eius. ptas eterna. Dan. Oculi eius. scilicet clari ores. sup gentes. credentes respiciunt. quia respectus eius in electos illius. Isti sunt oculi. quibus respexit petrum, mathm et magdalenam. Sed. qui exasperant. deum. contempnendo

·n· q mendacium est geminus ps... hm noie meda...

fidem. ut iudei obstinati. non exaltentur. per legis observationem in semetipsis. sibi iustitiam. sicut ille phariseus asscribendo. vel sic. Qui exasperant. peccando. non exaltentur in semetipsis. peccatum defendendo. Igitur vos gentes. i. ex gentibus fideles considerantes. tam magnificum et beneficum dominum. benedicite. i. laudate. deum nostrum. non solum in corde et in cubilibus vestris. sed auditam facite. i. ut alii audiant. vocem laudis eius. et ut alii audientes alios doceant laudem dei. Iuxta illud. Qui audit dicat veni. Qui posuit animam meam. cum esset per peccatis ad mortem deducta. ad vitam. i. qui potest mortificare et vivificare. et dedit eam inse. vel. ad vitam. i. ad se ipsum. qui est vere vita. et inde. sicut iumentum ad presepe. sumat per se quod vult. et non dedit. amodo ab illo statu. in commotionem pedes meos. i. affectus meos. quia quibus deus semel gustum donat dulcedinis sue. amodo nichil separat eos a caritate dei. nec gladius nec cetera. Quoniam probasti nos o deus. quos posuisti ad vitam. probasti dico scilicet tribulacionibus non precipitasti. igne. adversitatis. nos examinasti. non in cinerem vertisti. sed a sorde purgasti. sicut examinatur. i. purgatur. argentum. non sicut ferrum. quod omnino comburitur. Deinde tribulaciones. quibus purgatur. specificat dicens. Induxisti nos. i. induci permisisti. in laqueum. i. in cathenas. vincula et nexum. quod patet in martiribus. non ut capti moveamur. sed ut liberati inde exprimamur. laqueus iste. non decipit. sed probat. posuisti. i. poni permisisti. tribulaciones. i. flagella. in dorso nostro. ut male erecti per superbiam. ad humilitatem curvemur. inposuisti. voluntate tua homines. i. tirannos occisores. super capita nostra. ut nos occidant. et sic de tua ordinacione. patimur superiores. quos scimus esse peiores. et sic in tantis tribulacionibus. transivimus celeriter. non remansimus per ignem. adversitatis. et aquam. prosperitatis. et post estum tribulacionis. eduxisti nos per mortem. in refrigerium. i. in requiem eternam. ubi absorbebitur mors in victoria. ubi absterget deus omnem lacrimam ab oculis sanctorum. Et tunc post labores. sudores. et dolores. introibo. actu. per portas mortis. Ecce refrigerium. bona sequentia. tot mala precedentia. in domum tuam. futuram. in olocaustis. i. in bonis operibus. totaliter igne caritatis et

¶ Argentum in igne liquefit et purgatur et tunc in vas formatur. Sic iustus liquefit tribulacione ad orandum. purgatur ad placendum. In vas formatur ad ministrandum.

¶ Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores. Unde augustinus. Quod lima ferro. quod fornax auro. quod virga grano. hoc confert tribulacio iusto.

¶ Ignis adversitatis urit. aqua prosperitatis corrumpit. vas in igne solidatum aquam non timet. Sic et si tu igne adversitatis excoctus per aquam prosperitatis non resolveris et tunc operibus hic et ibi refrigeraberis.

paciẽtie incensis. unde infra. euntes ibãt et flebãt mittẽtes
semina sua. et illud. nõ apparebis in conspectu dñi vacuus. et
tũc plene. reddã tibi vota mea. i. gr̃ar actione et laude.
vel vota mea. i. meipm̃ quod pmisimus in bapt̃ismo. que distin-
xerũt. i. distincte et districte pmiserũt. labia mea. unde si
vovisti deo, ne moreris redde. displicet enim deo stulta et
infidelis pmissio. Stulta contra eos. qui nesciunt quid pmittũt
implere nolũt. et talibus dicitur. Ruina est hoĩ devotare sc̃os
et post vota retractare. Et etiã. reddam tibi illa vota. que
os meũ locutũ est. p pmissione. in tribulatione mea. contra
illos qui dicũt. se nõ teneri ad vota. que in tribulatione pmi-
serũt. Unde Jone. Timuerũt viri. timore magno dñm. et immo-
laverũt hostias. et voverũt vota. holocausta. q. d. pmittẽdo
locutus sum. offerã tibi olocausta medullata. i. meipm̃
cũ medulla intimi amoris. cũ incẽso affectũ. i. cũ mactatione
supbie. vane elationis. offerã tibi boves. i. motus avaricie
mundane negociationis. cum hircis. i. motibus fedis luxurie.
Item arietes sũt prelati. qui sũt duces gregis divini. boves
predicatores. qui colũt terram bone exhortationis. hirci pre
fetore luxurie peccatores. que tria ecclia offert dño. sicut est
preceptũ. Venite in. venite et pfidem. gentes qui timetis deũ
p dilectionem. audite. intente. narrabo. aperte. quãta fecit deus
anime mee. quia sic faciet etiã aĩe vr̃e. Ad ipsum. nõ ad idu-
lum. ore meo. pprio. nõ vicario. clamavi. orando. et exulta-
vi. sub lingua mea. i. in corde. quia post devota oracionem
quandã hilaritatem cordi dñs infundit. Si. aũt. aspexi. i. dilexi
iniquitatẽ. quantũcumque. in corde meo. nõ exaudiet dñs. Juxta illud.
Nos scimus quia peccatores deus nõ audit. et hoc est verum quamdiu
stãt in peccatis. Sed quia iniquitatẽ in corde non aspexi. prop-
terea. exaudivit deus. quia munda est oro mea. et attendit vo-
ci deprecationis mee. ecce bona que fecit anime mee. quia
intendente intendit deus. deinde grãs agendo concludit. d.
Benedictus deus. hec benedictio est grãrum actio. qui nõ amo-
vit orõnẽ meã. a se reprobando. et miaz suã. nõ amovit
a me. unde. Si nõ est amota oro. securus esto. quia nec mia.

Clamat ad deũ vel adoratores. clamat p deo veri predicatores. Clamat contra deum falsi expositores.

Aliqñ enim deus orõm piat et nõ orãtẽ. ut pz de paulo. aliqñ oroz recipit. et orãtẽ piat. ut demones petentes se mitti in porcos. aliqñ utrumque piat. ut illi quibus dicitur. non novi vos. discedite a me operarii iniquitatis. aliqñ utrumque recipit ut hic.

que si aliquando differt quod dandu est, no tn aufert. Unde
sine intermissione est orandu, quia oro est scutu, et stult
est qui durante bello pi[c]iat scutum. Milicia enim est vita
hominis super terram. Sequit.

Deus misereat*r* tui. Intentoe monet ad laudem cu
orone, dicit g. deus misereat tui, miseria nram
amouendo, et bndicat nobis, bonu gre conferendo.
illuiet vultu suu sup nos. i. ostedat nobis pater filiu suu
qui est vultus pris, et splendor glorie sue. Non en est vultus
eius sine lue, quia dicit illuiet &c. sed petit q illud lume
quod est, reuelet sup nos. i. nobis. Vel sic. illuiet p sapi
encia vultu suu. i. ymagine suam impssam nobis. Ut nos
ne racio. uel ymago dei in tenebris ignorancie iaceat excecata
et misereat nri in bonis conseruando, quia bonu cito pdit, qd
a largitore no custodit. Ecce finit ibi ubi incepit, quia mia
incipit pueniendo, mia illuiat dirigendo, mia concludit conserua
tum consumando. Ut cognoscam illuiati viam tuam. i. xpm
filiu tuu, qui est via veritas et vita. in terra. i. in hac vita te
nebrosa. Et cognoscam in oibus gentibus salutare tuu. i. os
homines saluatos p xpm. qui est vera medicina. Un ys. dedi
te in lucem gencium, ut sis salus mea, usqz ad extremu terre. post
q aut cognoverit os gentes salutare tuu p fidem. Tunc peto, q
confiteantur t. o. deus. ppli. p confessione laudis, et graciarum actionis
et no solum aliqui, sed oro. confiteantur t ppli os. ut impleatur id
dan. vii. Omes ppli tribus et ligue seruient ei. et post confessi
one istam, que no est penosa, letentur corde. et exultent corpe
gentes. pter suam redemptone, conusione et conseruacone. quia
qui confitetur p fidem, debet letari p spem. quoniam tu deus iudi
cas populos in equitate. p meritorum qualitate. et illa equitas no est
timenda bonis, quia modo dirigit illos. Unde addit. Et in terra gentes in
terra. i. in vita psenti. dirigis. ad eternam vitam, exemplo, doctrina
et gracia. Et pterea s. pter illuiacoem et directoem. confiteantur tibi
ppli deus. et hoc repetit. confiteantur t ppli omnes. innuens q confessio
peccatorum, vel etiam laudis et graciarum accois debeat esse frequens. quia semper
peccamus, semper confiteamur. semper dona percipimus semper laudemus.

vel racionem nram

Et tripliciter e cognitio. xpi. pa. naturalis, que e p racionem et sapiam, secunda gratuita que e p fidem ad huc minus pfecte, tercia gloriosa p spem in patria que erit pfecta, quando tunc cognoscam sicut et cognitus sum.

¶ vel terra .i. homo dedit fructum suum .i. bonam operationem.

et gratias agamus, quia et terra .s. ecclesia ex gentibus, que prius
spinas generabat, accedente vocatione divine maiestatis, spinas
eradicante et gratia compluente dedit fructum suum. tricesimum in
coniugatis, sexagesimum in continentibus, centesimum in virginibus. vel terra
.i. maria. dedit fructum suum .i. genuit xpm. ista terra beata genuit
florem, qui de se dicit. Ego flos campi et lilium convallium, non dicit
flos orti, ne conclusus videatur, sed campi, ut ab omnibus libere ca-
piatur et odoretur, ne quis quasi amodo audeat dicere cum propheta Vere tu
es absconditus. Et quia terra non ex se, sed ex deo benedicente dat fruc-
tum, ideo ut fructificet, orat .d. benedicat nos deus pater, bene-
dicat nos filius, deus tercius benedicat nos .i. multiplicet. deus
spiritus sanctus. Ecce trinitas expresse declaratur in tribus personis
et personarum unitas exprimitur cum subinfertur et metuant eum
omnes fines terre. Ad quid valet benedictio dei, ad metum
quia timentes benedicuntur et benedicentes timent, non sicut servi, sed sicut
filii, qui timent offendere beneficum patrem. Unde ps. Ecce sic benedi-
cetur homo qui timet dominum. Qui timere non vult, amare non desinit.

Exurgat deus et dissipentur inimici eius. Agitur hic de exaltatione
xpi et ecclesie, hic et in futuro, et de ruina et de eiec-
tione inimicorum, ut terreat malos et letificet bonos.
Dicit ergo sic. Exurgat deus .i. xpus resurgat a mortuis et
confidenter dicit propheta Exurgat, quia scit esse futurum. et dissipen-
tur inimici eius .s. iudei per totum mundum, qui dicuntur inimici, quia
propter amorem mundanorum minus amaverunt deum. et fugi-
ant concussi terrore. a facie eius .i. a presentia eius, non loco
quia deus est ubique, sed affectu amoris, sicut cayn et
hec illi, qui oderunt eum .s. pertinaces in malo. Et non tantum
fugiat, sed etiam deficiant. sicut deficit fumus, qui quanto altius
extollitur, tanto plus evanescit, quia tunc iudei qui oderunt
xpm, evanuerunt a statu suo, quando se contra veritatem elevaverunt.
et sicut fluit cera a facie ignis, ut patet in candela, ut qui
arderet mente, ardeant carne. Ab estu namque avaritie transibunt
ad estum iehenne, sic pereant peccatores iudei et alii impeniten-
tes, a facie dei iudicantis et punientis. De ecclesia vero et
de iusto homine sic exponatur. Inimici ecclesie vel hominis penitentis

sunt dyabolus qui nullorum possunt esse amici. Alii autem tirampni, et si mali sunt, possunt timore respectum dei recipere, conuerti et penitere, et deinde possunt socii nostri in celo, ut patet de multis qui fuerunt persecutores, et postea facti sunt feruidi amatores. Exurgat igitur deus, id est exurgere ecclesiam cum membris suis faciat, et dissipentur inimici eius, scilicet dyabolus et membra eius, et illi qui oderunt eum, scilicet Christum in membris suis, fugiant a facie eius, id est timeant et velint fugere eum, qui ubique est, et est grauis imperacio, ac si dicat, sic se habeant inimici mei, ut apparere nolint et fugere non possint. Vel sic. Dissipentur inimici dei, id est conuertantur exsurgente eo per gratiam, et qui oderunt eum, id est inimici contradictores, fugiant per confusionem a facie eius irata ad eum placatum, quia aliter ab eo fugere non possumus nisi ad eum per penitentiam conuertamur. Sicut deficit fumus deficiant mali, id est a peccatis quiescant, et sic pereant peccatores per penitentiam et confusionem a facie dei misericorditer respicientis. Sicut fluit cera a facie ignis, ut lacrimis duricia cordis eius soluatur, ut amodo non recordetur deus peccatorum in sempiternum. Unde prouerte impios et non erunt, scilicet impii, sed pii. Et sic tandem iusti, id est per gratiam dei iustificati, epulentur, id est degustent diuine bonitatis dulcedinem hic imperfecte, sed in futuro plene et perfecte, quia tunc capiet aquas per uite meritum vasa dilatauerint, et exultent non per vanam iactanciam ut hic coram hominibus, sed in conspectu dei qui aspicit sine errore, et delectentur sine fine in leticia sempiterna, que eis erit in Christo. Cantate: excitat fideles ad laudem pro tantis donis et dicit Cantate, id est laudate mente unicedo (?) deo, quia ille deo cantat qui deum super omnia amat. psalmum dicite, id est bonum operamini nomini eius, id est ad honorem nominis eius, et sic iter facite ei, vestra corda per humilitatem, et aliorum per predicationem preparando, ei, inquam, qui ascendit super occasum, id est mortem superando, et gloriosus toti mundo innotescendo, dominus simpliciter, vniuersaliter, eternaliter, nomen illi est, quia dedit illi nomen quod est super omne nomen, et illud est in quo solo oportet nos saluos fieri. Igitur exultate modo in spiritu in conspectu eius, id est in consideratione premii futuri, quod eternas penas presentes (?) superat et leues facit.

psalli grece operari (?)

¶ Isaias lxv°: Serui mei comedent et vos esurietis; serui mei bibent et vos sicietis; serui mei letabuntur et vos confundemini; serui mei laudabunt pre exultatione cordis, et vos contristabimini pre contristatione spiritus vlulabitis.

¶ Et quia secula erunt in illa epula etc. quia ueritas sine fallacia, caritas sine inuidia, iocunditas sine tristicia, saturitas sine fastidio.

Turbabuntur a facie eius ...
contra avariciam, paup[...]
contra luxuriam, potenc[...]

Ecce quibus mortuus est mundus, Christus assumit in filios, quibus vero mundus vivit per affectum, illis dicitur, ve vobis divitibus, qui habetis consolationem vestram.

[I]deo exultate, quia qui vos conturbat in mundo, turbabitur
a facie eius. tuus eius, patris orphanorum, q. d. non estis desti-
tuti ut mali putant, orphani sunt, quibus mortuus
est pater, mundus vel dyabolus, et mater concupiscencia,
et iudicis viduarum i. carencium consolatione seculi, quibus dicitur
Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. de talibus tamquam vi-
duis et orphanis facit sibi templum. unde et subdit, deus
est in loco sancto suo. in cordibus humilium, in quibus habitat, sicut
rex in castro, qui habitare facit. homines. unius moris in domo
i. unum sencientes humilibus consencientes, non alta sapientes, colligit
in unum locum ecclesie vel monasterii. ubi autem dissensio et contu-
melie. vel superbe opiniones, ibi non inhabitat, quia deus
pacis est, et non habitat nisi in quieto corde et humili. ipse
inquam deus pater orphanorum, qui educit in fortitudine sua.
cui similis non est in fortibus, qui facit magna et inscru-
tabilia. vinctos. funibus peccatorum. de quibus infra, disrupisti
vincula mea. etc. vel educit de limbo. vinctos. cathenis
inferni. in fortitudine sua. i. sue passionis, per quam alligavit
fortem. et abstulit spolia eius. similiter eos qui exasperant
deo contradicendo vel blasphemando et sanctos persequendo, educit
de via erroris. qui non tantum mortui sunt per opera mala. sed etiam
habitant in sepulchris, per consuetudinem, et obstinatorum peccatorum
qui fetent alios corrumpendo malo exemplo, etiam tales educit
de peccatis, et per graciam suam collocat cum beatis, ut patet in paulo
et pluribus aliis. deus fortis et potens. cum egredieris. i. appa-
res per opera tua. in conspectu populi tui. quem solvisti a vinculis
et suscitasti de sepulchris, quia alii non intelligunt, nec
considerant opera dei. scilicet incarnationis, passionis, resurrectionis
et ascensionis, nisi populus eius, qui sunt docti a domino. cum per-
transieris in deserto. i. cum gentilitate deserte et aride, per te et
tuos predicasti. Tunc terra. i. terreni. moti sunt. ad penitenciam
et celi. i. quia. celi. i. apostoli. distillaverunt. modeste et mansue-
te predicaverunt, et habuerunt hoc non a se, sed. a facie dei. i. ab
clementer respiciente. cuius benignus respectus implet gratia
et sapientia, qui respexit petrum et matheum. etc. qui dedit

Infirmamur cum temptamur, morimur cum consentimus, sepelimur cum obstinamur, lapide opprimimur cum pro peccato laudamur. unde laudatur peccator in desideriis anime sue.

Vincti sunt qui volunt ambulare et non possunt, sepulti autem qui nec volunt nec possunt et tamen deus per misericordiam suam illos solvit istos suscitavit, quia ei subest cum voluerit posse.

Apostoli dicuntur celi quia alti per contemplationem, concavi per humilitatem, rotundi per paupertatem quia rotundum corpus terram tangit in puncto tantum, clari per sapientiam, solidi per constanciam, influentes in inferiora per predicationem, tonantes per comminationem, fulgurantes per miraculorum choruscationem.

Tria expellunt de domo [...] fumus, stillicidium, et mu[lier] litigiosa. fumus est [...] nacionis ethnice, stillicidium predicatio doctrine, litigiosa mulier conscientia remordens, hec non sinunt quiescere homines in peccato.

legem in monte synay. a facie dei, qui regit. isrl. i. ppl'm suu
se videntē et amātem / de illis celis. s. aplis. seḡgabis deus
pluuiā. i. doctrinā habundantē de gr̄a sp̄us sancti. vollūta=
riā. s'cdm dei voluntatē, sine meritis nr̄is / quia voluntarie
genuit nos deus / v'bo veritat' / vel vollūtariā. qui vniuscuiusq;
informat voluntatē / ut sapiat ei bonū. quod figatū ē in
manna / de quo dr̄. sap. deserviens vniuscuiusq; voluptati / ad
quod volebat / hereditati tue. i. gentib; de quibus d'. dabo
tibi gentes hereditatē tuam / qui receperūt eā pluuia irrigatā
et ipa hereditas / infirmata est. i. agnouit se ee' infirmam ex
se vn̄ / cum oīa bn̄ fecerit'. dicite. serui inutiles sumus. Tu
vero. pp'ter humilitatē eius. pfecisti eam. Nam v'tus in humi=
litate pficit'. aīalia tua. i. fideles tibi subiecti ut aīalia /
de quib; infra. vt iumentū factus sū aput te zc. habitabūt
in ea. s. hereditate. i. erūt ipa hereditas / Sed vnde nobis
hec bona / vel quo merito. Ecce tu o. deus parasti. hoc. i. / ab
origine p'destinasti. paup'i. i. humili pplō tuo / qui cognoscit
infirmitatē et penuriā suam / et hoc nō suis meritis / sed
in dulcedine tua. qua das hoī / ut faciat bonū / nō timore
pene / sed amore iusticie. Sed p' quos fiet hoc / ecce p' p'dicatores
quibus dabit dñs v'bū. quo pascant' aīalia sua / sicut tibis
euāgelizātib;, ministris v'bi dei / qui p'dicabūt. v'tute multa.
i. magna cōstancia fidei / vel multis signis miraculo℞. Et ide
dñs qui dabit verbum. vz / deus pater. est rex v'tutū. angelica=
rum. et eciā anime in fusare / que v'tutes sūt eciā dilecti. filij
qui est dilectus s'cdm humanitatē et diuinitatē / de quo ipe dicit.
hic est filius meus dilectus / Et pp'ter hoc dicit'. bis dilci. vel dilci
hominibus / quia speciosus forma p' filijs hominum. Et dilci. angelis
quia candor est lucis et'ne / in quē desiderant angeli p'spicere /
Ipe deus pater / rex virtutū / dilco filio suo / dedit auctē diui=
dere. i. ad diuidendū. spolia. i. captiuos quos / tamq' spolia tulit
de manu amorrei / i. dyaboli. in gladio v'bi sui / et arcu passi=
onis sue / in qua se extendit ad modum arcus / vel diuidere
i. ordinare. distinguere spolia. i. captiuos. speciei domus. i. ad de=
corē eccl'ie militantis / in qua alios posuit doctores / alios /

Nota. q' alij p'dicabant cū v'tute mi=
raculo℞ vt petrus / cuius vmbra sana=
bat / alij ī cōstancia / vt
paulus / alij ī sapia vt
stephanus / alij in
mercede vt
ypocrite qui
vident lu=
pū et
fugi=
unt.

Secundum N. de lira. sic / Columba eccl(es)ia (penne ei(us) s(un)t v(ir)tutes
quib(us) levat(ur) ad celestia. / d(icit) (er)go sic Si dormiatis .i. q(ui)escat(is)
int(er) medios cleros .i. int(er) stat(us) eccl(es)ie militan(tis) et t(ri)ump(h)ant(is). q(uo)d
fit. q(uan)n v(ir)tut(ibus) ho(m)i(n)es bo(n)is t(em)p(or)alib(us) /
ut no(n) amittat eterna / s(ed) acq(ui)rant /
q(ui)a divicie s(un)t impedime(n)ta malis /
bo(n)is v(er)o s(un)t adminicula v(ir)tut(um). et sic
penne columbe erunt deargentate .i.
p(ro)b(us) vita ducet(ur) i(n) p(ur)itate (con)sc(ienti)e /
et posteriora dorsi. ubi penne copu=
lant(ur) .i. illi qui v(ir)tutes in se usq(ue) i(n)
fine(m) (con)s(er)vaverint / erunt in futuro
in pallore auri .i. i(n) caritate (con)su=
mata. /

evangelistas. in edificatione corporis xpi / s(cilicet) eccl(es)ie / Si dormia=
tis. Ad hu(iu)s v(er)bi intellectu(m) / singula v(er)ba sunt exponenda. colu(m)=
ba. est eccl(es)ia / de qua in cantic(is) / Una est columba mea / hec habe(t)
pennas .i. doctores / deargentatas .i. divini eloquii peritos. Un(de)
alibi. Eloquia d(omi)ni argentu(m) (et)c(etera). hijs pennis eccl(es)ia exaltat(ur).
q(uia) p(er) p(re)dicatione(m) fert(ur) in celu(m). posteriora dorsi. hui(us) columbe est
caritas / quia sicut in dorso / onera portant(ur) / ita caritas
omnia suffert / omnia sustinet / et in dorso ale (con)iungunt(ur) / et
ipsa caritas est. p(er) qua(m) omnis sarcina mandator(um) levis e(st) / in q(ua)
sola lex et p(ro)phete (con)plent(ur). Vel posteriora dorsi. s(un)t ultima
t(em)p(or)a eccl(es)ie / vel finis viventiu(m) q(ui) / que erunt in pallore auri / q(ui)a
q(ua)n(do) hinc exierint / sup(er) splendore(m) auri rutilabunt. Quamdiu en(im)
hic vivunt. argentu(m) sunt p(ro)pter eloquiu(m) p(re)dicationis / postea v(er)o
erunt aur(um) p(ro)pter plenitudine(m) caritatis / int(er) medios cleros
est modus loq(ue)ndi grecor(um) / in n(ost)ra enim lingua e(ss)et d(icen)d(u)m inter
cleros. Cleros enim grece sors dicit(ur) latine .i. portio in divi=
sione h(er)editatis / cleros (er)go sig(nifica)t duas h(er)editates / s(cilicet) t(er)renam
et eterna(m) / et sig(nifica)t duo testamenta / novu(m) v(idelicet) et vetus / inter
que testamenta dormientes .i. quiescentes / ab occupatione t(er)rena
(con)tempnam(us) t(er)rena(m) hereditate(m) / et expectemus pacie(n)t(er) eterna(m) /
anima qui t(er)rene ardent(er) inhiat / nu(m)q(uam) quiescit / sed cupidi=
tatib(us) p(er)multa agitat(ur) / Est (er)go sensus Sic fiet ut predixi
Si vos qui estis penne columbe deargentate .i. eloq(ue)ntes docto=
res eccl(es)ie. dormiatis. quiete (con)templando / inter medios
cleros .i. int(er) duo testamenta. scripturas ru(m)minando / et alios
docendo / Vel int(er) duas h(er)editates / v(idelicet) t(er)rena(m) et eterna(m) / illa(m)
(con)tempnendo / vel saltem no(n) nimis amando / ista(m) v(er)o paci=
enter expectando / tu(n)c ex hoc. posteriora dorsi ei(us). erunt. in
pallore auri .i. caritas eccl(es)ie erit / sicut aur(um) fulvu(m) / quod
est p(re)ciosum valde. Vel posteriora dorsi ei(us) .i. illi qui erunt
in extremis t(em)p(or)ibus / erunt in opib(us) p(re)mie pallidi / et caritat(e)
fervidi / et sup(er) auri valore(m) p(re)ciosi. D(u)m discernit. q(uasi) d(icat). Tu(n)c
a(ute)m p(re)dicatores s(un)t penne deargentate / portabunt columba(m)
in alta. D(u)m. deus pater rex. celestis. p(er) filiu(m) suu(m) / qui
ascendit sup(er) o(mn)es celos / D(u)m. in q(ua)n(tum) ille. discernit reges .i. doctores /

ordinando illuminando telis spiritualibus armando dividens singulis prout vult super eam .s. ecclesiam tunc ex hoc ipsi rectores per gratiam sancti spiritus et alii per eos dealbabuntur per remissionem peccatorum super nivem .i. inenarrabiliter et hoc in selmon .i. in umbra spiritus sancti que venit ex corpore christi . Selmon enim est mons et interpretatur umbra . et significat gratiam spiritus sancti qua obumbramur et protegimur ab incentivis viciorum carnalium et tunc discernimur et dealbamur . de qua gratia virgini dicitur Et virtus altissimi obumbrabit tibi . umbra enim fit ex lumine et corpore . lumen est verbum caro vero est corpus . accessit lumen corpori et verbum caro factum est . Et in eum credentes hac umbra protegimur que de corpore christi procedit de cuius plenitudine accepimus gratiam unusquisque . Deinde ad commendacionem huius montis subdens ait Iste selmon inquo et a quo plenitudo gratie est . et unde nobis umbra fit . et qui descendit regere est mons dei . altitudine vite . positus in vertice montium ad quem fluent omnes gentes . et est mons pinguis unde fluunt aque irrigue et suaves multiformium graciarum . de quo monte adhuc subditur . mons coagulatus propter carnem quam ex purissimis sanguinibus virginis coagulavit vel propter parvulos quos lacte tenerioris doctrine nutrivit . Ipse etiam est mons pinguis propter maiores quos pane solidioris doctrine pavit et habundanti devocione impinguabit . ut quid suspicamini montes coagulatos alios quoscumque comparantes christo . unde Io. qui de celo venit super omnes est quia datus est ei spiritus non ad mensuram sicut aliis sanctis . Alii enim dicebant Iohannem baptistam alii Helyam aut unum ex prophetis quos redarguit hic dicens Iste est solus mons in quo beneplacitum est deo .i. divinitati habitare in eo corporaliter et eternaliter .i. quia dominus habitabit in eo .s. per unitatem persone in finem .i. non temporaliter sed eternaliter quia verbum factum est caro . In quibus autem iste pinguis mons habitat per gratiam spiritus sancti currus dei .i. membra vel fideles ecclesie conformati unitate caritatis quos ad voluntatem suam moderatur spiritus sanctus quos ut currum ducit dirigendo in se finem ad locum destinatum . et ille currus est multiplex . decem milibus .i. ex innumeris populis Iuxta illud Vidi turbam quam dinumerare nemo poterat . qui .s. facti sunt

Et alia ad modum currus est coniuncta ex multis membris et talis et illo ex membrorum est mens soli deo innitabitur quod completi et iocundi sunt propter puritatem consciencie quam deus iussit dominus decalogum videlicet in monte Synay datum fideliter implere noverunt .

milia letantium. spiritualiter pro bono merito in re. et pro bono premii
in spe. et hoc habent ex eo quia dominus est in eis in sancto mandato
in syna monte dato. quod ad iuvamine gratia christi adimplerunt.
Quid enim prodesset mandatum si dominus per spiritum sanctum non daret
caritatem qua impleretur. Ideo igitur milia letantur. quia gratiam dei
non in vacuum acceperunt. Ascendisti quia currus est multiplicatus
sed quo audi. ascendisti in altum. super omnes choros angelorum
rediens unde descenderas. cepisti i. eripuisti captivitatem. i.
captivos qui tenebantur aput inferos. vel cepisti captivitatem
qui in potestate dyaboli tenebantur captivi per consuetudinem peccati.
Cepisti inquam feliciter. et currui tuo coniunxisti. de quo dicit petro.
ex hoc eris homines capiens. accepisti a patre dona in hominibus.
i. homines accepisti dona. quia qui salvantur in meritis christi
salvantur. de quo christus glorificatur et laudatur. Vel accepisti dona
a patre in hominibus distribuenda. et secundum hoc alia littera habet.
dedisti dona hominibus. quod fieri solet in triumphis. Cepisti
captivitatem i. utiliter. etenim i. quia erant non credentes deum
i. divinitatem inhabitare corporaliter dominum nostrum ihesum christum iuxta
illud. Non credis quia ego in patre et pater in me est. hos
inquam feliciter captivavit. et currui suo iunxit. Et propter hoc
propheta plenus spiritu letitie in persona ecclesie dicit. Benedictus
sit dominus deus pro triumpho quo nos a dyabolo liberavit. die cotti
die. i. iugiter. et deus salutarium nostrorum. i. salvator et libera
tor de multis periculis. faciet prosperum iter nobis ad se veni
endi. et loquitur de prosperitate spirituali. quia temporalis plurimos
a via dei detraxit. Et idem deus salutarium est. deus noster
quem colimus. et est deus salvos faciendi. i. qui vult et potest
salvare omnes sicut ipse dicit. Non veni ut iudicem mundum
sed ut salvificem mundum. et tamen non liberat a morte temporali
nec mirum. quia domini domini nostri est exitus ab hac
vita non alius quam mortis. Unde tradidit in mortem animam
suam. Vel sic. domini domini i. in manu domini est exitus i. perfectus
mortis. Et licet dominus occubuerit et mala prevaluerit. vertex
non tamen sibi erit iniquitas impunita. Sed deus confringet ut humiliet
ad primam sic. Vel in futuro detrudet ad tarthara. capita

Prosper dicit quia notum per fidem, certum per caritatem, iocundum per spem, rectum per prudentiam, mundum per temperantiam, placitum per iustitiam, tutum per fortitudinem.

·i· superbiam, timorem tuorum, vel auctores iudaice sedicionis,
vel auctores heresium, et confringet verticem capilli ·i· nimiam
extollentiam superbie, perambulantium in delictis ·i· perseverantium,
vel de vicio in vicium ruentium, vel pro vertice capilli notantur versuti,
qui quasi capillum perscrutari videntur, dum in inanibus questionibus
curiose se immergunt, hos etiam dominus confringet ·i· humiliabit,
de quo etiam subditur, dixit dominus ·i· ab eterno preordinavit, convertam
ad me peccatores ex basan ·i· confusione peccati, quia est
confusio adducens vitam, et est confusio adducens ignominiam,
et etiam convertam ad me dimersos in profundum maris ·i· eos
qui pre sollicitudine dimissi sunt in amaritudine secularis cu-
piditatis, que amara est nimis, ut factum est in matheo, pau-
lo, magdalena et latrone, vel convertam in profundum maris ·i· dabo
eis profundam contricionem pro peccatis, deinde convertit sensum ad
ecclesiam quasi dicat ad hunc finem facta hoc, o ecclesia, ut pes tuus:
·i· predicatorum ordo, qui te portat fidem tuam annunciando, coram
regibus et principibus intinguatur in sanguine inimicorum, si oportet
sustinendo, audi de pede, actuum, vas electionis est michi iste, ut
portet nomen meum etc., audi de tinctione sanguinis, ter virgis ce-
sus, semel lapidatus etc., et hic pes ecclesie est, lingua canum
que est meditinalis tuorum, non dyaboli, non detractorum, est facta ex
inimicis conversis ab ipso ·i· gratia dei, iuxta illud, quid habes
quod non accepisti, hee sunt lingue que lambebant aquas, quibus
gedeon devicit hostes, sequitur, viderunt scilicet canes conversi ex
inimicis ·i· cognoverunt, ingressus tuos o deus, primum ingressum
in utero sine corrupcione, secundum in mundum sine iniquitate,
tercium in celum sua virtute, quartum in mentem per inspiracionem, ingres-
sus inquam dei mei, qui me creavit, regis mei, qui me protegit
et regit, qui est in sancto quolibet per gracie infusionem, vel in sancto
scilicet corpore christi, de quo supra, deus in loco sancto suo, prelati, rectores
et predicatores ecclesie viderunt per cognicionem specialem, deinde in-
gredientem et habitantem in sanctis, illi inquam prelati principes existen-
tes coniuncti psallentibus ·i· bene operantibus, comitati inquam per humili-
tatem, sollicitudinem, et vite castitatem, in medio iuvencularum
·i· animarum novicie ad fidem vel amorem dei conversarum.

Basan interpretatur bruchus quasi totum consumit et
significat invidia, vel interpretatur pinguedo et
significat superbia, et hec duo ad paulum qui
ecclesie invidebat, et quia eam timebat.
Interpretatur siccitas et significat angustia
et refertur ad mattheum, et ad latronem.
Interpretatur etiam confusio et
significat luxuriam
et hoc ad ma-
riam mag-
dale-
nam.

tympanistriarum. i. psallentium et per carnis mortificationem deo servientium. In quo arguuntur prelati qui debent esse in medio subditorum carnem domantium. Unde Ecclesiastici xxxii. Factus sum in medio eorum tamquam si nutrix foveat parvulos suos. Vel sic principes. i. angeli prevenerunt nos monitionibus suis et ipsi coniuncti psallentibus. i. laudantibus deum et ipsi sunt in medio iuvencularum tympanistriarum. i. illorum qui recenter hilariter et sterne in abstinentia et mortificatione carnis laudant deum et propter hoc dicit iuvencularum non vetularum sterilitate. Pellis enim non sonat nisi post mortem animalis si tenditur moderate. Si autem nimis tenditur rumpitur. Sic est de carne nostra si tenditur discrete in penitentia bene cantat deo quia discretio est mater virtutum. Vos igitur domini conversi ex basan et principes coniuncti psallentibus benedicite deo creatori et domino protectori non in ludis non in conventiculis hereticorum et perfidorum non in una cum eis sed in ecclesiis que sunt iuvencule nova gratia decorate tympanistrie carnis abstinentia spiritualiter sonore benedicite inquam vos potati de fontibus. i. doctrina apostolorum qui sunt vocati ex israel ut essent fontes aque vive salientis in vitam eternam. Ibi. i. in ecclesiis est sonus magnus beniamyn. i. paulus natus ex tribu beniamyn adolescentulus. i. novissime assumptus apostolorum novissimus et ipse est in mentis excessu per altitudinem contemplationis vel propter raptum ad tertium celum de quo ipse dicit sive in corpore sive extra corpus nescio deus scit. Ibi etiam sunt principes iuda et principes zabulon et principes neptalym ad literam notantur apostoli de istis tribubus forsitan carnaliter orti. Sunt duces eorum. s. fidelium qui in ecclesia benedicunt deum. Sed magis in expositione nominum exposito convenit ecclesie. Iuda enim interpretatur confessio. zabulon habitaculum fortitudinis. Neptalim dilatatio que conveniunt principibus ecclesie. In martiribus namque prima est fidei confessio per quam quidquid acciderit per spem fortiter tolleratur et tandem bene finitur angustiis in premio latitudo sequitur caritatis. et est sensus principes iuda. i. confessio fidei principes zabulon. i. fortitudo spei princi-

Vel sic. Ibi. i. Tertium hoc fit. beniamyn. i. filius dextre. s. collocatus ad dextram fit adolescentulus sine peccati vetustate fit etiam in mentis excessu per dei contemplationem.

pes neptalym .i. dilatatio caritatis. Hec virtutes vel homines
habentes istas virtutes, sunt duces eorum .i. fidelium, qui in gremio
ecclesie continentur. Ut igitur hec fiat in ecclesia. O deus manda .i. offi
cium predicationis imponere virtuti tue .i. congregationi apostolorum, ut
ecclesia dilatetur, qui sunt virtuosi. Iuxta illud. Sedete in civitate
quousque induamini virtute ex alto, qui obedientes mandato
perfecti sunt, et predicaverunt ubique domino cooperante et sermonem
confirmante sequentibus signis. Et postea hoc. quod es operatus. et operaberis
in nobis per predicationem eorum. confirma. per gratiam consummationis. Vel
secundum augustinum. manda dando. confirma iuvando. Et tunc reges terre
offerent tibi soli munera. quod ad litteram patet de magis, qui
obtulerunt aurum, thus, et myrram. Vel reges .i. spirituales homines
bene sensus suos regentes, offerent tibi deo vero munera .i. de
vota laudis sacrificia. De quibus ysaias. Regnum quod non servierit
tibi peribit. Offerent inquam incipientes a templo sancto tuo quod est
in ierusalem, non illa materiali que occidit prophetas, sed spirituali scilicet
ecclesia, per totum mundum diffusa. Ad ut melius fiat. increpa
per tuos doctores feras arundinis .i. hereticos qui sunt sicut a
rundo leves et instabiles, et ad modum ferarum simplices de
vorant. ideo increpa. quia congregatio taurorum .i. conspiratio
indomitorum ac rebellium hereticorum est. in vaccis populorum .i. inter
eos qui sunt seductibiles et leves veluti mulierculae. stabi
les vero et graves non possunt seducere. Unde psalmus. In populo gravi
laudabo te. Et ideo deus permittit. ut illi. qui probati sunt argen
to .i. eloquio per predicationem et perfecte vite effecti. excludant .i. mani
festos faciant. eos .s. hereticos ad expugnandum. Sic probantur
milites. cum adversarios expugnant. Ne igitur grex tuus dissipetur
oro, non tantum increpa. sed etiam dissipa gentes .i. hereticos vel quos
cumque rebelles fidei. que bella volunt. que non correctionem sed con
tentionem intendunt, et dicit gentes. propter multitudinem pravorum quia
stultorum infinitus est numerus. et tunc tandem legati .i. predicatores reco
nciliationis. venient ad christum ferentes manipulos. ex egipto .i. ex tene
bris gentium, et ponit partem pro toto. et etiam ethiopia .i. gentili
tas conversa, ex nigredine peccati. deo .s. per fidem credens. preveniet .i.
confessione, manus eius .i. iudicii potestatem. Deinde post dilatationem

Bella volunt medici inter naturam
et morbum, advocati inter
homines et christi [?] spiritua
litas inter carnem et
spiritum, demones
inter homines
et de
um.

cetere mutant omnia regna ad laudem . regna terre . omnia
non tantum ethiopia et egiptus, cantate deo . puritate mentis et
psallite . veritate operis . domino . i . ad honorem domini, et ideo vi
detur repetere, psallite deo . i . bene operamini, ad honorem dei . qui
ascendit super celum celi . cuiuslibet contentivum, i . super omnem
creaturam, ad potiora bona partis, ad orientem . causaliter i .
ut oriri faciet in nobis, lumen veritatis . ecce . i . manifes
te in iudicio dabit . voci sue vocem virtutis . i . efficaciam resus
citandi omnes mortuos, qui prius sicut agnus coram tonden
te se obmutuit, sed tunc veniet in voce tube . Et propterea
date gloriam deo super israel . i . super omnes alios sanctos, qui tunc
erunt veri israelite . i . deum clare contemplantes . quia videbimus
eum sicuti est, magnificentia eius . eiudens . et virtus poten
tie eius . apparebit . in nubibus, i . in celis . qui veniet cum eo
ad iudicium . Unde, Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus
celi . cum virtute magna et maiestate . Et ysayas, dominus ad iu
dicium veniet cum senioribus populi sui, et tunc euidenter apparebit
deus mirabilis in sanctis suis . alios expectando, alios vocan
do, alios trahendo, iustificando et conservando, deus israel . i .
sanctorum suorum, dabit eis virtutem in anima . s . visionem sine obum
bratione, dilectionem sine imperfectione, possessionem sine amissione
In corpore autem agilitatem, claritatem, subtilitatem, impassibili
tatem, et hoc deus dabit plebi sue . et ipse solus novit, quan
tum sint, et propter hec omnia . benedictus deus s . a populo suo, qui est bene
dictus ante secula, in semetipso et ecce concludit psalmum per benedictionem domino .



SAluum me fac deus quoniam intraverunt .
Intencione monet ut habeamus oculos ad
xpisti passionem laborem ut mutentur
granum sinapis fustum minutum et asper
nabile quod obrutum in terra crescit
in magnum olus, xpistus est dominus noster
de quo dicit ysayas, Vidimus eum non habentem
speciem, neque decorem, qui tamen occupavit faciem terre, factus mons
magnus, qui in passione dicit . Saluum me fac deus . a pe
nis illatis, quoniam intraverunt aque . tribulationis usque ad animam

meam. tollendam. Unde ipse dicit. Tristis est anima mea usque ad
mortem. Sed hoc dicto Christus in se transformat membra sua .i.
membris suis dat formam clamandi, quibus amarus est tran-
situs mortis. Ideo quasi clamat ut sic clamet, ne cedat ingruenti
timore mortis. Infixus sum corpore in limo profundi .i. in medio
iudaice iniquitatis. et non est substantia .i. virtus evadendi pas-
sionem. vel non est substantia .i. stabilitas vite. vel non est in eis substantia
.i. non permanet in eo quod creati sunt. Omnia substantia dicitur hoc quod
a deo factum est. Unde in evangelio. Omnia per ipsum facta sunt .i. omnes na-
ture, omnes creature, que laudant deum, non quod omnia habeant spiritum
laudandi deum. Sed quia bene cogitata laudem pariunt.
quia ex consideratione creature impletur cor ad laudandum deum.
Omnia ergo et reptilia laudant deum, sed non avaritia et invidia
que non fecit deus. Fecit igitur deus hominem substantiam, sed quia in ea
non permansit declinando, non est in eo substantia .i. talis subsisten-
tia qualis a deo factus est. Ideo filius dei infixus est in limo
profundi .i. subdidit se iniquis usque ad mortem. Veni sponte
non tractus in altitudinem maris .i. in profundum amare tri-
bulationis. et tempestas .i. transitorius impetus demersit me.
in morte. Unde Jone .i°. Facta est tempestas magna in mari
et fit modo continue magna, que opprimit impium, maior que
opprimit iustum, maxima que oppressit dei filium. Sed tempestate non
obstante. laboravi virtutes operando, exempla vincendi monstran-
do, clamans sane predicando. rauce facte sunt fauces mee. pre amo-
ris et laboris magnitudine, sicut gallina propter amorem
pullorum suorum raucedinem incurrit. Vel raucus fuit quia a pau-
cis fuit auditus. ad similitudinem rauci, qui non potest a multis
audiri. defecerunt oculi mei in morte. vel oculi mei .i. apostoli
a spe defecerunt. dum spero in deum meum .i. prestolor misericordiam. et non
exercitus potentia, multiplicati. quod prius dixit. aque limus
altitudo maris, nunc apte dicit. Illi qui oderunt me gratis.
.i. sine merito. Iuxta illud. Odio habuerunt me gratis. multipli-
cati sunt. ut etiam discipulis cum eis esset, super capillos capitis mei
.i. innumerabiliter. Unde Job. In multitudine eorum consumitur vestimen-
tum meum .i. corpus Christi, et non tantum multiplicati, sed etiam

Homo de limo factus est, sed non de profundo limo .i. de corrupto, sed peccando factus est limus profundi .i. peccati quod ducit ad profundum desperationis et postea dampnationis.

cō fortati sunt inimici mei · q̄ p̄secuti st̄ me iniuste · et hoc est q̄d sup
dixit q̄ue · et apparet laus meritum et xp̄i in cause bonitate
nō in pene acerbitate · quia cā facit meritum nō pena · et sic
que nō rapui · peccando tunc · s · in passione · exsoluebā · p alijs
satisfaciendo · vn̄ · nō peccaui · et in amaritudinib; moratur oculus
meus · Ysa · dn̄s posuit in eo · iniquitates om̄ium nr̄m · adam enim
et eua · rapere voluerunt diuinitatē · et perdiderunt felicitatem
deinde in p̄sona mēbrorum dicit xp̄s · o · deus · quē nullū latet
secretū · tu scis insipientiā meā · i · meorum · et delicta mea · i · me
orum · que suscepi ad delendum · nō que admisi · fuit enim
delictorum susceptor · nō commissor · a te nō sunt abscondita · i · scis q̄
et q̄nta · sit p eis fc̄a emēda · vn̄ · ij · cor · v° · Eum qui nō nouerat
pc̄m · p nobis fecit pc̄m · i · hostiā p pc̄o · Insipientia p̄t dici p
ter defectū cognitionis fidei · delictum p̄pter defectū op̄is boni
Et solui p alijs satisfaciendo · oro te p̄r · dn̄e · hoi̅ · et dn̄e uirtu
· i · angelorum · cui nichil impossibile est · nō erubescat in me · i · nō
frustretur sua expectatione · qui cū desiderio · expectat te · remu
neratorē · p fidei labore · que sunt p me · vn̄ · b̄ · vniuersi qui te expe
ctant nō confundentur · et uidetur idem repetere · d · nō confundentur · insul
tationibus sup me · morientem in cruce · qui q̄runt te · o · deus isr̄l ·
· i · uidentium deum · h' · ideo dicit · ut qui diuinitatē eius · intueri
nō p̄nt · nō seducantur infirmitate eius carnali · Qm̄ p̄pter te · q · d
saluū me fac · q̄m ego in p̄sona p̄pria et mēbris meis · p̄pter
te · i · p̄pter uoluntatē tuā · cui paratus sum obedire · usq; ad morte
sustinui obp̄brium · uerborum iniustorum · s · uorax · potator uini
socius publicanorum · demoniū h̄ns · de quo aug' · felix miseria
cui' deus est causa · operuit confusio · sputorum et colaphorum · faciē
meā · hec aut obp̄bria et confusionē facit · oz · ut habeant me
bra xp̄i · inter eos · quibus displicet xp̄c · ne erubescamus
de eo · extraneus factus sum fr̄ib; meis · s · iudeis · Iuxta illud · filij
matris mee · pugnauerunt contra me · et nō tm̄ extraneus · sed
et peregrinus · qui cito ptransit · filijs matris mee · s · sinagoge
q̄m dixerunt · hunc nescimus unde sit · Vnde Jo · i° · In p̄pria uenit
et sui eum non receperunt · et quare hoc · Qm̄ zelus domus tue ·
· i · indignatio qua mouebar · contra eos · p domo tua · comedit

me .i. causa fuit consumationis mee et mortis. Vel zelus domus tue
.i. fervens amor quem habui pro domo tua corrigenda vel congre-
ganda comedit me .i. totaliter absorbuit me, quia a omnibus
operibus suis iustitia et veritas resonabat. et obprobria expro-
brantium tibi, sicut olim in deserto quando dixerunt: numquid poterit
parare mensam in deserto, et isti sunt dii tui israel. super me. Filium
tuum ceciderunt .i. effectum habuerunt. Unde Job xvi°. Aperuerunt
super me ora sua exprobrantes. Cadunt enim super nos mala que vi-
tare non possumus. et operui quasi quodam pallio tristitiae animam
meam .i. non exercui potentiam vindicando me. in ieiunio spirituali,
quia cibum non habui quem querebam .s. salutem hominis. Iuxta illud
meus cibus est ut faciam voluntatem patris mei, et ille cibus Christi est
salus peccatoris. et quia ieiunavi a cibis propter maliciam eorum non
incorporando eos michi, sicut nolui bibere fel et acetum ipsum
ieiunium factum est tamen in obprobrium derisionis et insultationis in cruce
et posui cilicium .i. naturam humanam penalem, peccatrici similem
vestimentum meum .i. operimentum divinitatis. et factus sum illis in parabo-
lam .i. irrisoriam. Iuxta illud. Job xxx°. Factus sum in derisum
et in exemplum coram ipsis, sic derident penitentes ab aliis. et
adversum me, pacientem innocentem, loquebantur irridendo et blas-
phemando bona putendo, qui sedebant in porta .i. in locis pub-
licis et conventibus civibus qui solet fieri in portis. et in me psal-
lebant .i. irrisio mea erat psalterium eis. Tren. Factus sum in de-
risum omni populo, canticum eorum tota die. qui bibebant vinum .i. illi
qui inebriabantur temporali voluptate. Ecce in eum convertitur cantus
qui prohibet vanos cantus. Predicit ergo passionem suam. inde
orta est fabula. Deinde insinuat doctor super celestis in se, quod in-
iuriis hominum non iurgiis sed orationibus est obviandum. Dicit ergo
licet illi murmurarent, ego autem dirigebam orationem meam ad te pro
mea glorificatione et pro illorum salute dicens. Ignosce illis pater quia
nesciunt quid faciunt. et quia ita ad te oro, exaudi o pater
quia tempus est beneplaciti exhibendi .i. reconciliationis congrue.
Unde ysa. In tempore placito exaudivi te. Et infra, quia tempus
miserendi eius quia venit tempus. In multitudine misericordie tue .i. in multa
misericordia tua, que est contra multitudinem iniquitatis nostre. Et quia

est tempus beneplaciti. ideo exaudi me. deinde post miam
subiungit de veritate. misericordie cum dimittit pcta / in ve
ritate aut reddit pmissa / quia vniuerse vie dni. mia et veri
tas. Eripe me. Superius de se dixit. infixus sum / hic in p
sona mebror suor loquitur. d. Eripe me de luto. i. de luteis
desiderijs. no rogo ut no senciam / sed. ut no infigar. i. ne me
te consenciam / et libera me ab hijs qui oderunt me. s. a demonib
et malis hoibus / ne inducar vel trahar ad pcti actum.
Sicut fuit illi / qui dixerunt susanne / consenti et commisce
nobiscum. et de pfundis aquar. i. libera me de obstinacoe
viciorum / quia pctor / cum in pfundum pctorum venerit contempnit
no me demergat. scdm spm. tempestas aque. i. mot impe
tuosus carnalis concupiscencie / nec me teneat puersa consuetudo
neque absorbeat me pfundum. p contemptum / neque urgeat. i. clau
dat. puteus. i. pfunditas pcti. sup me os suum. Unde si corde
no claudit puteus os suum. si tu no claudis os tuum / sed aperi
et confitere / et dic. De pfundis clamaui ad te dne. Et sic e cont
rario / claudit os suum sup illum / qui in pfundo contempnit / q a
mortuo / velud ab eo / qui no est perit confessio / Exaudi me
dne. no quia iusta est causa mea. i. mebrorum meorum / sz. qm
benigna est mia tua. subueniens in tribulacoe / no derelinquens
in temptacone. et respice in me. fragilem et humilem / oculo cle
mencie. no in pcta mea oculo iusticie / scdm multitudinem mise
racionum tuarum. qa infinitis aspectibus peccatoribus / miam impendisti /
et ne auertas faciem tuam. a puero tuo. i. a me filio tuo / qui sum
puer propter humilitatem / puritatem / et obedienciam / unde in
scriptura / seruus valde obediens / puer vocari consueuit / vel a
puero tuo. a quolibet sco / humili et obedienti. ne igitur auertas
ex indignacoe faciem tuam. i. presenciam gre tue. a puero tuo. i.
a creatura tua humiliante se. qm tribulor. penaliter in corpe
meo mistico. velociter exaudi me / non est quo tardes / p cessit
afflictio mea / sequatur mia tua. Deinde ex pte capitis subdit.
Intende anime mee pater meus / quia tristis est usque ad mor
tem / et libera eam. ab illa tristicia / p subsequentem resurrec
cionem / et eripe me propter inimicos meos. contendentes / si velint

¶ Eos qui ad pctm alios trahunt / deus
nimis odit. Sicut meretrix illa est
odibilis / que aufert / sponsum /
filios / hereditatem / et pulchritudinem
hoc facit pctm in aie. aufert
sponsum xpm / filios actus
meritorios. here-
ditatem glorie
celi pulchri
tudinem
gracie
spiritualem

Pfunda aqua gula / feruens luxuria /
congelata accidia / aqua frigida
auaricia / turbida aqua
iracundia / insipida
aqua inuidia.

corrigi, vel cōfundendos, si fuerīt obstinati. De corpe vō s.
Tu qui bonus es dn̄e, intende aīe mee, in tribulacōe paci-
enciā tribuendo, quia tūc melius liberat, cum paciēciam tri-
buit. Sic liberauit stephanū, et cetōs mr̄es, ꝓpter ini-
micos meos eripe me. quia pleq̄z sancti saluari tpalit
nō ꝓpter se, sed ꝓpter inimicos appetūt vt dum eos dō mira-
culose liberat, adūsarios eodem miraclō ad eīntate ꝑducat.
Sequit̄. eripe me. quia tu scis, qui michil ignoras, impꝑium
meū, ab alijs michi illatū, et cōfusionē meam, quia cōfu-
sus sum, et erubui. ꝑ̄ꝛemites em̄ mouebāt capita sua, et
reuerēciā meā, quā michi exhibebāt, yronice blasphemādo.
Aue raby. rē. Et idem de mēbris intelligit̄, quia sūt ludibria
et vbera expti. rē. in cōspectu tuo, i. in noticia tua. sūt oēs
qui tribulāt me. caput uel mēbra mea, et cor meū, i. vo-
luntas mea libera, expectauit, non fugit, nec fugauit
impꝑiū, vbor̄, et cachinor̄, et miseriam, illatam fr̄is
a quib; debet, recipe bn̄ficiū, ꝓpter doctrinā, et mie opa.
Vnde expectaui vineā, vt faceret vuas, fecit aūt labruscas.
et in tantis angustijs, sustinui, attendendo, qui simul
i. similit̄, cōtristaret̄, michi cōpaciēdo, et nō fuit, in tanto
ꝑsequtū meo. Juxta illud ysa. Torcular calcaui solus.
et de gē. v. n̄. e. m. circūspexi. et nō est auxiliator.
et notat hic crucifixores, quia aptī cōpaciebant̄. Con-
tristabant̄ em̄ discipli, et mulieres lamētātes, sed non
simul. i. similit̄, quia tristabāt̄ de carnali morte, q̄ neces-
sario futura erat, et nō cōtristabant̄, q̄ ceci medicū, et pec-
catores occiderēt saluatorē, et qui cōsolaret̄. vbo ul̄ facto
nō inueni. qui em̄ ꝑficit medicū cōsolat̄. hic em̄ dn̄s req-
rit cōtristacōm ꝓ pctīs, de qua cōsolat̄ deus, nobis cōgaude-
do. Juxta illud. gaudiū est in celis, sup vno pccōre pniam
agente. Et quia nō inueni simul tristes et cōsolantes. hoc
michi fuit fel amar̄, ꝓpter errorē, et acetū acre ꝓpter
obstinacōm, et hoc est quod sequit̄. et dederūt in escam
meā fel, nō in medicinā, sicut fecit thobias prī suo. Et
nō, q̄ nō dicit escam, sed in escam. i. sup escam. quia

dn̄s iam escam comederat, qn̄ pascha fecit cum discipulis, et hec esca est suauis, esca dulcis, esca vnitatis, de q̄ ap̄ls vnus panis, et vnū corpus multi sum⁹. In hac ergo escam dederūt fel amaritudinis, resistendo veritati, et hodie ꝗ̄uis peccat contemptor in celo sedentis. ꝙ qui abstulerūt vitam mēcū ambulantis, et quod tūc iudei hodie heretici faciūt scandala in ecclīa ꝗ̄nando, et in siti mea potauerūt me aceto, quod patet in ewn̄. Et dederūt ei vinū mirratum cum felle mixtum. Heu talem escam dederūt ei, qui dat escam omni carni et terrē. Recordare paupertatis mee, absinthij et fellis. Esca dei, qua nos nutrit, triplex est. Prima est doctrina sana, vnde infra. omnem escam abhominata ē aīa eorū. Scd̄a eukaristia, Sap. angelorum esca nutriuisti pp̄lm tuū. Tertia consolacō interna. Infra. Qui dat iumentis ⁊ humilib; escam ipsorum. Prima reficit scolares, scd̄a sacerdotes, tercia claustrales. Sed in prima ponūt fel, sciētiam corrūpentes. In scd̄a irreuerent' accedentes. In tercia dn̄o in tristicia seruientes. Similiter triplex est sitis xp̄i, sc̄z. redempcō generis humani, de qua supra. Currit in siti, scd̄a consilio redemptorum. Ioh. xix°. Sicio. Tercia pauperum sustentacō, m̄t. Sitiui et dedisti m̄ potū. In prima iudeus dedit acetū. In scd̄a piger ad conuersionē. In tercia om̄s amari. Seq̄. fiat mensa eorum q. d. p illa malicia, quā exercuerūt in xp̄m. mensa eorum. i. scriptura sacra, eis specialiter p̄lata, que figurata erat p mensam, xij. panes propositionum continentem, quibus ap̄li et magistri eorum sequaces signant', qui ī mensa iacent. i. semp̄ incūbūt in paginis theologicis, qui pati cuilibet poscenti reddere racōnem de fide et spe, vnde labia sacerdotis custodiūt sciēam, ⁊ legem ꝛc. Haec mensa, quia iciunii sit data est gentibus videntib; et inuidentib; oculis eorum, ad eorum singulare tormentū, hec mensa eis data, fiat eis, s. iudeis coram ipsis. i. videntib; oculis eorum. in laqueum, quo capiant' et rep̄hendant', vt qui lra alios stingebat, in ea obligati cadant, de quo p̄u. vj°. Illaqueatus es v̄bis oris tui, lege s. quā p̄dicabas, et in retribucōne. quia illis ablata.

et gentib data, malorum fuit retribucio, dum volentes in
ea epulari, spiritualiter intelligendo, digne ab ea repulsi sunt,
et in scandali dissensionis, quia pacis auctorem deserentes
rixas et prava studia sibi excitaverunt, vel in scandali, i.
ruina de peccato in peccatum, de quo ysa. viii°. Offenderunt ex eis
plurimi ut cadant, Et postquam ablata fuit ab eis mensa scrip-
turarum, tunc obscurentur oculi eorum, i. racio et intellectus, ne vide-
ant, i. ne agnoscant verum solem iusticiae, quia excecavit eos
malicia eorum, et dorsum eorum, i. affectum et voluntatem, semper
incurva ad terrena amanda et querenda, vel spiritualiter oculi
i. doctores, ut prelati, si fuerint per carnalia vel terrena obscura-
ti, ne videant clare prospicientes pericula, ex hoc dorsum i. sub-
diti, mox a sua rectitudine incurvantur, quia cum pastor per ab-
rupta graditur etc. Deinde ablacionem mense, post excecacionem
et incurvacionem, effunde, s. admodum fluvii habundanter, super eos
obruendo, iram tuam, i. effectum ire tue, s. penam, et furor ire
tue, i. vindicta velox et dura, comprehendat eos, qui fugientes
hic persequitur, sed ibi comprehendit, ubi fugere non licet, Furor
ergo comprehendit, cum illud evenit quod timebatur, Postea spe-
cificat, in quo iram suam effundet, et dicit, Fiat habitacio
eorum deserta, quod factum est ad literam, cum perdiderunt locum et
gentem, et non sit qui inhabitet in tabernaculis eorum, s. in templo et
regis pallacio, Sed quare hoc accidit eis, Quia quem tu percussisti,
passione et morte sine culpa, persecuti sunt crudeliter mala vo-
luntate, q. d. quod deus fecit ad bonum, hoc illi malo voto exer-
cent ad malum, et super dolorem vulnerum meorum, que sustinui in propria
carne, addiderunt persecucionem membrorum meorum, vel addiderunt
eciam blasphemiam, Et propterea appone, i. apponi permitte, graciam
subtrahendo, iniquitatem super iniquitatem eorum, i. vicium vicio, Ut
fiat eis illud apocalypsis, Qui sordescit, sordescat adhuc, et non
intrent in iusticiam tuam, i. in viam rectam, veniendi ad te, Dele-
antur propter obstinacionem, de libro viventium, i. de divina predesti-
nacione vel cognicione, in qua sancti scripti sunt ad vitam eternam,
sed quomodo scripti sunt, si deleri iubentur, quia nullus scriptus
deletur de libro dei, Respondetur, deleantur, i. deleti manifestentur,

quibus alibi dicet'/ Non novi vos/ et cu iustis no scri-
bant'/ nisi forte ad tempus in libro psntis iusticie/ de q
ps/ Et in libro tuo omes scribent'/ Deinde subinfert de
se. et de membris. D. illi sit. Ego aut su paup. tum di...
cem/ et dolens in passione qua dolores nros ipse porta-
uit. De mebris sit. Ego su paup. p cotemptum terreno-
rum/ de quibus dicit'/ Beati paupes spu. et dolens/ de
quibus mt. Beati qui lugent. Sequit' de capite et membris
salus tua deus suscepit me. post mortem/ ubi iam non
sum paup nec dolens/ quia sup omnia bona costituit eu
Ibiq3 totus xps costitut' d'. laudabo nome dei mei. scil3
ptris in memetipso/ et in mebris meis/ cu cantico. i. cum
mentis exultacone/ et leticia vocis/ de quo ysa. xxx.
Canticu erit vobis/ sicut sanctificate sollepnitat'. 7 mag-
nificabo eu in laude/ . i. magnu laudabo. Sic sca maria
Magnificat anima mea dnm. Et ista laus/ deo placebit
sup uitulu nouellu. qui in lege offerri pcipiebat'. cor-
nua pducete et ungulas. i. unius anni. Hic pdicit'/ re-
probacio sacrificior' antiquor' Vnde malachie iij. et place-
bit deo sacrificiu iuda. i. confitetis/ et isrl'. i. dem con-
templat'. Et notandu q nouellus vitulus/ cornibus
aduersariu pcutit/ et ungulis excitat terram. Ita noua
vita cornibus defensionis hereticu pcutit/ inimmie pe-
dum. i. affectu terrena cotultat/ et puluere excitat. i.
pigros ut pficiat monet. Sup huc vitulu nouellum
placebit deo laudacio/ et canticu in celo/ quia ibi nichil
erit quod timeat'/ nichil quod cotradicat spiritui/ nullus
erit/ qui excitari deberet. H. videat. i. credant. paupres
i. humiles et abiecti in hac vita. et letent'. i. spe gaudeat
qm deus paupes diligit/ eligit et ptegit/ et ppter hac
spem/ querite dnm. feruet' et simplicit'. Contempnere
eni terrena est iniciu querendi supna. et uiuet aia vra.
p eum/ quia ipse panis cofortans/ qui de celo descendit No.
q deus querit' studio sapie/ Requirit' ope pne/ exquiri-
tur humilitate obediencie/ acquirit' uirtute pseuerancie/ qu-

Aug'. Btam vitam queris/ in regi-
one mortis/ non est ita/
quomo eni erit
bea vita ubi
nec est
vita.

te dominum. Quoniam exaudivit pauperes dominus, id est humiles. Iuxta illud: ad quem respiciam nisi ad pauperculum et trementem sermones meos. Et vinctos suos, id est legibus suis constrictos, vel vinctos suos, id est penalitate ex sua sententia inflictas, non despexit, quin curam habens de suis liberandis. Et super hiis omnibus laudent illum celi, id est celestes, scilicet angeli vel apostoli, et terra, id est ecclesia de terrenis congregata, mare, id est gentes, vel ecclesia de gentibus ante in fluctibus errorum periclitata, et omnia reptilia in eis, id est homines peccatis monstruosi, heretices terrenis. Vel hec omnia ad literam laudant deum, scilicet celestia, terrestria et natatilia, quoniam hec considerata dant occasionem laudandi creatorem, et sic in hiis omnis creatura ad laudem dei invitatur. Mare et reptilia, id est peccatores gulosi vel luxuriosi et avari et alii deo rebelles, debent laudare deum, quia dat eis bona nature, bona fortune, et offert bona gratie, et promittit conversis bona glorie. Laudent etiam ex hoc: quoniam dominus salvam faciet syon, id est ecclesiam, extra quam, sicut extra archam, non est salus, et edificabuntur civitates iude, id est particulares ecclesie ad confitendum domino, et forum remanet qui confiteri non vult vel erubescit. Et humiles confitentes inhabitabunt ibi, scilicet in ecclesia militante per meritum, et tandem in triumphante per premium. Et habitabunt ibi, non quasi statim vel cito recessuri, et hereditate, id est iure hereditario acquirent eam, tamquam milites violentiam celo inferentes. Et semen, id est imitatores et filii spirituales servorum eius, scilicet patriarcharum et apostolorum, possidebunt eam, scilicet ierusalem, id est visionem pacis eterne. Et breviter concludens, non per singula dicit: et omnes, tam servi quam liberi etc., qui diligunt nomen eius habitabunt in ea, et hii semen servorum eius. Posset etiam exponi iste psalmus ut esset deprecatio penitentis vel temptati et loquentis more naufragantis, cuius navis perforata impletur aqua, qui in tribulatione positus deprecatur deum ut salvam faciat animam suam. Sequitur.

Deus in adiutorium meum intende. Intentione monet ut non in nobis, sed in divino auxilio confidamus. In persona cuiusvis iustorum et persequentes temptatores ait: O deus, qui soles iuvare, intende, id est respice, in adiutorium

meum. contra pericula / semper enim egemus adiutorio dei in tantis
periculis constituti / et quia considerat periculum in mora / consu-
dicit domine. qui potes / ad adiuvandum me festina. ita petit ac si
tardet mia / et crescant tormenta / Et hic versus ante omnes horas
canonicas dicitur / quia nichil sine dei adiutorio inchoare valemus
et multo minus perficere / et etiam ideo / ne dyabolus praevaleat temp-
tando in oratione / et confundat orantem. Sed potius illi. qui quae-
runt animam meam: vitam meam ad perdendum / sive intelligatur
de vita nature quo ad tirannos / sive de vita gratie quo ad dyabolum
vel hereticos / Tales ergo oro. ut confundantur tirannum et heretica con-
fusione cognitionis erroris sui sive peccati / quia est confusio adducens
vitam dyaboli vel confusionis dampnationis eterne. et revereantur
pene future timore perculsi. Vel confundantur de preteritis malis / et
revereantur de futuris / ut de illis doleant / et de istis caveant /
Avertantur. a malis suis / retrorsum. sequentes humiliter quem
prius superbe anteibant. qui volunt michi mala. id est persequuntur
me corde et malicia sua. Deinde subdit tertiam persecutionem / scilicet
oris dicens / Avertantur statim. id est sine mora convertantur a malo. eru-
bescentes. coram deo in contritione / et coram homine in confessione. illi
qui dicunt michi euge euge. adulando vel irridendo / Iam ter
monuit ad erubescentiam / propter peccatum / cordis / oris / et operis /
vel propter peccati vilitatem / propter peccantis ingratitudinem / propter
dei expectantis patientiam / Et nota quod euge sumitur aliquando comme-
datorie. ut ibi. Euge serve bone et fidelis / Aliquando applausorie
ut ibi. Non dicant in cordibus suis Euge euge anime nostre / Aliquando
admirative. ut ezech. xxvi. Euge confracte sunt porte populorum /
Aliquando derisorie ut hic. Aliquando adulatorie. ut ibi / Ferant con-
festim confusionem suam qui dicunt michi euge euge / Triplex est
modus persecutionum / Primus manu ut ibi / qui querunt animam meam
Secundus a corde ut ibi: Qui volunt michi mala / Tertius a lingua
adulante. qui est pessimus / quia plus nocet lingua adulatoris
quam manus persecutoris / De quo prov. Sicut igne aurum probatur / ita
vir lingua adulantium. Exultent. quasi dicat / mali erubescant / Sed boni
exultent. exterius in facie / et non sint sicut ypocrite tristes / et
letentur. interius in corde / et hoc. in te. non in delicijs / ut gulosi /

nō in diuicijs ut cupidi / non in honoribus ut superbi /
omēs generalit̄ qui querūt diligent̄ te singularit̄ et dicāt
semp̄ laudando sic magnificet̄ dn̄s · i · magnus laudet̄ / et hīc
laudatoe ille nō crescit / sed nos merendo p̄ficim̄ · Non enim
in se · sed in nobis dn̄s magnificat̄ / ut fiant sicut illa sancta
animalia apok̄ · iiij° · que nō habebat requiē nocte et die dicē-
tia · Scūs scūs scūs / et hoc faciāt illi · qui diligūt salutare tuū ·
i · xp̄m · de quo luce / viderūt oculi mei salutare tuū / Et
bēi qui diligunt corde / p̄dicāt ore / querūt ope / salutare
tuū · i · xp̄m / vel iusticiā eius / alios hortaris / ut mag-
nificet dn̄m / Tu vero quid facis / R̄ndens dicit · ego vō
egenus sū · q · egens alieno auxilio · et paup̄ sum · quia
carens p̄prio · et p̄pter hoc levo oculos meos ad deum / nō
ad mundum / nō ad aliquē hominem / et dico · deus adiuua
me · in mūdi p̄ssuris / in dyaboli temptatoribus / in carnis
passionibȝ / quia · tu es adiutor meus · in tot curis et anxi-
etatibus ad sustinendum · et liberator meus · ad euadendum
vel adiutor · in opationibus / liberator · in passionibus · dn̄e
ne moreris · sed ad adiuuādum me festina / quod in p̄mo
v̄su positum est / hoc in cōclusione dicit / quia tardum
videt̄ quod tā magno desiderio querit̄ / dn̄e ne moreris · i ·
ne michi tardum videat̄ quod anxie expecto / pacientiam
tribue / quia desideranti / tardum videtur ēē quod expc̄-
tat · ut patet in febricitante · et siciente · cui nimis tardi
videnť / licet sollicite p̄uideant / Sequit̄

Inte dn̄e sp̄aui nō cōfūdar · Intencō ps̄ est monere
ne in nobis falso p̄sumam̄ / sed pocius in grā dei
dicat ergo sic · In te et non in alio · sp̄aui · o · dn̄e ·
deus · p̄pter quod in priori ps̄ · oraui / ut ad adiuuādum
me festines / nō cōfūdar in etnū · cōfusione etnā · s̄ȝ pocius
hic erubescam / et hic confundar t̄palit̄ · q̄ simplicis de-
puter sempiternis · in iusticia tua · non mea sed tua · i · que
michi est a te · Vel · in iusticia tua · i · scd̄m quod iusticia tua
exigit · s · ut parcas humilit̄ veniā petenti / et hoc est quia
libeā me · a piculis · et eripe me · a p̄tate dyaboli et malis /

Dicit aug̃ sup̄ hūc locū cōfusi
est ī adā / recedite a deo et ac-
cedite ad x̄pm̄ · et sustinete
cōfusionē p̄ eo · et nō
cōfundemini in etnū
quia est con-
fusio addu-
cēs glaz
et ho
no
rē ·

Fides enim non decipit ·
caritas nunq̄ ex-
cidit · spes
non con-
fun
dit ·

locū munitū ista faciūt. amurus.
dētales, t'res. vigiles. tuba stucta
mos. ad' sapa. ubi machina fossa.
viri. amur' xp̄s. dētales angeli.
t'res doctores. p̄lati s̄t vigiles.
Tuba p̄dicat'. stuth' orō. mons
eminēcia vite. vt rigor disci'ne.
ubi lectiones et studiū. machi
ne ieiunia. fossatū cōfessio
q̄a detegit. et purgat t'rā
peti. Viri strenue
opantes nō
effeminati
vt ve-
tu-
le

desiderys. inclina ad me iacentem et infirmū. aurē tuam
i. miam. quia meritū meū nō attingit ad te. et hec uox est
hūilitatis. et salua me. ab infirmitate interiori. s. concupiscen
cia carnis. que cōtinue militat aduersus animā. de q° alibi d'.
Ab occultis meis munda me. esto m̄ in deū ptectorem. ne ad
me puenīat iacula inimici. et in locū munitū. vt in te tut'
sim. et nulla timeam. ut saluū me facias. ptegendo muni
endo. et dirigendo. de quibus. Iob. pone me iuxta te. et
cuiusuis manus pugnet contra me. qm̄ tu es firmamētū
meū. quia p te deum ptectorem meum. firmus sum contra
omēs temptatōes. et tu qui es. michi in locum munitum.
es refugiū meū. tutum. quia petra. i. xp̄s. refugiū erina
ciis. Vnde aug'. confiteor infirmitatem meam. timidus sum.
vt lepus. plenus sum spinis pccōrum ut erinacius. et ꝑpterh'
oro. Esto michi firmamētū dum pugno. et refugiū dū fugio
Deinde specificat. a quibus postulat eripi. d. O deus. qui es
meus. specialit' p grām. eripe me inter hostes cōstitutū. qui
nec pugnare scio. nec fugere valeo. de manu. i. de ptate. pccā
tis. i. dyab'i uel mēbrorum eius. s. tirānorum. ul' hereticorum. ne me
ad pccm̄ trahat. vel in pccō detineat. et ne me ad infernū de
ducat. Et etiā eripe me. de manu cōtra legem agentis. i. trāsgres
soris. sicut s̄t mali xp̄iani. et falsi f'res. qui fidē osculo non
seruāt. et iniqui. i. qui simplicit' malus. qui sine lege pec
cat. Quia duo sunt genera peccatiū. Vnū quod accipit lege
et nō tenet. Vt. Iudei et falsi xp̄iani. Aliud quod sine lege
peccat. vt pagani. Et spēō q eripies. Qm̄ tu. o deus es paci
encia mea. i. dator paciētie. et meus. spes mea. i. dator spei
a iuuētute mea. i. ex quo cepi spare et credere in te. Et nō tm̄
a iuuētute. s; etiam ab infancia mea. pfuisti michi. quia in te
i. in fide tua. cōfirmatus sum. nō infirmatus. ex uto. eccl'ie. in quo
prudimēta fidei cōcepim'. de ventre matris mee. in q° ad lum'
cepim' et nascim' filij ire. sed. tu es ptector meus. quia statim
parasti sacramēta. quibus renascim'. Vel venter dicit' eccl'ia
in qua cōcepim'. q̄n cōuertim'. Nascim'. q̄n bn̄ cōuersam'. crescā'
q̄n in bono pficim'. viri efficim'. q̄n ad pfectonē deuenimus.

Sed heu hodie cecia sit dicere illud Jere iiij. ventrem meum
doleo. et quia predicta bona michi contulisti, propterea in te non
in aliquo vanis vel in rebus caducis, cantacio mea .i. exultacio
vel delectacio. vel laudacio semper .i. in prosperis et aduersis. vel
hic et in futuro. Et est exultacio dei, in hoc dissimilis gaudio mun
di, quia cito deficit saltem in morte. De quo Gregorius. Iustum est
ut in se deficiat, qui relicto vero gaudio, in se gaudia quere
bat. Et ex hoc quod per fidem in deo gaudebam, factus sum tanquam
prodigium multis. quia multi sunt stulti, qui michi insultant
deridendo quod videlicet credo, quod non video, et vias eorum respuo.
Sed et hoc sustineo et possum. quia tu es adiutor fortis
Iuxta illud. Omnia possum in eo, qui me confortat. Et si deus
pro nobis, quis contra nos. Et pro tantis beneficiis, ne ingratus
sim, oro, repleatur os meum laude .i. fac me indesinenter te
laudare. repleatur inquam, non ficte, sed integre loquatur os meum
ut non partam voci mee. laude ut non habeat ibi locum gar
rulacio, detractio, et contencio. ut cantem gloriam tuam .i. que de
betur tibi ab omni creatura. et magnitudinem tuam. que apparet
in tuis operibus. Unde infra. Et in operibus manuum tuarum
meditabar. Nomine ergo magnitudinis omnia includit.
Et post multa specialiter rogo, ne proicias me. a tua protectione
in tempore senectutis. quando fessa virtus plus indiget iuvari. quando
consuetudo difficilior est ad mutandum. natura debilior ad o
perandum. dyabolus instancior ad nocendum. et cum defecerit
virtus mea. in senio vel in morte. ne derelinquas me. Sed tunc
magis virtutem tribue. Vel sic. cum defecerit virtus mea ne dere
linquas me. quia tunc virtus dei aderit nobis. quando virtus scilicet
humana defecerit in nobis. tunc de nobis non presumimus. sed
de deo. Unde apostolus. Cum infirmor, tunc forcior sum et po
tens. Quia dixerunt. q. d. ne proicias me. quia dixerunt quidam
consilio inimici mei .s. dyabolus mundus et caro. mala michi
et non dicit que mala. ut intelligas multa. Nam dyabolus dicit.
quare iniuriam pateris. age fortiter. quia bona est victo
ria qua submittis. Mundus dicit. Boni sunt honores
et divicie. quas contempnis. Caro dicit. Bone sunt delicie

Cōphēdite diuitē ī foro auaricie, paupem ī augusto impaciēcie, platū in mōte supbie, subditū in obscuro inuidie, iuuenē ī lupanari luxurie, senem in lecto accidie et c.

quas respuis, et qui custodiebāt aīaʒ meā. i. obsuabāt
ad decipiendum, cōsiliū fecerūt inuicē. i. cōspirauerūt dicē-
tes venite insidiemᵘʳ sagᶦⁿⁱ etc. Et illud. Obseruabit pctor
iustum. et stridebit sup eū dētibꝫ suis. sicut lupus sup agnū.
Consiliū insup fecerūt. dicētes impij intra se. nō recte cogi-
tantes, deus dereliquit eū. videntes calamitatibꝫ expositū
putabāt a deo derelictū. sꝫ falsum est, quia dicitᵘʳ Josue. Ego
te nō deseram neqꝫ derelinquā. et ysaie. Cum trāsieris paꝫ
tecum ero. psequimī. ut tiranny. et cōphendite eum. tanquā
inualidū. quia nō est qui eripiat. sic cōphensum. Ita dicūt
illi, sed falsc. Sed o dūe, deus ne elongeris a me. vt gra-
uioribus exponar malis. sed esto ppe. longe putatᵘʳ dū
auxiliū differt, deus meus ī auxiliū meū respice. oculo
mīe. sicut fecisti multis a seculo inuocātibꝫ te. quia iste
sunt oculi tocius isrl. et subditᵘʳ oro cōtra pmalis et dt.
Confundātᵘʳ. omēs psinnētes de se. et deficiāt. i. desistant
a pctō, detrahētes aīe mee. ad malū trahētes. et a bono
retrahētes, opiantᵘʳ cōfusione. h̄undanti. quo ad seipsos
et pudore. quo ad alios. qui qūrūt verbo. corde et ope ma-
la michi. s. culpe. et postea pene etne. Ego aūt spabo sic
illi despant. Ita ego spabo. sp. inte. qui punis rebelles.
et remuneras pacietes, semp. s. tam in psplis qᵐ in aduersis
et videns qꝫ etiam saluas pctores. ꝑ tanta mīa tua. ad-
diciā sup omēꝫ laudē tuā. i. nō cessabo laudare te. super
debitū. semp est aliquid addiciendum. qꝫ nūis te laudando
deficio. quia maior es omī laude. Et nō ero cōtentus vt
solus laudem. sed. os meū annūciabit. pdicando alijs
iusticiā tuam. i. xpm. p que iusticia pfecte impleta est
in eo qꝫ minoribus. s. Joseph. et Marie. et Johanni sc.
subiecit. et ne putares aliū dici. subiecit dicēs. salutare
tuum. de quo Jacob dicit. Salutare tuū expectabo dūe.
Justicie timor, salutari amor debetᵘʳ. Annūciabo ipsū. tota
die. i. semp. vel tota vita mea. Juxta illud. Tota die et
tota nocte. nō tacebunt laudare nomē tuū dūe. Quia ego
qui annūcio salutare dei et iusticia, non cognoui. i. nō

approbavi litteraturam .i. ex littera legis presumentes, a gratia resilien-
tes, et figuras legis sectantes, quia non placet michi ex operi-
bus legis non iustificatur quisquam, sed potius. Introibo
in potencias .i. in virtutes christianas que sunt domini .i. a deo, quia
omne datum optimum desursum est, descendens a patre luminum
et tunc memorabor iusticie tue solius, non mundane non mee,
quia nulla est, unde ysa. Omnes iusticie nostre tamquam pannus
menstruate. Iusticie tue, quam fecisti angelis superbientibus, hominibus
inobedientibus, et quam in extremo iudicio facies omnibus,
vel iusticie tue .i. christi, quia factus est nobis iusticia a deo
patre, vel ad litteram sic. non cognovi .i. non approbavi litteraturam
.i. litterarum multitudinem inflantem, quia multis litteratura est
occasio perdicionis, unde Aug. Indocti rapiunt celum, et nos
cum doctrinis nostris mergimur ad inferna. Vel non cognovi .i.
non amavi litteraturam, quia alia litteratura est iudeorum legem
recipiencium et gratiam non querencium, lex enim convincit non iu-
vat, morbum detegit non curat, infirmos prodit non sanat,
hec est piscina probatica, in qua descendit angelus magni
consilii .i. christus ihesus, et per mortem suam turbavit eam
et sanatus est unus .i. unitas corporis ecclesie, hec est etiam
baculus helisey, qui non suscitavit puerum, quem mittebat per
servum, nisi veniret dominus baculi .i. christus, et conformavit
se mortuo, et suscitavit eum per mortem suam. Alia cupi-
dorum, questum non lucrum avarum amancium, et iuxta hunc sensum
alia littera habet, non cognovi negociatores .i. non amavi ea que faciunt
avidi negociatores. Nam illi pro dampno blasphemant, pro re-
bus mentiuntur, et ita tota die non est laus dei in ore eorum. Et
hec vicia non sunt artis sed hominis, quia ars sine viciis agi potest,
ars enim vicium nescit. Deus docuisti me, et per litteras et per inspira-
cionem, ut meditarer iusticie tue solius, et hoc a iuventute mea
.i. ab inicio fidei, ad quam me vocasti, et usque nunc, in qua ali-
quantulum de gratia tua crevi. Et ego non ingratus pronunciabo mi-
rabilia tua, scilicet quod me regis, quod me vivere facis, quod me mortuum
spiritualiter resuscitas, et quod ne moriar te michi gratiose associas,
et usque in senectam et senium .i. usque ad ultima mea. Deus ne

derelinquas me . i . gratia tua que precessit . etiam subsequatur me . Di
stinguuntur hic iiii^or^ etates ecclesie . quia inicium ecclesie fuit fortis
tempore apostolorum et martirum . Nunc est tempus progrediens in fide in
quo ecclesia videtur dilatata . Senecta est tempus futurum . quando re
frigescet caritas multorum . in quo erunt homines se ipsos amantes
ingratos contemptores et cetera . que enumerat apostolus . Senium
tempus antixpi . ad finem mundi duraturum . in quo ecclesia poterit
se non derelinqui . Unde eciam subditur . Non me derelinquas in tempore
superborum sine adiutorio . donec annunciem brachium tuum . i . filium
tuum xpm . per quem operaris omnia . per quod dyabolum superasti .
Luce . fecit potentiam in brachio suo . generacioni omni . que per suc
cessiones temporum . ventura est . usque ad finem seculi . Sancti enim
non tantum in vita docent . sed etiam post mortem . quia relinquunt
exempla sancte recordacionis . Unde infra . Scribantur hec in ge
neratione altera . et cetera . potentiam tuam . q . d . ne derelinquas me . donec
inclusive annunciem apte . potentiam tuam . qua bonos liberas
et de lapidibus facis filios abrahe . et iusticiam tuam . qua ma
los punis . et hec duo predicabo . dicens . usque in altissima magna
lia . i . profundissima in deo . que fecisti . Utrumque enim mirabile
nimis est . scilicet et hominem redimi per graciam . qui per iusticiam
dampnatus erat . et per potentem graciam . latronem introduxit .
Deus quis similis . Hic laudat eum cuius potentia in altissimis
est . et dicit . O deus . potens et iuste . quis similis tibi . q . d . nullus .
De quo . exodi . xv^o^ . Quis similis tui in fortibus domine . quis similis
tui . magnificus in sanctitate et cetera . Sed contra . genesis . Faciamus hominem
ad ymaginem et similitudinem nostram . et Jo . Cum apparuerit
tunc similes ei erimus . Unde . alia est similitudo imitacionis .
Sicut genesis . Faciamus et cetera . Alia equalitatis . sicut duo homines
similes sunt sibi . Alia magnitudinis . sic nulla creatura
similis est creatori . Deus enim nullius eget . et nullus similis deo
esse potest . Quicumque igitur vult esse similis deo in natura . in captivitatem
cadit . sicut patet in dyabolo . qui noluit esse sub deo . sed voluit
esse per se sine adiutorio dei . quare miser et captivus factus est . et
homo qui dei noluit teneri precepto . et voluit ut nullus sibi
dominaretur . et esset sicut deus . ab hac presumpcione similitudinis . cecidit in miseria

bilem captiuitate. de quo dicitur. Cum in honore esset non intellexit
comparatus est &c. Et in hoc etiam apparet potencia tua domine.
quantas ostendisti michi. i. iuste euenire semper me permisisti. tri-
bulaciones multas. diuersitate. et malas. acerbitate. et hoc
ut per illas redirem ad te. Unde actuum. per multas tribulaciones
oportet nos intrare in regnum dei. et conuersus a iusticia ad
miam. iterum viuificasti me. mortificatum per culpam. Unde multum
in fortitudine est similis deo. qui percuciendo viuificat. et
humiliando exaltat. Iuxta illud deuteronomii. Ego occidam et ego viui-
ficam. et de abissis terre. i. de submersione peccati. Iterum. et iterum
reduxisti me. quia septuagies septies dimisisti impietatem peccati
mei. multiplicasti magnificenciam tuam. i. magnam ostendisti
miam in me. flagellando. et per flagella in bonum reducendo.
quia quanto aque diluuii crescebant. tanto archa in sublime
eleuabatur. quanto magis filii israel opprimebantur. tanto multi-
plicabantur. et tandem conuersus ab indignacione consolatus
es me in omni tribulacione. quia et si dure castiget. tamen
suos tristes esse non sinit. Sicut apostolus. cum se ultra vires diceret
grauatum. tamen exhilaratus dixit. Non sunt condigne passio-
nes huius temporis ad futuram gloriam. que reuelabitur in nobis. Et
hoc inscripbat cum dicit. Nam et ego. a te consolatus confite-
bor tibi. i. laudabo te. veritatem. i. quod vere tu deus es. a quo
omnia. in quo omnia. et per que omnia. et hoc faciam in vasis psal-
mi. i. in decantacione psalmorum. que sunt vasa veritatis. et
psallam tibi. opere. o deus. qui es. sanctus israel. i. sanctificans tuos
contemplatiuos. psallam inquam tibi. in cythara. i. in mortificacione
carnis. Vel. confitebor tibi in psalterio. i. in contemplatiua. et
psallam tibi in cythara. i. in actiua. Exultabunt labia mea in-
teriora. scilicet affectus et intellectus. leticiam eciam exterius ostendendo
et hoc. cum cantauero tibi. i. cum laudando te. modo predicando modo
orando. et non tantum labiis exultabo. sed eciam anima mea. quam
redemisti. i. redimere disposuisti. Illa exultabit labiis suis
quibus tacite clamare consueuit. et non tantum anima. sed et lingua
mea corporalis. meditabitur iusticiam tuam. i. meditando lauda-
bit. tota die. i. in eterna vita. ubi tota est dies sine nocte.

Vel sic. Et de abissis terre iterum
reduxisti me. intelligi potest
de glorificacione futura. ubi nichil
tenebrosum in nobis
erit. et dicitur specialiter iterum
quia primo de pec-
cati abisso
reducimur.
secundo de
corrup-
cio-
ne.

Vel· tota die· i· sine intermissione / et hoc erit tunc / cum confusi
et reuicti fuerint / pena et verecundia· qui querunt mala· tam
tam demones quam homines / De illis dicitur sapie. v°. Videntes
turbabuntur timore horribili gementes / et pre angustia spiritus
dicentes / Hii sunt quos· etc. Ecce quo computati sunt inter filios
etc. Tunc enim erit suis locus securae tranquillitatis· cum non
licebit tirtanis dominari / ad quam nos perducat etc.

71 Deus iudicium tuum regi da· Intentio est psalmiste. Vt
xpm verum deum / et verum hominem credamus
Et sunt vii· particule / primo agit de iudicio / orat
de illud dari filio. dicit ergo sic· o deus· pater· da iudicium
tuum· i· iudiciariam potestatem. regi· i· xpo / q· d· fac quod predico
pater enim non iudicat quemquam / sed omne iudicium dedit filio
Non quod trinitas tota non iudicet / sed quia solius persona filii
secundum humanitatem / ab omnibus in iudicio videbitur. et da· iustitiam
tuam· exequendam / filio regis· de quo ysa· dominus rex noster· dominus
legifer noster / dominus iudex noster· ipse veniet· i° in carne. secundo ad iudi
cium / da inquam iudicium / et iustitiam filio tuo· Iudicare· i· ad iu
dicandum / et discernendum a malis / populum tuum· qui est ecclesia sua
et hoc in iustitia· sine acceptione personarum / et sine deceptione
eius secundum ysa. Non secundum visionem oculorum iudicabit / neque secundum
auditum aurium arguet. et pauperes tuos / non dyaboli / vt sunt
heretici / nec pauperes mundi / vt sunt fures / sed tuos· i· humiles
in iudicio / recto / quia tunc apparebit / qui sunt eius / Oro etiam
vt· montes· i· maiores in ecclesia· suscipiant pacem· humilitatis
populo· i· ad populum / vt se non efferant per maioritatem sua· et
colles· suscipiant· iustitiam· i· minores / sic sequantur suos predeces
sores vt eis xpm anteferant. Vel suscipiant montes· i· maio
res pacem· i· verbum reconciliationis· verbum euangelii / ad
hoc ut annuntient populo / et colles· i· subditi· iustitiam· ad
obediendum doctrine veritatis· Iudicabit· i· iudicando secernet
pauperes populi· i· humiles / qui modo mixti sunt / nec facile secer
nuntur / et tunc saluos faciet filios pauperum· iam discretos a mal
pauperibus. Sed nota· quod pauperes / et filii pauperum idem sunt /
sicut syon et filia syon / ciuitas est / Vel pauperes sunt prophete / et

patriarche, et apostoli filii pauperum, sequaces eorum, de quibus Proverbiorum:
Justus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios
derelinquet. Et humiliabit tam in presenti quam in futuro, calumpnia-
torem, id est dyabolum, qui bene calumpniator dicitur, quia trahit in
culpam innocentes, de quo dicitur in psalmo: Humiliasti sicut vulnera-
tum superbum, scilicet dyabolum, quem Christus humiliavit nunc per crucem eius
potentiam debilitando, et post iudicium penitus destruendo. Et ipse
Christus permanebit rex in ecclesia cum sole, id est quamdiu tempora volvuntur,
que sole distinguuntur et mutantur. Et hoc est contra illos qui dicunt
ecclesiam aliquando desituram. Et ante lunam. Potuit dicere cum sole
et ante solem, id est cum temporibus, et ante tempora, cum quo est eternus.
Sed per lunam que crescit et decrescit, maluit designare mu-
tamenta et defectus mortalium. Et est sensus: Ipse permanet ante
lunam, id est omnia mortalia sua immortalitate precedit, et durabit
in generatione et generationem, id est in secula seculorum. Vel sic: Ipse filius
splendor paterne glorie permanet cum sole, id est cum patre, ante lunam,
id est ante omnem creaturam, in generatione et generationem, id est semper. Sed iste
rex qui iudicaturus est, quomodo veniet et quomodo incipiet regnum eius,
audi sequentia: Descendet leniter in uterum virginis sicut plu-
via in vellus, area sicca permanente, id est gratia Christi descendet primo
in populum iudeorum gentilitate arente, et sicut stillicidia stillantia
super terram, id est gratia dei per Christum veniet super gentes, vellere, id est
iudeorum populo, arido permanente. Vel intelligendo de Christi nativitate
exponatur sic: Ille qui futurum iudicium faciet primus descendet man-
suete in uterum virginis sine aliquo tumultu, sicut pluvia in vellus,
et congrua similitudo: lana enim recipiendo et effundendo aquam non
corrumpitur, sic virgo ante partum et post partum inviolata perseverat.
Et descendet sicut stillicidia stillantia super terram, que in modum roris
summa lenitate descendunt. Christus enim poterat si voluisset maiestate
potestate cognosci, sed elegit ad demonstrandum virtutem potestate temperare.
Deinde ostendit que ipse sit oriens attulit, et que germina
de stillicidiis pullulassent, et dicit: Orietur in diebus eius, qui vere dies
sunt explatione veri solis super terram, iusticia, que prius ante
adventum non erat in terra, iuxta illud Ysaie lix: Conversum
est retrorsum iudicium, et iusticia longe stetit, corruit in pla-

tris veritas, et equitas nō potuit ingredi, sed cū xpo
qui est iusticia, ingressa est iusticia, ex qua honor habun
dancia. et habundancia pacis. ad iusticia quippe sequitur pax
Iusticia et pax osculate st. donec auferatur luna. i. in eter
nū durabit pax, quia luna nunquam est auferenda, deinde os
tendit latitudinē regni, cum dicit. et ille rex. dñabitur
a mari usque ad mare. i. ab uno termino terre. usque ad aliū
et a flumine, s. iordane. i. a tpe illo quo audita est vox pa
tris, hic est filius meus dilectus. tūc enim incepit pdicare
inde p pdicationē cepit dñari, et dñabitur. usque ad terminos
orbis terre. et regni eius nō erit finis, Et hoc quod dixit
universaliter p partes ostendit dicēs, coram illo pcident. humiliter
illum adorātes, ethiopes. qui sunt in finibus terre, qui sunt
gentes torride passionibus et nigri pctis. et inimici eius. ob
stinati scismatici, qui inuident glorie xpi. terram lingent.
terre ardent inherebūt, amātes terrena, sicut ille qui audiuit
vade et vende omnia, quia diues erat. tristis abscessit, et
tales difficulter conuertūtur. Unde. facilius est camelum tran
sire etc. reges tharsis, Tharsis interpretatur contemplacio, et
signat fideles deuotos. fixos in fide, qui eciam sūt reges, quia
dñantur passionibus et viciis suis. et insule. i. pacientes,
qui tamquam mari, tribulacionibus undique circūdati conueniūtur
nec tū mouentur. hii tales munera offerūt, scilicet se ipsos hostiam
uiuentem, deo placentē, de insulis dicitur, ysa. xli°. Taceant ad me
insule. nec murmurent contra me. reges arabum et saba. arabs
interpretatur humilis, saba incensio. et sūt regiones plene optimis
odoribus et signant pdicatores, qui debent esse pstrati humiliter
et incensi caritate, allectiui odore. hii tales dona adducent
vbo et exemplo alios conuertendo. Vel ad litteram pt exponi de
magis, qui de illis ptibus. dona nato dño xpo, adduxerunt.
Deinde universaliter concludendo dicit, et omnes reges adorabūt
eum. de quibus ysaie dr. Vultu demisso adorabunt eum. omnes
gentes seruient ei. de quibus ysa. et ambulabunt gentes in lumine
tuo. Hoc tamē plene erit in futuro, quando ponentur omnes gentes,
sub scabello pedum eius, Nūc autem intelligitur, ut sit distri-

bnao p generib; singulor. i. de omnib; generib; aliqui
seruiet ei. vnde ysa. lx°. Gens et regn quod no seruiet ei
pibit, licet omnia que in mudo sut, et in inferno suiat volu
tati eius. Juxta illud. ordinacoe tua pseuerat dies. vnde
merito adorabut, quia liberabit. vel liberauit. pauperem. ge
nus huanu. vel ppłm credetem, in quo sunt reges. a potete
i. a dyabolo a quo liberati sut pres de limbo, et hodie ecia liberat
a pcco, et talem pauperem. cui no erat adiutor. quia nec ab ho
mine nec ab angelo. nec a libero arbitrio poterat liberari
nisi tm a xpo. qui est leo de tribu iuda. liberabit inquam hoc ordie
parcet. culpam relaxando. paupi. paup huili. et inopi. mul
tis indigenti ei graam infundendo. et licet modo corpa mul
tis tribulacoib; exponat, tn. aias pauper. suor. s. humilium
salua faciet. in futo. Et hoc quod supra dixerat. parcet
paupi, nunc idem dicit aliis vbis. ex usuris redimet aias
eor. i. a pccis que dicut usure. quia plus videntur exigere
in suplicio qm debebat. vbi. gra. homicida occidit corpus. dic
nichil nocet, et tamen in futo, anima eius pdit in iehenna.
et quod ibi dixit, et aias pauper salua faciet, hoc hic repe
tit d. redimet. ab iniqtate aias eor. i. rex ille xpc, precio
saguinis sui redimet, ab iniqtate dyali ipas usuras exigete
et tunc pter redempcoem. honorabile nome eor. erit in regno
celor. coram illo. quia noia eor scribetur in scm seculi. qm abst
get deus omem lacrimam ab oculis eor. videte qualem caritate
dedit nobis deus vt filii dei noiemur et sim. Et uiuet. et est
qrta ps vbi agit de honorificencia regis et dicit. et uiuet. xpc
rex sine fine, qui mortē coteptus est, et dabitur ei de auro.
arabie. i. sapietes mundi contendi, p arabia eni gentes
signatur p aurum quod alia metalla excellit, significatur sapia
que alias doctrinas excedit. et adorabut. de ipso de ipius in
stitucoe, qui orare iussit dicens. pater nr. rc. semp. quia
dicit apls. Sine intermissione orate. tota die. i. continuo bn
dicet ei. vita vbo et merito. quod quidem hic incipit, et
tande in patria plene cosumatur. erit firmamentum. rc. Su
ma moctiu. sut pimi pdicatores. s. aphe et apli. erit. igit

Quinta ps vbi agit de opibus eius.

Moraliter. Q. h. vivit vita gre datur ei sapia, et exca bn erit ei in extremis, quia qui bene vivit bn moritur.

iste rex xps / quem adorant reges et insule. Erit firmamentum in terra in summis mon-
tium. i. omnia que predixerunt venientes in terra natus confirmavit et
ratificavit / et expandivit antiqua verba olim dicta / vel ipse
tum fideles invenientur / et fructus eius. i. boni. ab illis. per xpi predi-
catione exorti. superextolletur super libanum. i. contempnet mundum / qui
libanus dicitur per interpretationem candidatio / et significat mundum divitiis
et dignitatibus dealbatum / et illi qui sunt de civitate dei sci-
florebunt gratissime. sicut fenum terre. quod viret / nec emi-
cat fenum / sed viriditas sua comparatur. Quia de ista civitate
presentis ecclesie migrantes / in illa celesti florebunt sicut lilium / et
sicut odor balsami / erunt in celo / vel secundum aliam literam. Erit firmamen-
tum. i. corpus dominicum. in terra. huius ecclesie. in summis montium. i. in
manibus sacerdotum / qui propter eminentiam vite / et splendorem
doctrine. et stabilitatem fidei / montes dicuntur / qui ex fructu b'
frumenti. per gratiam et meritum eminent super totum mundum. et flore-
bunt in civitate dei vel terrena / sicut fenum terre. cuius viror non defi-
ciet in eternum / et florebit de civitate. adhuc sic. Boni qui sunt
in summis montium / et fructus corporis. i. sequaces / super libanum. qui
autem efflorebunt per temporalem prosperitatem / de civitate mundi
in qua est iniquitas et dolus / illi efflorebunt / ad tempus
iocundi / sed in fine erunt / sicut fenum terre. quod hodie floret / et
cras in clibanum inferni mittitur. Et in hoc apparet differentia
civitatum xpi / et seculi / quia civitas xpi est ecclesia / et inci-
pit ab abel / civitas seculi est babilonia / et incipit a caym / et
utraque habet fenum / sed prime fenum viret / secunde vero aret / Sit igi-
tur tam magnifici regis / nomen / quod est ihesus / in quo est salus
data credentibus. sit benedictum in secula / quia dat benedictionem
et gratiam in presenti / et gloriam in futuro. ante solem. i. ante omnia tempora
permanet nomen eius. scilicet filius regis. et benedicentur in ipso omnes
tribus terre. sicut promissum est abrahe. In semine tuo quod est
xpus filius regis benedicentur omnes gentes / et omnes gentes. i. aliqui
electi et benedicti / de omnibus gentibus / quia non omnium est fides sed tantum
electorum / et illi magnificabunt. i. magnum predicabunt. eum.
Eum igitur quem omnes benedicunt / et ego benedico / dicens. Benedictus
. i. laudabilis. dominus deus israel. i. fidelium. qui facit mirabilia

solus. et licet isti videntur aliqua facere, hoc facit deus ad in-
notationem eorum pro gloria sua. et benedictum .i. laudabile no-
men .i. fama maiestatis eius .i. glorie eius. in eternum .i. in se-
culum seculi .i. quamdiu durat mundus et ultra. et replebitur maie-
state eius .i. gloria eius. omnis terra .i. omnis sanctus ortus de terra.
fiat fiat. semel dicere est optantis. repetere autem vehementer desiderantis.
Quam bonus israel deus. etc. Intendit monere ut cum lau-
damus deum non habeamus terrena pre oculis sed eter-
na. quia occulto et iusto dei iudicio sepe mali
prosperantur et boni deprimuntur. In quo propheta videbatur sentire iniu-
stitiam. sed statim correxit errorem suum per misericordiam dei illuminatus.
Admirans igitur propheta dei pacientiam et bonitatem. ad omnes ait.
Quam bonus israel deus. qui est deus omnium per creationem. sed israel
.i. videntium deum per amorem. Bonus est ergo omnibus. quibus
dat bona nature. sed rectis corde [illegible]. bona gratie. perfectis autem
superaddit bona glorie. de quibus dicitur. Credo videre bona domini etc.
Recti corde sunt qui recta et catholica cogitant. et ad falsas
disputationes et vanas occupationes non transeunt. et de talibus
dicitur canticorum. Recti diligunt te. quibus bene est quia cum deo
concordant. aliis nulli bonum est. Bonus ergo deus videtur bonis.
et perversis perversus. Mei autem. q.d. bonum fateor deum. sed
primus tamen non eram recto corde. cum tristabar videns iniquos
florere. et me et alios bonos opprimi. quod mihi iniustum non vide-
batur. Sed ad se reversus. considerans que mala malis. et que
premia bonis debentur. pedes suos pene motos stabilivit.
et dicit. mei autem pedes .i. affectus. moti sunt. ad errorem.
et gressus mei .i. actus mali qui secuntur malos affectus
effusi sunt in opus. et hoc pene. quia cito rediit. quia
non totaliter in hoc consensit. Vel pedes dicit arbitrium mentis.
gressus inclinationem voluntatis. Causam ergo motionis sue sub-
infert dicens. quia zelavi .i. graviter tuli. super iniquos. mundi
amatores dei persecutores. videns .i. intelligens. pacem peccatorum
.i. securitatem in malo. et hec est pax exterior. interiorem
autem non habent. de qua dicitur. Non est pax impiis dicit dominus. et
hec est conscientie puritas. coram deo. non est respectus mortis eorum.

i. tales pctores, nō hūt oculos suos, ad morte tpalem. n°
eterna, ut timeret. et. nō est firmamētū. i. stabilitas. ī pla-
ga eoꝝ. i. in penitētia, quā aliqn̄ suscipiūt p pctis suis. vł
sic. nō ē respectus dei. i. inclinacō. mortis eoꝝ. i. ad mortem
inferendam, quia diu viuūt, et ducūt in bonis dies suos
et nō est firmamētū. i. firma duracō. in plaga eoꝝ. i. in fla-
gello, et si aliqn̄ flagellant͛, hoc nō durat ad emēdacōm.
vnde Job. xxi°. Et nō est virga dei sup illos. Vel non est
respectus mortis eoꝝ. i. deus nō pmittit eos uidere hic
pcta sua occulto iudicō, ut inetrnū dampnent͛. et firmame-
tū. ut s. Et tales eciā, in labore hoī nō sūt. i. cū scīs non
laborāt p etna vita, de qbꝫ apos. Vt requiescāt a laborib͛
suis, sed ocio et voluptate torpēt. et cū hoīb͛s sanctis. nō
flagellabūt͛. ad correccōne, sed cum demonibꝫ in inferno
ad eternam dampnacōm, quia flagellat omem filiū in
pnti, Qui aūt nō censent͛ in noīe filioꝝ, hy sine flagello pec-
cant, ideo tenuit eos supbia. Quia cū diuiciis, psperitate,
sanitate, et pace. crescat supbia, que q̄si qbꝫdam manibꝫ
tenet eos ne euadant. Et tales supbi. opti. sūt. vndiqꝫ
īiquitate sua. i. malicia. quo ad pximū, et impietate. i. ī fidelit͛.
quo ad deum. Miseri qui talia opimēta, et vestes tales hūt
isti in dei cōuiuio eē nō poterūt, et quales sūt, tales in iudi-
cio, abhominabiles deo et scīs apparebūt. Et quia ex habū-
dancia cordis os loquit͛, et bonus hō de thesauro cordis
sui pfert bona. et malus mala. Jdeo de talibꝫ d͛. pdijt ad
publicam. iniqtas eoꝝ. i. malicia. q̄si ex adipe. i. habūdancia.
sicut equus impinguatus, cito recalcitrat. transierūt. de vicio
in viciū. in affectū cordis. i. ex concupiscēcia ad ea, que dyab͛
in corde eoꝝ ordinauit. Vel sic ī affectū cordis transierūt. i.
ex desiderio hoc agunt, nō ex infirm͛te vł ignorācia. Et adhuc
magis eoꝝ maliciā specificando ait. cogitauerūt. intra se et
postea a pte. locuti sūt, predicando, et alios docēdo, neqciā
et sine timore, iniquitatē locuti sūt in excelso, palā cūctis
audientibꝫ. Vel. in excelsū. i. cōtra deum blasphemauerūt
de quo adhuc sequit͛. posuerūt in celū os suū. i. supbe.

locunt contra deum dicentes/ deus nescit nostra negocia/ vel nō puniet. et lingua eorum transiuit in terra. i. tota collacio eorum facta est terrena/ vel. transiuit terra. i. excesserunt mensuram humanitatis. et qui crecunt immortales/ nō considerant cito se morituros/ vel intelligitur hoc de hereticis qui ascendentes suis opinionibus in diuina conati sunt vel substanciam vel potencias diuidere trinitatis. ideo conuertetur populus. hic ondit se et suos aberrore illo correctos/ qui puenit eis ex prosperitate malorum. dicit ergo sic. mali ex prosperitate deteriorantur. ideo populus meus. hoc intelliges conuertetur ad veritatem vt sit. hic. i. in hac sentencia. in qua nos sumus. scilicet quod prosperitas malorum nō est curanda. vel hic. i. in hac uita. id est statim. Iuxta illud. Ne tardes conuerti ad dominum. et dies pleni. bonis opibus. inuenientur in eis. in pena et in morte quia bonitas vita in morte ponderatur. de illa plenitudine dicitur prouerbiorum iiij. Iustorum semita quasi lux splendens procedit et crescit/ vsque ad perfectum diem/ desiderio huius plenitudinis eterne/ nō curat iustus de transitoria plenitudine temporalium. vel. dies pleni inuenientur in eis: quia bonis omnibus/ in illa beatitudine habundabunt. et dixerunt. hic specifice describit errorem a quo cognita veritate conuersus est populus dei. dixerunt enim. prius quam conuerterentur. si. i. an. est sciencia in excelso. i. in deo. scilicet si cognoscit quanta mala transsantur in terra/ Si quis dicat rideat et dicat est sciencia in deo hominum. Iterum requirit. et quod scit deus. utrum ad hoc ut curet/ an ad hoc vt nō curet/ Si quis vero querat ab eis/ quare de hoc hesitatis/ respondent. Ideo uidetur deus nobis nescire id est nō curare quia mali sunt felices/ ecce enim. ipsi peccatores obtinuerunt. pro uiolencia in hoc seculo diuicias. nō paruas sed habundantes. Vnde Iob. habundant tabernacula predonum et audacter prouocant deum/ Sed talibus vltio dicetur illud luce. Stulte hac nocte morieris et dixi. adhuc ex persona dubitantis populi/ Ego seruio/ et hec nō habeo. Illi nō seruiunt et habent. ergo sine causa. i. sine digna retribucione. iustificaui cor meum. peccata cum dolore cogitando et detestando/ ex quo uideo quod malis sit bene/ et bonis male. et sine causa. laui manus meas. i. opera mea inter innocentes. i. ad modum innocentium.

nō sicut pilatus / qui uoluit ee innocens / qui sagnine xpi
cōdempnauit effundi. et sine causa. fui flagellatus. opibꝫ
pniē. tota die. i. semp. et castigatō mea ī matutinis. bꝫ a
pncipio diei. q. d. flagella dei / et afflictōne pniē sustineo
tota uita mea incipiēdo a iuuētute vsqꝫ ad seniū / Iuxta illd
apli castigo corpus meū et ī suitutē redigo. et dicebam
in corde meo / si narrabo. i. astruā / sic. alijs / qꝫ s. deus non
curat ista inferiora / nec est spes seruiētibꝫ ei / ecce. i. apte
reprobaui. i. reliqui cōtradicēdo / nacōnē filiorꝫ tuorꝫ. i.
patriarcharꝫ et ꝓphetarꝫ. omes eni aliter docēt / quibꝫ crede
debeo / et magnū inconueniēs est / tante auctī nō credere.
Dicit eni Job xiij. Magnus dns / qui flagellat et saluat
Et alius / flagellat aūt omem filiū quē recipit / Potest eni
intelligi. qꝫ stultus ꝓplus / nō tm̄ cogitasse. sed etiā dispu-
tasse credatur. deum non curare inferiora. Dixerunt eni
si ē sciā. i. nō est sciā. ī excelso. i. dei. et si est. quō est. i. quō
ꝓbatr / postqꝫ tanta mala fiūt in mūdo / et pena nō sequitr
Et hoc ꝓbat. Ecce peccatores in seculo / hūndāt diuicijs. et hinc
stulto ꝓplo ꝓpha rndet. dixi. hec rndendo. Si ita est ut dicit
qꝫ iustus est / vel iniustus deus. Ex hoc hec inconuenientia
seqretr / qꝫ sine cā iustificaui cor meū / et laui int innocē-
tes manus meas / Et sine cā fui flagellatꝰ tota die / et
castigatō mea ī matutinis / Deinde sub infert ad ꝓbandū
inconueniēs. auctē scōrꝫ / dicebam. ego ꝓpha. si narrabo sic.
sicut ꝓplus iste volt. nacōnes filiorꝫ tuorꝫ repbaui. i. cō-
trariꝰ dictis scōrꝫ. qui omes deum iustum / et omia scientem
et videntē dixerūt. et existimabā. i. cogitabam. ut cogno-
scere. i. intelligerē / hoc. i. huiꝰ rei veritatem / quare. s. deus
pmittit bona malis / vel mala bonis / sed hoc cognoscere /
labor est añ me. i. michi est laboriosa questio / et dicit añ
me. nō ante deum / deus eni. michi pt dare / huiꝰ rei intellige-
ciam / Augꝰ / Iusta ante deum / et nō erit labor. / vel labor est
ante me. i. maior me. ul' vltra me. nisi deus reuelauerit. ad
illum ergo attendens huiꝰ qstionis. trāsgrediar inuꝫ / vnde
subdit / donec intrē ī scūariū dei. Scūariū dei est xpc / in quo

sunt conclusi omnes thesauri consiliorum super filios hominum qui
merita singulorum agnoscunt. Et est sensus labor est donec
intrem .i. in christum qui hic prospera non habuit adversa usque ad
mortem sustinuit nunc vero in patria celesti regnat in eternum.
Vel scrutarium dicitur lex divina, quia aliquis intuens videt illos
dampnandos illos salvandos, et ibi s. in scrutario positus in-
telligam oculo mentis quo fine malus prosperatur et bonus tribu-
latur. et hoc in novissimis eorum, quando arescet flos glorie tem-
poralis de quo deuteronomio. Utinam saperent et intelligerent ac novis-
sima providerent. verumtamen illis quorum incitium in novissimis
intelligere facis posuisti eis hic florem et copiam temporalium
propter dolos .i. quia dolosi sunt alios per eis decipiendo, et eo
ipso dolum patiuntur a se ipsis, quia accipiunt temporalia pro eternis
et merito quia dicitur sapientie per que quis peccat per hec et tor-
quetur. deiecisti eos subito dum allevarentur. quia dum se ad-
huc altius elevandos putat, subito sine ullo nunc respec-
tu ad infimum ruit. Deinde admirando novissima eorum dicit.
Quomodo facti sunt tales in desolationem. quia cito ab omnibus deseritur
homo deserunt divitie hominem, deserit anima corpus, deficit
gloria eadem subito. hec omnia ei defecerunt. sicut fumus
et perierunt propter iniquitates suas non propter dei scientiam. Et ita
defecerunt. velud sompnium surgentium. quia homo in sompno
sibi dives videtur, evigilans nichil habet, sic isti qui in hac
vita certi dormiunt, cum evigilaverint post mortem, tunc
nichil nisi miseria invenient. et est apta comparatio. In vita
enim eis sompnium est, in morte evigilat, et intelligunt quod
est. Sed ne modo videantur magna que sunt eorum, subdens
ait. O domine tu rediges ad nichillum ymaginem ipsorum .i. gloriam
temporalem quam ipsi amando sibi imprimunt. et hoc in civitate
tua celesti .i. regno quia ibi de vera beatitudine nichil habebunt
pro eo quod receperunt bona in vita ista. Vel civitas dei est ecclesia
militans in qua divitie ymaginarie pro nichilo habentur qui
ad veras divitias festinant. Vel ymaginem ipsorum dicit defor-
mitates vitiorum quas sibi imprimunt. iuxta affectum malicie aliquis
enim propter superbiam induit ymaginem leonis. aliquis propter dolositatem

Divitia bona comparantur sompniis, quia
sicut sompniantes amplexantur fan-
tasmata pro veritate, ita mundani
temporalia pro beatitudine. Unde psalmista
beatum dixerunt populum cui hec sunt. Ecclesiastici xxxiiii.
Multos enim errare fecerunt
sompnia et exciderunt sperantes
in eis. Sicut enim pro varietate
infirmitatum est varietas sompni-
orum, sic per varietatem peccatorum seu
varietatem affectionum. Cupiditas
facit sompniare divitias, superbia
honores, luxuria mulieres, ira
vindictas, et sic de aliis. Ecclesiastes
v°. Multas curas sequuntur sompnia.
2° quia sicut stulti extolluntur
de sompniis, ita cupidi de pro-
speritate. Ecclesiastici. Sompnia extollunt
imprudentes. iii° Quia sicut
dya illud dormientes in sompno
ita in divitiis. Quarto quia sicut
sompnia interpretantur per oppositum
Ita divitibus contingit. Luce. Ve vobis
divitibus qui saturati estis quia esurietis.
et de divite sompniante dilatatione
horreorum quod aliter evenit.

vulpis. Alius per ypocrisim strucionis. Alius propter libidinem
apri. Alius canis per gulam. Alius ursi per iram. qui omnes
in civitate domini ad nichilum rediguntur. et merito. quia cum
in honore essent innocentie, non intellexerunt. ideo propter maliciam
suam comparati sunt iumentis insipientibus. etc. Vel dicit hoc de hereticis
quorum diverse ymagines. diverse secte. in futuro iudicio annichila-
buntur. et hoc incipit in ecclesia presenti. que omnes hereses condempnat.
Quia hiis consideratis. cor meum inflammatum est. igne amo-
ris tui. et renes mei. i. carnales delectationes. commutati
sunt in spiritales. quia totus purus et castus factus sum.
et ego sic castificatus. et ego qui prius ad ea. que nichil
sunt descendi. ad nichilum redactus sum. quia qualia homo
diligit. talis efficitur. si terram diligit. terra est. si celestia celum
est. si deum. quid dicam dicit Augustinus. Deus est. Vana diligens
nescivi me peccare. quod est periculosum. Vel nescivi esse va-
na. Et hiis terrenis multiplicatis. factus sum ut iumentum. sto-
lidum quod portat onera bona et mala. et hoc apud te. qui
recte iudicas. licet apud homines. qui putant sapientiam acquirere
terrena. essem in aliqua estimatione. et licet sic peccaverim
ignoranter. ego tamen semper fui tecum o deus. quia illa
omnia temporalia a te non ab idolis esse credebam. Tenuisti.
q. d. inductus fui in culpam et ignorantiam. sed tu non dereli-
quisti me. ymo tenuisti manum dexteram meam. in bono di-
rigendo. et a culpa elevando. aliter non surgeret qui ceci-
disset. et in voluntate tua. non ex debito tuo. non ex merito
meo. sed in beneplacito tuo. deduxisti me. per iter hoc lubri-
cum et tenebrosum. et tandem cum gloria suscepisti me. sic
in spe et postea in re. Quid enim michi est. ubi se et sibi
similes reprehendit. quia bono incommutabili dimisso. ad
bonum commutabile. scilicet temporalia amanda. se convertit et dicit
postquam cum gloria suscepisti me. per gratiam prevenientem. et
subsequentem. tunc cognosco. quod in celo michi est quid. i. ali-
quid. quod est quid stabile. utile. amabile. inamissibile. quod
nec oculus vidit. nec auris audivit. nec in cor hominis etc.
et a te quid volui super terram. q. d. stultus fui. quod aliud quam te

Vel scilicet ad nichilum redactus sum. per humilitatem et nescivi. i. latuit me virtus mea. et exponit hoc. ut iumentum factus sum apud te. per subiectionem obedientie. et ego semper tecum per firmitatem perseverantie.

Sapientia huius mundi stultitia est.

quesiui super terram / te enim solo contentus esse debui / quia in te
sunt omnes thesauri absconditi. Ipse enim est merces mea
magna / de qua Gregorius dicit. Si consideremus / que et quanta sunt
que nobis in celo promittuntur / vilescunt omnia / que in terra
possidentur / vilescunt habenda / deserit habita / dispergit congregata
etc. Et ideo defecit caro mea .i. carnalis delectatio in opere et
cor meum .i. mala cogitatio / quia gustato spiritu / desipit omnis
caro / et considero quod deus est cordis mei amator et quesitor
Iuxta illud. Fili prebe michi cor tuum / ymo est cordis mei
laus / gaudium susceptor et pax / quem eligo et quero et dico /
pars mea deus / non ad tempus / sed in eternum. Unde Luce x.
Maria optimam partem elegit etc. In hoc verbo notatur professio /
religiosorum. defecit caro mea et cor meum / per votum continentie /
deus cordis mei / possessor per votum obediencie / et pars mea
deus per votum paupertatis voluntarie. Ve igitur omnibus qui di=
misso summo bono ad quecumque temporalia convertuntur. Unde et dicit
quia ecce .i. manifestum est / qui elongant se a te per desideria et
concupiscencias iniquas / peribunt in eternum. perdidisti .i. perdes vel
perdidisti iam in tua provisione. omnes qui fornicantur abs te.
.i. qui permanent in corporali vel spirituali fornicatione. Corporalis
est / de qua apostolus / Fugite fornicationem / et ad Hebreos / fornicatores
et adulteros / iudicabit deus .i. condempnabit. Spiritualis autem est
ad litteram / ydolatria. nunc autem avaricia / que est servitus idolorum
de qua dicitur / fornicatus est israel / post deos alienos / michi autem
q.d. Illi sic. michi autem adherere deo bonum est / tamquam sponso / tamquam
amico et domino potenti. Iuxta illud / qui adheret domino unus spiritus
est cum eo / et interim donec veniatur ad perfectam visionem. Bonum
est ponere in domino spem meam. de qua Petri v. Omnem sollicitudinem
vestram / mentem proicientes / quoniam ipsi cura est de vobis / quia nullus spe=
ravit in eo et confusus est. Et oro ut interim hac spe armatus an=
nunciem omnes predicationes tuas .i. laudes per predicatores tuos
conscriptas / in portis filie syon .i. in auribus fidelium tuorum
vel in portis filie sion .i. in concordia apostolorum / qui sunt porte
ecclesie vel in portis etc. .i. in virtutibus quibus intratur
ad sion .i. ecclesiam supernam. Bc.

Ut quid deus repulisti in finem etc. Intencio mo-
net ut relictis figuris transeamus ad veritatem.
Dicit ergo o deus qui es creator meus suavis
et mitis ut quid repulisti nos quasi alienos ab antiqua fa-
miliaritate tua a defensione tua usque in finem id est ex toto
quia nec civitatem nec templum nec prophetas habemus
vel in finem id est ad diem iudicii quia tunc omnes convertentur. Ira-
tus est furor tuus vehementer exponendo nos miseriis ceden-
do virgis alimenta subtrahendo iratus es super oves pas-
cue tue quas solebas nutrire cibo legis et prophetarum. Ut quid
id est quare hoc est occulta sunt iudicia dei quare hoc ut premittit
et dicit hoc non reprehendendo sed querendo. Deinde invitat cle-
mentem iudicem ad misericordiam propter antiqua beneficia et dicit Memor
esto congregationis tue quam tibi separasti in hereditate de univer-
sis populis quam possedisti ab initio in patriarchis et pa-
tribus antiquis qui fuerunt huius congregationis initium vel
ab initio creationis et si omnes creat et regit eos tamen spe-
cialiter quibus legem dedit et cognitionem et debes esse memor
quia redemisti virgam hereditatis tue ecce aliud beneficium rede-
misti iudeos ex egipto christianos autem a diabolo virgam
hereditatis tue id est regnum hereditarium et propter hoc dicitur virga
quia in virga moysi que versa fuit in serpentem et iterum
reversa in virgam adeo per manum moysi redempta est et
illa virga hereditatis est mons syon ubi erat ad literam templum
et sacrificia et omnia per penitenciam in quo o christe
habitasti in eo habitasti inquam tunc per figuram et postea in re
predicando et corrigendo et eos et mensas nummulariorum sub-
vertendo vel dicitur mons propter eminentiam verum tamen syon propter
speculationem in quo id est propter quam rem habitasti in eo vel
vacat in eo vel in eo id est habitasti ibi cum omnibus qui
sunt in eo per fidem et dilectionem leva manus tuas id est pote-
ciam tuam vel in vindictam vel in correctione in superbias eorum
scilicet tirannorum per quos eversa est ierusalem ut eos humilies deducas
eos in finem id est in christum vel in finem id est annichilando eos cum superbia
sua quanta id est quam dura et magna malignatus est id est maligne

Et moraliter potest esse supplicatio populi penitentis

operatus est in sanctuario, i. in hiis que sancta tua erant, s.
in templo, et in sacerdotibus, et ceteris ad hec spectantibus
et hec deus permisit fieri, quia veniente xpo nil amodo pre-
signabat, quia re. i. xpo presente figura transierunt, vel dicit
hoc admiratiue, quanta deus permittit fieri sanctis per inimicum
dei s. dyabolum et ministros eius, ubi fere tota persequitur ecclesia
et gloriati sunt de victoria maliciosa, qui oderunt te s. ministri
dyaboli. Iuxta illud Prov. letantur cum male fecerint etc. cum tamen deberet
sequi penitencia peccatum, non leticia. in medio sollempnitatis tue.
quia tunc iudei in pascha gloriati sunt in xpm, et eodem
festo post annos xlii congregati a tyto et vespesiano exter-
minati sunt, quia congregati seviierunt, et congregati perierunt,
vel potest moraliter intelligi de illis clericis vel laycis qui in
maioribus sollempnitatibus plus crapule et ludis inserviunt, qui-
bus possent aptari illud Tren. Viderunt eam hostes, et deri-
serunt sabbata eius. posuerunt signa sua i. arma vel vexilla
quibus utebantur in bellis, et dicit secundo signa propter manifestum
et vehementem dolorem. Posuerunt inquam in summo i. in excelso
loco videlicet in turribus, sicut in exitu i. in viis vel in portis, et
non cognoverunt, quod hoc a deo esset et dei permissione talia in
mundo transsiant. Sic mali et primo et nunc, quorum deus exce-
cavit mentes, signa malicie sue ponunt, exempla mala relin-
quentes. Iuxta illud Sap. Ubique relinquamus signa leticie. nul-
lum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Coronemus
nos rosis antequam marcescant etc. Quasi in silua. Ecce antequam
templum construatur excidium prophetat et dicit. quasi in silua sine
aliqua reverencia, exciderunt i. comminuerunt securibus ianuas
eius s. templi, que fuerunt olim ornate sculpturis, et hoc
in idipsum i. concorditer vel constanter. in securi propter magnas
trabes, et ascia propter minores res, deiecerunt eam s. ciuitatem
vel templi edificacionem. q. d. funditus destructa est, et quod non
potuerunt excidio devastare, igne consumpserunt. Unde et dicitur
Incenderunt igni sanctuarium tuum s. templum et ciuitatem. et quod
destruere non potuerunt, polluerunt thabernaculum nominis tui. in terra
i. usque ad terram. Hec omnia quia figura erant futurorum. excisa sunt.

et veritas xpo apparente successit vel moralit sic. q̄ in
silua. hostes ecclie sūt demones. ianue prelati qui hūt
claudere et apire. secures. sunt graues temptacōnes vi
cior. silua lignor. sunt plebei hoies sine timore peccan
tes. ad quor similitudinē plati ruūt. Unde sicut pphe
sit et sacerdos. et cum pastor p abrupta gradit̄ viciorum
necesse ut p pcipiciū grex sequat. sanctuariū tuum
i. clericū et mōchi. incenderūt igni. cupiditat̄. in terra
i. in habundācia terenor. et ꝑ hoc. polluerūt tabnacu
lum nois tui. macula luxurie et gule. Iuxta illud. Sa
turati sunt eos et mechati sunt. dixerūt. q. d. nō tm̄ pollue
rūt. sed eciā cōglutinati p cōspiracōm. dixerūt i corde
suo. p deliberacōm. cognacio eor. s. romanor. ul̄ alior
hostiū ecclie. Sed quid dixerūt. quiescē. i. cessare faciam̄
omēs dies festos dei a tra. s. iudeor. Et quod dixit. dei. nō
est de vbis illor. quia deum nō estimauit. cui9 sanctua
riū ita inhoneste tractauerūt. sed addit pphēta de suo.
Quod eciā fit hodie a psecutoribus ecclie. dyabolus eciā
pcurat. ut nō fiant sc̄e sollempnitates in ecclia. Faciūt
enim ad lrām festa de xpo. s. natiuitat. apparicōis.
passionis. resurrecōis. ascensionis. et penthec. Spualr
vero hec festa pagunt̄ in nobis. Natiuitat in susceptōe
baptismi. apparicōis in honesta cōusacōne. passionis
in tollerācia tribulacōnū. Resurrecōis. in victoria vici
or. Ascensionis in pfectu virtutum. Penthecostes i amoē
eternor. Vel sic. Fit in pctore festum natiuitat post con
tricōm. quia dolendo filiacōnē recupamus. apparicōis in
cōfessione. in qua filij apparemus. passionis in satisfacio
ne. in qua penitemus. Resurrecōis ut prius rc. Ista fes
ta nitit̄ dyab9 cum suis membris impedire. Sicut pharao
impediuit filios isrl̄ ne sacrificarēt deo in deserto. Signa
nr̄a. dicunt modo iudei. o dn̄e. signa nr̄a. i. nr̄e liberacōis.
que solebam9 videre. positi in captiuitate non uidemus.
sicut prius videbamus. vt tpe moysi et abrahe. quia h̄
omīa euanuerūt soluta pmissione. iam non est pphēta

quia lex et prophete vsque ad iohannem, et nos non cognoscet am=
plius. ut liberet, sed in miseria stare permittet. quia modo
non sunt de ouibus suis, Unde Joh. Ego cognosco oues
meas, Moraliter vero hanc lamentacionem facere possunt sancti
moderni, quia signa que multi acceperunt a Christo, non vident.
videlicet. signum paupertatis. quod accepit in natiuitate. Iuxta illud.
Inuenietis infantem pannis involutum. Signum laboris et
humilitatis in conuersacione, Unde signa thaw in fronte virorum
gemencium, iam non est propheta, qui fide sincera intendet in eterna,
et ideo deus, nos non cognoscet amplius. cognicione approbacionis
Unde Math. Amen dico vobis nescio vos. vsque quo deus inimicus impro=
perabit. tibi verbis detrahendo, vsque quo, adversarius irritat. pro=
uocando. nomen tuum. i. filium, qui est nomen tuum, Ideo enim in
affliguntur iudei et mali christiani, quia blasphemant filium dei
et hoc vsque in finem seculi. Unde deutro. Ipsi me prouocauerunt
in eo qui non est deus, et ego prouocabo eos, in eo qui non est populus.
Sed tu qui pius et mitis esse consueuisti. vt quid auertis. i. abicis
manum tuam. et dexteram tuam. i. populum iudeorum. de medio sinu tuo
. i. a fide catholica. et non dirigis, in finem. i. in Christum, est glosa.
populus iudeorum manus moysi, que dum est in sinu dei. sana
est, et extra leprosa est, Exo. iiij°. Quia qui adheserunt deo, boni
fuit eis, qui recesserunt per infidelitatem viles facti sunt, Unde
Exo. dicitur, Dextera tua magnificata est in fortitudine. His
omnibus signis legalibus completis. deus tuus. quem adora
mus, rex tuus. cui militamus. ante secula. manens in diuinitate.
veniens in mundum per assumptam humanitatem. operatus est
salutem nostram. in medio terre, . i. in ierusalem. que est in medio terre.
vel gencium. vel. in medio terre. i. in vtero virginali. vel in medio
terrenorum. quia ab omnibus voluit agnosci. qui pro omnibus dig=
natus est nasci. Medium vbique tenuit Christus, in medio terre na
tus. In medio animalium positus, in medio latronum mortuus
etc. Suscepimus misericordiam tuam deus, in medio templi tui. i. eccle
sie. qui operatus es salutem. confirmasti. i. a fluxu peccatorum
stabilisti. mare. i. gentilitatem. que prius fuit instabi
lis. fluens de errore in errorem. et amaram propter amaritudinem

pcti / quia veniente xpo per spm scm / et stabiles facte sur
gentes / et suaues in opibus bonis / et hoc. in virtute tua. i.
per auxilium potentie gratie tue. Tu confribulasti. i. molesta
sti. vel debilitasti. capita draconum. i. peccata vel initium pcti
quod est superbia. de quo dicitur gen. / initium / Tu contres capita eius
in aquis baptismi. quia omnia vicia et peccata / in baptismate
delentur. Vel in aquis lacrimarum / que moleste sunt dyabolo. Tu
etiam confregisti. i. annichilasti. capita draconis. i. vicia ca
pitalia que dyabolus suggerit omnibus / de quibus dicitur apok. Vidi
bestiam ascendentem de mari / habentem capita septem / que
capita xpus confregit. per contritionem et disciplinam. Dedisti eu
escam populis ethiopum. que prius erant nigre peccatis / nunc autem
sunt dealbate lacrimis / et baptismo / et ut enim vice versa devorent
a quo prius devorabantur / devorare hic superare est / Vel populus
ethiopum devorat draconem. i. ecclesia de gentibus membra
dyaboli sibi incorporat / quos ad se convertit. In huius exemplum
dictum est petro. actuum. Surge macta et comede. i. peccatores conver
sos in corpus ecclesie trahe. Et nota quod dyabolus est esca consump
tionis / xpus vero consummationis / quia consumuntur boni dyabolo / sed per
xpm consummantur. i. perficiuntur. Tu etiam dirupisti. i. aperuisti
fontes et torrentes. i. paginas utriusque testamenti / intelligi
biles fecisti. Vel fontes et torrentes. i. predicatores misisti / quia
alii sunt fontes in doctrina habundantes / qui nulli estui
vel frigori. i. temptationi cedunt / quod factum est in apostolis /
qui signantur per xii. fontes repertos in helim exod. Torren
tes vero sunt minores predicatores. qui tempore pacis stant / et in
estu temptationis reticent. tu siccasti fluvios ethan. Ethan
interpretatur fortis / et significat dyabolum. iuxta illud. Cum fortis
armatus custodit atrium suum etc. huius fluvii sunt de
erronee doctrine / que defecerunt ad predicationem catholicorum.
Tuus est dies. q. d. operatus es salutem. quia potuisti
quia tuus est dies et tua est nox. ordinatione enim tua per
severant. tu fabricatus es auroram et solem. qui omnia quecumque
voluit dominus fecit etc. tu etiam fecisti. potentie. omnes termi
nos terre. i. omnem terram. in terminis debitis conclusisti.

Unde infra. Tui sunt celi et tua est terra, orbem terre etc. Estatem
et ver tu plasmasti ea. Sed quare non facit mentionem autumpni
et yemis, quia autumpnus comprehenditur in estate, et yems
in vere. Moraliter sic. Tuus est dies prosperitatis, i. tua est nox.
adversitatis, quia a te hec veniunt nobis. tu fabricatus es
auroram penitentie, in qua nox tollitur peccati. et solem sapiencie
et iusticie, quia secundum ecclesiasticum. Bona et mala vita et mors,
paupertas et honestas a deo sunt. tu fecisti omnes terminos terre
i. terrene scientie, contra curiosos inquisitores. Item terrene
vite contra eos qui longam promittunt sibi vitam. terrene cupidi-
tatis, contra eos, quibus totus non sufficit mundus. estatem i. con-
templativam vitam propter serenitatem. et ver i. activam propter
humorem et calorem, que vivificant terre nascentia. tu plasmasti
ea. quia sine te factum est nichil. possumus tamen per estatem
et ver perfectos et imperfectos intelligere, quo alii iam actu fer-
vent, alii vero fervori proximi sunt. Memor esto huius. non dici-
tur ut intelligas, huius s. operacionis tue. Alii autem dicunt huius
s. creature tue, que tibi aliquando complacuit in patribus, et oro me-
mor esto quia eadem creatura s. populus iudeorum factus ini-
micus veritatis, improperavit domino ihesu christo. d. Math. Ecce ho[mo]
vorax, potator vini, et socius publicanorum. Et idem inimicus
populus insipiens irritavit factis et verbis ad iracundiam nomen
tuum i. filium tuum. alapis eum cedendo, in facie spuendo, et tan-
dem crucifigendo, et ponitur hic preteritum pro futuro, secundum morem prophetarum
quibus omnia preterita videbantur. Ego ergo qui intelligo precor
ne tradas i. ne tradi permittas bestiis i. demonibus, qui dicuntur — alias. animas confitencium tibi.
bestie a vastando, animam confitentem tibi peccata sua vel lau-
dantem te. et animas pauperum tuorum, omnia propter te relinquen-
tium. ne obliviscaris in finem i. finaliter. quod nullomodo fa-
ciet. quia patientia pauperis non peribit in finem. Vel animas
pauperum i. confessorum humilium qui quondam fuerunt divites, iusti-
ciam suam statuere volentes, modo vero sunt pauperes oculos suos
ad celos levare non audentes. Illos tales ne obliviscaris quin
deducas eos in finem s. christum, qui est finis non consumens, sed
consummans. respice in testamentum tuum ut reliquie salve fiant

Contra manicheos qui dixerunt prosperitatem a deo, adversitatem a dyabolo.

quia hii qui intendunt terrenis, obscurati sunt, quia pulvis obscurat visum. Unde obscurentur oculi eorum ne videant. et repleti sunt terre. i. amore terrenorum, et hoc ideo, quia habitant in domibus iniquitatum. quia corda habent iniqua. domus enim corda sunt. Unde matth. Beati mundo corde. quoniam ipsi deum videbunt. ne avertatur. non repellatur humilis iste, qui rogat pro confirmacione testamenti, factus confusus. quia tunc confunderetur. si oracio eius repelleretur. pauper et inops. i. humiles qui non presumunt de sua iusticia. laudabunt nomen tuum. confitendo peccata contempnendo terrena, querendo eterna. Et ne iste humilis confundatur. o deus exurge ad confortandum me. qui videor desertus pro eo quod nondum accepi que promisisti, quia que invisibilia sunt inania putantur. iudica causam tuam. i. adiuva pauperem humilem tuum. quia quidquid boni pauperi fit a nobis, tibi fit. iuxta illud. Quod uni ex minimis meis fecistis etc. Et quidquid mali vel oppressionis hoc tibi fit. Iuxta illud prov. xxii. Non conteras egenum in porta, quia dominus iudicabit causam eius. et tu qui numquam oblivisceris, memor esto improperiorum tuorum. contra te prelatorum. ut ea puniendo corrigas, et corrigendo indulgeas. Improperiorum inquam, eorum que ab insipiente populo prelata sunt non ad brevem horam sed tota die. i. semper. Unde ysaie lii. Iugiter tota die blasphematur nomen meum, quod fit hodie a iudeis perfidis, et malis xpistianis. ne obliviscaris voces. i. blasphemias inimicorum tuorum. et vere ipse audit. Unde deuteronomii xxxii. Nonne hec condita sunt apud me, et signata in thesauris meis. Et merito, quia superbia eorum qui te oderunt ascendit. i. crescit et intenditur semper. Unde ysa xvi. Audivimus superbiam moab. Superbus est valde. Et non considerant miseri, quia quantumcumque ascendunt superbiendo, tantum habent descendere humiliando. Unde Job xx. Si ascenderit in celum superbia eius, et caput eius nubes tetigerit. quasi sterquilinium in fine perdetur. Sequitur Confitebimur.

Confitebimur tibi deus confitebimur etc. Intencione monet, ne aut presumendo aut desperando deficiamus. dicat ergo sic. deus confitebimur. peccata nostra. tibi pro

A4

indultori non crudeli ultori. Hec confessio est a malis pur=
gacio omnia enim in confessione lavantur. Deinde repetit confi=
tebimur. repeticio confirmacio est. Confessio eciam licet una sola eterno Judicia
mortem inducit. sed frequens confessio facta deo. vita operatur.
post confessionem sequitur invocacio. Et invocabimus nomen tu=
um. quia per confessionem evacuamur malis. post invocacionem
implemur bonis. narrabimus mirabilia tua. optimus ordo.
quia confessione mundati. oracione adiuti. narrabimus aliis
predicando. mirabilia tua. aliter audiremus a deo. quare
tu enarras iusticias meas. etc. narrabimus mirabilia. facta
in creacione rerum de nichilo. In incarnacione ubi mater
virgo et deus homo. et quando accedebant ad eum ceci claudi et
muti et sanavit eos. et quando mortuos nos vivificavit
et vulneratus nos sanavit. Cum accepero t. Visa consolacione
humilium ne desperent. subditur terror superbi ut humilientur. cum
accepero tempus iudicandi. in secundo adventu. quod dicitur filius hominis
ipse enim secundum deum semper habet iudicandi potestatem. Ego prin=
cipaliter. cui deus pater dedit potestatem iudicium facere. iusticias
iudicabo. quia non tantum impii. sed eciam iusti iudicabuntur. de quo
eccl iii. Justum et impium iudicabit dominus. Unde quid faciet
de iniusticiis qui eciam iusticias iudicabit. Vel iusticias iudi=
cabit i. declarabit. quia aliquando videntur esse iusticie et non
sunt. unde gregorius. Sepe sordet in oculis iudicis. quod splendet
in oculis operantis. Ego ergo iusticias iudicabo i. uniuscuiusque
merita iuste ponderabo. Hoc tam districto iudicio considerato
liquefacta est terra i. homines terreni. et omnes qui habitant in ea.
resoluti sunt timore. mali quia peccaverunt. boni quia
sciunt si districte iudicabuntur. non poterunt respondere unum pro
mille. quia et in angelis suis reperit pravitatem. Ego autem
qui omnium curam gero tamquam pius pater. confirmavi columpnas
eius i. dedi predicatores et doctores. quorum monitis et exemplis
reformarentur in spem. Secundum eciam ieronimum mundus stat
meritis sanctorum. Vel sic. Ego iusticias iudicabo pro eo quod terra
liquefacta est. in peccata et concupiscentias fluendo. et omnes habita=
tes in ea. ego autem vicorum dampnator. et bonorum liberator. co=

firmavi columpnas eius, i. sanctos apostolos, que in passione nutaverunt, qui confirmati sunt in resurrectione. vel alios sanctos, quorum meritis et doctrinis ecclesia sustentatur. Et bene dicuntur sancti columpne quia longi per longanimitatem, graciles per humilitatem, plani non gibbosi per paupertatem, leves et iocundi per obedienciam. Dixi iniquis, monendo eos priusquam puniret. nolite inique agere. i. non perseveretis in malo, quia malum est peccare, peius est perseverare, sed pessimus est se defendere, et in deum culpam suam retorquere. Et dixi delinquentibus. i. peccata sua defendentibus. nolite exaltare cornu. i. per superbiam excusare defendendo iniquitatem. q. d. Si iam fecisti iniquitatem per cupiditatem, ne defendas per elacionem, sed quod superba voluntas vulneravit elacio, humilis sanet abiectio. nolite extollere in altum cornu vestrum, i. nolite superbire contra deum murmurando vel blasphemando. et hoc idem confirmat dicendo dicens, nolite loqui, et si non lingua, saltem corde adversus deum iniquitatem. contra deum loquitur, qui ipsum in testem falsitatis adducit, vel qui sibi de peccatis impunitatem promittit, vel qui se a peccato cavere non posse dicit, quasi deus impossibilia precepisset. Iudei contra Christum cornu extulerunt, et modo tiranni contra pauperes Christi. Sed nolite facere hoc. quia neque ab oriente. iudicat deus ut fugiatur in occidente. neque ab occidente. ut fugiatur in orientem. neque a desertis montibus. veniet ad iudicium ut fugere posset ad turbas, quoniam iudex est deus. qui ubique presens est, quia si in aliquo loco deus includeretur vel circumscriberetur, deus non esset. q. d. nusquam potest effugere iudicium dei, qui ubique est. Spiritualiter sic. quia neque ab oriente. i. a bonis, neque ab occidente. i. a malis, neque a desertis montibus. i. a falsis predicatoribus, et omnibus generibus hominum. deus. adest, et cognitor est, quia deus iudex est. eorum que sunt in corde. Sed quomodo deus iudicat, certe iuste quia hunc. s. superbum humiliat. et hunc. s. humilem. exaltat. Nota illud proverbiorum xxix. Superbum sequitur humilitas, et humilem spiritu suscipiet gloria. et hoc ideo, quia calix. i. lex et scripture veritates, quibus suos potat et inebriat, et ille calix licet sit. vini meri. i. pure intelligencie spiritualis, est tamen plenus mixto. i. coniunctus cum intelligencia literali et corporali. Unde proverbiorum ix. Sapiencia divina miscuit vinum, et

posuit mensam. et hic calix est in manu dei .i. in potestate gratie eius cui voluerit propinare ex eo. Unde et dicit. et inclinavit calicem ex hoc in hoc .i. de superbo iudeo humili gentili. vel superbo aufert sciam et confert humili. quia deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. et licet sit lex et veritas translata in humiles gentiles. verumtamen fex eius .i. carnalis intelligencia non est exinanita. sed remanet aput iudeos. et ex illo calice mixto cum fecibus. bibent omnes peccatores terre .i. tam iudei qui dicuntur peccatores superbi. quam gentiles qui dicuntur peccatores humiles. quorum isti bibunt purum vinum veritatis. illi vero feces veteris figure. Mistice sic. hunc humiliat. Sanctis in patria dat gaudium plenum et purum. in via vero non purum sed mixtum. reprobis fecem doloris eternum. Unde dicit. quia calix iuste retribucionis est in manu .i. in potestate dei. vini meri .i. iocunditatis eterne. quantum ad eos qui sunt in patria. plenus mixto. quantum ad eos qui sunt in via. quia risus spei miscetur cum dolore rei presentis. et inclinavit ex hoc in hoc .s. ex calice tribulacionis in calicem consolacionis. verumtamen fex eius .i. pena inferni. non est exinanita. ymo perpetua erit. bibent ex eo. quantum ad fecem. omnes peccatores terre. non tamen peccatores celi .s. demones sed terre .i. homines mali. Ego autem. dicit caput christus cum membris. vel congregacio bonorum humilium. annunciabo. dei beneficia que in memoria .i. in scripturarum intelligencia. in seculum .i. quamdiu seculum stat. cantabo. laudes deo iacob. luctatoris. qui me fortiter vincere fecit. et ab omni peccato eripuit. et omnia cornua peccatorum .i. tirannorum vel dyabolorum. que modo extolluntur confringam. et exaltabuntur cornua iusti. quibus impugnatur dyabolus. Nota quod cornua peccatorum sunt tria. que vilissima deiectione confringentur. primum est superba potencia. que deiecta est in anthiocho. ut patet i° mach. ix°. Secundum temporalis opulencia. que corruit in divite epulone. ut patet luce xvi°. Tercium carnalis sapiencia. que deiecta est in iuda. in finali tenebrositate mathei xxvii°. Cornua iustorum sunt tria .s. fides que exaltatur usque ad apertam visionem. Spes que exaltatur usque ad summam comprehensionem. Caritas que exaltatur usque ad plenissimam fruicionem. Que cornua concedat nobis. Amen etc.

19 Notus in iudea deus. Intencione confutat carnales
iudeos, et deuotos ad reddenda vota monet, dic
ergo sic. deus, quem vos o iudei carnales repellitis
notus est in iudea spirituali .i. in ecclesia catholica, non in iudea
perfecta, que cecidit, et videtur propheta auctoritate probare cecitatem iudeorum.
Si veri iudei estis, tunc in vobis deus notus est, quod si non
est, tunc non estis iudei. Sed non est notus in eis deus, quia cesa-
rem gentilem confessi sunt dicentes, Non habemus regem
nisi cesarem, et propterea eversum est regnum eorum, quia noluerunt
confiteri christum verum regem suum. Illi ergo sunt veri iudei qui
confitentur christum deum, qui secundum carnem venit ex iuda. et in
israel vero .s. qui videt deum per fidem. magnum nomen eius pre-
dicatur et laudatur. et factus est locus eius .s. dei. in pace .i. in fideli
qui ut frequenter habet pacem. et habitacio eius in syon .i. in ecclesia
que nunc speculatur deum per fidem, vel in syon .i. in contempla-
cione futura, quando videbitur facie ad faciem. Nota ordinem verborum
prius ponitur iudea .i. confessio, post quam sequitur israel .i. videns deum
deinde pax, et postremo syon, quia prius confitenda sunt peccata
deinde israel quia in confessione videtur deus iuxta illud
Beati mundo corde .q. et sic in pace fit locus dei in corde. alias
non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Et postremo
ponitur syon, in qua videbitur deus facie ad faciem. ab hijs qui
bone voluntatis sunt, intra loca tria habuit xpistus .s. vterum
virginis, crucem, et sepulcrum. In primo deiecit superbiam in secundo
delicias In tercio diuicias. Ibi .s. in iudea .i. in ecclesia ex gentibus
deus, confregit potencias demonum, qui in ydolis venerabantur.
vel potencias .i. municiones suggestionum iniquarum, quas de-
struxit per sanctos, et confregit arcum, qui de longe percutit et
figit dolositatem vel heresim, scutum .i. defensionem peccati. gla-
dium, pulsare suggestionum, que penetrant usque ad cor. et bellum
defensionis peccati, quia et si peccatur in ecclesia, tamen non refugiunt humi-
liari ad penitenciam vel. ibi .s. in presepi cruce et sepulchro xpisto
confregit potencias dyaboli scutum. arcum et bellum, quia in tantum
est debilitatus quod nullum vincat nisi volentem. Vel. ibi .i. in
illa pace eterna, confregit dominus hec omnia etc. iuxta illud ysaye ii.
Non exercebuntur vltra ad prelium. Tu. G. qui notus es in iudea.

et cōstregisti potencias / et cetā que sequunt' / Ꝑmisisti nobis tēp̄
instrator · in medio mē · tu · inq̄ · illuīans · totū mūdū · ei tuo =
tibꝫ etnis · i · aplis / et aplicis viris / qui sunt mōtes altitu =
dine vite / et claritate sapie / q̄a ꝑmi apli / radios solis / iusi =
ticie xp̄i receperūt · et dicunt' etni q̄ uia firmi / vel quia etnis
finit' adheserūt / et nō nisi etna q̄sierunt / vel etiā ꝑpter
ꝑticipiū etni facti sunt · Illuīans inq̄ mirabilit' · i · ꝑ mira =
culoꝝ ostensionē / et ꝑpter hoc · oēs insipiētes corde · i · desid =
ria carnalia et mūdi / sequētes turbati sunt · audiētes aliā vita
nūciari sibi / Unde ro · i° obscuratū est insipiēs cor eoꝝ / quia
oculis egris odiosa lux est / que puris est amabilis / de talib'
fuit h̄odes et iudei · m̄ · ij° · audiēs rex turbatus est ɀc · et sic turbati
turbabāt mala nō ea que excitaret a culpa / dormierūt · i · pputi
suis bonis quiescētes / futuri negligētes / dormitauerūt inq̄
sompnū suū · sīu dicat addi[c]am / sompni sanctoꝝ / quia istud
est fallax / vident enim se h̄re thesauros / et tunc euigilāt / tūc
nichil inuenerūt oēs viri diuitiaꝝ · qui totam spem ponūt
in incerto diuiciaꝝ / Nichil inuenerūt · dico / in manibꝫ suis ·
quia sompnū p̄ntis vite / illos diuites facit / euigilatio aūt
post hāc vitam paupes ꝑdit / Nichil inuenerūt in manibus
suis / quia nichil posuerūt in manib' xp̄i / qui d' · esuriui / et nō
dedistis · In paupib' namqꝫ esurit / qui in celo diues est · Sed h'
turbatō et sompnus venit · ab increpacōne tua · i · a iusta ꝑmissi =
one · o deus iacob · qui cōfortas luctatōes tuos / et exaltas h'mi =
les tuos / dormitauerūt · i · indurati extiterant / oēs · mūdi
amatores / qui ascenderūt equos · vanitatis et superbie / de q̄b'
dicit' ꝑu' · vj° · paululū · dor · pau · dormitab' ɀ veniet ɀc ·
Tu terribilis es · q · d · Tu increpasti / et tñ nō sūt conūsi / et tñ
debuerunt / expco / quia · tu terribilis es · in futō iudicio / de quo
ꝑpha · leo rugiet / et quis nō timebit · ex tūc · s · qñ veneris ad
iudiciū statim · ira tua · i · effectus ire tue sequet' / Et dicit' dies
ire quia vltus ꝑ paciam nl' dissimulabit' / nec ꝑ ꝑciam diluet' ·
de quo · gg · prauitatē suam quisqꝫ deserat / dei pacientiā ꝑti =
mescat · ne qui tranq̄llū modo despicit / iratū postmodū eua =
dere nō possit · de celo · angelos tuba canētes / fecisti auditū ·
i · faciēs iudiciū · futuꝝ · quo audito · terra · i · t'reni · tremuit /

Tantū enī pondus increpa[cōis] dei est / q' dormiunt increpati · i · in durant' corda eoꝝ

¶ Quod nullus potest maius malum instanter operari quia nec opus nec re. erit in futuro.

et quieuit. a malis cessando / qui vtinam modo quiescerent / qua-
tunc erit quies sine quiete / quiescent enim a malis / sed non a sup-
pliciis / Sed quando hec erunt. Cum exurget in iudicium. futurum. deus. vt
iuste iudicet / qui in primo venit aduentu vt iniuste iudicaretur
homo / Ad hoc enim veniet. ut. postquam condempnauit iniquos ut
saluos faceret omnes mansuetos terre. non superbos / qui ascenderunt
equos / non turbatos zelo inuidie. non dormientes in lecto volup-
tatis et luxurie. sed. mansuetos terre. qui in mansuetudine sus-
ceperunt doctrinam veritatis / et dicit. terre. i. homines / non angelos
qui sunt mansueti celi. Quoniam cogitatio. q. d. domine saluabis man-
suetos / et merito / quoniam cogitatio hominis. mansueti. confitebitur tibi
. i. gratias agens laudabit te. q. d. mansueti laudabunt te cogita-
tione et opere / Vnde et subdit. d. et reliquie cogitationis. i. opera
bona. et ex bona cogitatione relicta. cogitatio enim est con-
ceptio voti / reliquie redditio voti / et tales reliquie diem
festum agent tibi. i. placebunt tibi sicut dies festus / quia ma-
nifeste cessabunt ab omni opere seruili. s. peccato. Vel aliter. cogitatio
hominis. qui cogitat mala dimittere. confitebitur tibi. ut dimittas
ei peccata iuxta illud. Dixi confitebor aduersum. et reliquie huius
cogitationis. que sunt detestatio peccati / et satisfactio. diem festum agent
tibi. i. placebunt / sicut placet festiuitas iocunda. Vnde luce
xv. Maius gaudium est in celo super vno peccatore penitentiam agente. et quoniam
ita est vos homines mansueti. vouete. mente. et reddite opere domino
deo vestro. i. si voues necessario. reddere debes / Nota tamen quod si vouere
est consilium / quod hic videtur precipere / Vnde et consilium est non pre-
ceptum. vel dicendum quod est votum improprie dictum. s. abrenunci-
atio dyaboli. et pompis eius / quod promittimus in baptismo. et sus-
ceptio fidei. sine quibus non est salus / et tale est votum neces-
sitatis. et hoc precipitur hic / Alia sunt vota proprie dicta. vt vota
castitatis. vel monastice inclusionis. ad que non tenemur / sed si
vouemus necessario requiruntur a nobis. omnes qui in circuitu eius. ex-
istentes per fidem. affertis munera. i. vosmetipsos. vel munera
altaris. hii tales monentur vouere. non heretici. non pagani. qui
non sunt in circuitu eius / quia deus per gratiam illuminantem non est
in medio eorum. Vouete inquam domino. terribili. scilicet iusticiam. vnde adhibet

xj° horrendu est incidere in manus dei viuentis / qui aufert spm
pncipu .i. humiliat elatos superborum / vel ad lram aufert. zc. .i. a
nimam cum volt. Vouete zc. terribili apud omnes reges terre. qui
maiores sunt quam principes. Vel reges terre sunt / qui regunt humilit
subiecti deo / de quibus dicitur prouerbiorum / Cor regis in manu dei est. ad quod
cumque voluerit inclinabit illud / tamquam ductibile et tractabile.

Voce mea ad dominum clamaui. voce mea. zc. Intencio
est monere nos / vt omnia terrena transiliamus. et nichil
xpo / qui est finis nr preponamus. dicit ergo sic. voce
mea ad dominum. personaliter et feruenter. clamaui. voce mea .i. orde
emissa. ad deum. de quo fideliter spero / et intendit michi .i.
exaudiuit me / vnde dicitur. Expectans expectaui dominum / et in=
tendit michi / Et alibi clamor meus introiuit / in conspectu eius
in aures eius / Semper enim adest querentibus se. et orantibus
ea que placent ei / Non sicut illi de quibus dicitur / clamauerunt nec
erat qui saluos faceret ad dominum / nec exaudiuit eos / quia
orauerunt in conuenientia sibi vt diuitias et honores / quod con=
tempnere iubet. in die tribulacionis mee .i. cum tribulor. Vel in
ista vita / que est tota tribulacio illi / qui desiderat celum. Vnde
apostolus Infelix ego homo. zc. exquisiui deum manibus meis .i.
operibus bonis / non in manu desiderio. nocte. nox est idem quod
dies tribulacionis / Vel nox est vita presens / quia in ea necessaria
est lucerna verbi dei. Vnde petrus / Nos habemus certiorem prophe=
ticum sermonem / cui bene facitis intendentes velud lucerne luce=
nti in obscuro loco / donec illucescat dies / et lucifer oriatur.
contra eum .i. coram eo. Coram eo deum querit / qui non facit iusticiam
suam coram hominibus / vt videatur ab eis / vnde Cum facis elemo=
sinam noli tuba canere zc. et non sum deceptus. Ecce fructus / quia
inuenit quem quesiuit. hic quidem per speculum / ibi autem facie
ad faciem videbit. Ecce non decipitur / qui in nocte deum querit /
sicut fecit iste dicens infra. Media nocte surgebam. Et In nocti=
bus extollite manus vestras / zc. et illa. In lectulo meo per noctem
quesiui quem diligit anima mea / Vel contra eum. me pro domo dei morti
exponens Sicut ille aut dimitte eis hanc noxam zc. et paulus
optabam esse anathema. et dauid Ecce ego qui peccaui. zc.

Quibus dicitur Sap vj° horrende ap=
parebit vobis / quia durissimum iudicium
in hijs qui presunt fiet

16

Consueuerunt homines clamare in tempore temptacionis eius
de quo Joh. 1° Ignis deuorauit spe=
ciosa deserti In insultu diaboli ac
temptacionis. Tho. iiij° Cum
tinnuit piscis zc. In
aquis inundacione tem=
pestatis. Jone
1° Facta est
tempestas
mag
na.

Ignis fures et aqua faciunt
homines clamare
pro auxi=
lio.

Vel sic. Renuit consolari. q. d. In tantum consumi deum. quod renuit consolari anima mea
in aliis rebus quam in deo. Et ideo memor fui dei. in quo est summa
suauitas. et delectatus sum in eo. et exercitatus sum querendo magnitudinem sapiencie eius
et potencie. et defecit spiritus meus. quia res est incomprehensibilis.

Gustato spiritu. desipit
omnis caro. i. carna
lis consolacio.

renuit consolari anima mea. consolacionibus carnalibus. quia
tantam habuit desolacionem et tristiciam pro peccatoribus. vbique enim
scandalum inuenit. vt non audeat recipere consolationem
temporalem. Sed tamen est ei respiracio. ne per omnia absorbeatur.
et de hac dicit. memor fui dei. paciencie. et multa aduersa sustinen
tis. et delectatus sum. i. recepi consolacionem. considerans quod conditorem
meum tantam habuit in omnibus factis et dictis suis contra
dictionem. exercitatus sum. et defecit spiritus meus. pro amoris vehe
mencia. vnde tren. memoria memor ero. et tabescet in me anima mea.
Et regina saba videns sapienciam salomonis. non habebat vltra spiri
tum. Tali exercicio fuit paulus. qui dicebat. vltra vires grauati
sumus. ita ut tederet nos eciam viuere. Sic eciam sancti martires visi sunt
deficere. et considerato magistri sui agone spiritum resumebant. et di
cebat cum paulo. Non sunt condigne passiones huius temporis ad futu
ram gloriam. que reuelabitur in nobis. anticipauerunt vigilias oculi mei.
Nec mirum si dormire non poterit. qui in tali exercitio erat. in quo
tedebat eum vite. turbatus sum et non sum locutus. in quo facto per
fectio ostenditur. quia ex afflictione cordis turbacionem habuit. et tamen
in murmuracionem non prorupit. saluatoris nostri in hoc exempla secu
tus est. qui ut agnus ad occisionem ductus est et non aperuit os
suum. Cogitaui dies antiquos. et inueni quod omnes qui pie volunt vi
uere. necessario persecucionem pacientur. et propter hoc vt paciencius
sustinerem. annos eternos in mente habui. in quibus absterget deus
omnem lacrimam ab oculis sanctorum. et ignis impiorum non extin
guetur. et vermis eorum non morietur. Sed hec meditacio magis
vult silencium et quietem. propterea dicit. et meditatus sum nocte.
quia illud tempus est magis aptum meditacioni. et hoc cum corde
meo. confabulans. et exercebar. in ipsa meditacione perseuerans.
et scopebam. diligenter per confessionem. spiritum meum. vt possit videre
verum. Oculus enim purus clarius videt quam lippus. et bene iungit
exercitacio in bono. et scopacio a malo. quia vnum sine altero
non claudet ostium dyabolo. hec inquit in nocte cogitabam. hec
in corde tractabam. hoc erat exercitium meum. et studium. et in hac
tam nobili occupacione. spiritus eius purgabatur. Et quid medita
batur. Hoc scilicet. nunquid in eternum. i. sine termino. proiciet deus. a gracia sua

genus humanum, aut non apponet misericordiam suam ire, ut complacitior sit adhuc miserendo qui prius in veteri testamento ira ostendit puniendo genus humanum. q. d. Apponet utique. Promisit enim per ysayam liiij. Ad modicum et in puncto dereliqui te. et in miserationibus multis misertus sum tui. Et cetera. apud me meditabar. Aut nunquid misericordiam suam abscindet, a genere in finem, i. finaliter, vel infinite temporum, eam non exhibendo, q. d. non, sed extendet eam a generatione iudeorum in generationem gentilium. Unde Ioh. i. Ipse est propiciacio pro peccatis nostris, nec tantum pro nostris, sed etiam pro totius mundi. Aut nunquid obliviscetur deus misericordiam liberalitatis que est ei tamquam fonti propria et naturalis, ut qui pre negligenciam non curet nos. q. d. Non, quia consuevit misereri. Aut continebit in ira sua misericordias suas, ut ira iusti iudicii vincat misericordiam. q. d. Non, sed potius misericordia superexaltat iudicium. Unde ysa. Non in eternum ero vobis iudex, neque per omne tempus irascar vobis. Et abbacuk. Cum iratus fueris misericordie recordaberis. Et ysa. Nunquid potest mulier oblivisci infantem suum ut non misereatur filio uteri sui et cetera. Sed contra dicitur Tren. ultimo. Quare in perpetuum oblitus es, et dereliquisti nos in longitudine dierum. Unde hic agitur admirando dilationem misericordie, non asserendo evacuationem. Et Ozee i. Non addam ultra misereri domui israel, sed oblivione obliviscar eorum. Hoc intelligitur sub condicione s. si noluerint converti. Et dixi i. meditationi mee Nunc primo cepi. sapere et intelligere veritatem eorum que meditabar, et hoc fuit occultum ab eternis temporibus, s. quod homo reducetur ad annos eternos, cum mortale hoc induet immortalitatem, et hec mutacio est dextere excelsi, i. potencie dei. et mutatio de ira in misericordiam, de servis in filios. Et ego tamquam gratus, memor fui operum dei, i. mutacionis in me facte. Ut meliora merear accipere. Et ne de se tantum letari putaretur, addit d. Et memor ero ab initio mirabilium tuorum, que in antiquis patribus toti generi humano declarasti. In adam ad ymaginem suam genus humanum formavit. In abel hostiam eius acceptavit. In noe per archam a periculis salvavit. In abraham. In ysaac passionem filii sui deus designavit. In moyse a servitute dyabolica liberavit. Tandem quod ipse deus

Greg. dicit. Deus quod nos diligat, qui etiam deum diligit. non diligit.

Eccli. xviii. Cum consummaverit homo, s. meditari, tunc incipiet, s. intelligere.

venit et scriptum qui ipse occultus fuit nobis declaravit
Ex hiis omnibus et pluribus aliis potuit intelligere, quod nos
laudibus miseri deus, et hec sunt que vir sanctus delectant
ut d. et delectatus sum. Sed heu modo sicut ysa. dicit cithara
et lira in conviviis vestris, et opus dei non respicitis, nec opera
manuum eius consideratis, et meditabor. scilicet nimio in omnibus
operibus tuis. scilicet creacionis ordinacionis, et gubernacionis. et exercebor
opere in adinvencionibus tuis. i. mandatis tuis, que tu ad-
invenisti, et nobis facienda dedisti. Et nota, quod hic miscet pre-
teritum et futurum, memor fui. memor ero, meditatus sum
meditabor. Innuere volens, quod semper facta et precepta in ore
et corde ruminemus, et opere impleamus. Tandem post tantam
meditacionem, in laudem dei prorumpit dicens. O deus in sancto

Quis via dei est in sancto quia nunquam a iusticia et sanctitate recedit.

filio tuo est, via tua. i. veniendi ad te. vel colendi te. quia
nemo venit ad patrem. nisi per filium. i. per fidem que est de filio
Unde ipse dicit, Ego sum via veritas et vita. et quia tu ipse
es via veniendi ad te. audacter dico. quis deus magnus bonitate
et potencia. sicut. tu deus noster. omnium deus per creacionem. noster
singulariter. per fidei cultum. tu es deus. solus, qui facis mira-
bilia. que nullus alius facere potest. notam fecisti virtutem tuam
in populis, tam iudeorum quam gentilium. virtutem tuam. i. xpistum. qui est
dei sapiencia et virtus vel caritatem suam. quam notam fecit
quando filium suum incarnari. pati et mori constituit, Deinde ostendit
quid prestitit hac caritate. redemisti populum tuum. a servitute
dyaboli filios iacob. i. iudeos et ioseph. i. gentiles, quia ioseph
gentibus venditus, inter gentes habitavit. Joseph enim
interpretatur augmentum, quia de gentibus augmentatus est
populus dei, Redemisti inquam. in brachio tuo. i. in filio, de quo ysa.
Et brachium domini cui revelatum est. Et eze. Redimam te in bra-
chio extento, scilicet in cruce. Et postquam. notam fecisti virtutem cari-
tatis tue. extunc, aque. i. populi, viderunt. i. cognoverunt te per
fidem. o deus. quo ad iudeos viderunt te aque. i. populi gencium
fervide prius, et insipide propter ydolatriam. et propterea. timuerunt
deum timore filiali, Unde act. v. factus est timor magnus in
universa ecclesia, et turbate sunt. per penitenciam abissi. i. profundi peccatores

Unde nota quod ex visione sequitur timor, et timore turbatio.
Unde Job: oculus meus videt te, ideo me reprehendo. Vel
abissi, id est tirannorum, visa conversione gentium turbate sunt furo-
re in sanctos dei. Sed ex conversione fidelium et ex persecutione
infidelium crevit multitudo sonitus aquarum, id est populorum sonantium,
alii confessionem peccatorum, alii gratiarum actiones et laudes, et unde
isti sonitus aquarum et turbatio abissorum? quia nubes, id est predi-
catores, vocem dederunt, id est omnibus predicaverunt Christum, de quibus
dicitur: Mandabo nubibus meis ne pluant super eos imbrem.
Etenim quia sagitte tue, id est predicatio apostolorum et successorum eorum,
transierunt, id est usque ad intima cordis penetrant. Non enim manserunt
in auribus, ubi sciendum quod verbum dei et pluvia dicitur et sagitte:
pluvia quia rigat, sagitte quia penetrant. Vel transierunt
de gente in gentem. Et hoc est quod subdendo dicit: Vox to-
nitrui tui, id est predicatio tua terribilis, manifesta est in rota,
id est toto mundo. Unde Apocalypsis iiii^o: de throno, id est de collegio apostolorum, qui
processerunt immediate a Christo, exibant fulgura, voces et to-
nitrua. Fulgur veritas illuminans, vox veritas promittens, toni-
truum veritas comminans. Illuxerunt, quasi dicat: predicatores tui transie-
runt et per eos illuxerunt choruscationes tue orbi terre, id est divina
precepta innotuerunt nobis, que tenebras mundi depellerent
per miracula. Unde commota est ad conversionem terra, id est habitatores
terre. Ecce illi pluunt predicando, choruscant miracula faciendo.
Deinde eos quos dispertat terram in sequentibus nominat mare et dicit:
in mari. Terra enim dicitur mare per similitudinem, quia amara
est vita humana, tempestatibus subdita, ubi maior piscis de-
vorat minorem. Hoc mare amarum erat et mortuum, quia nichil
vivens in se habebat, quousque venit fons vite et ab eo amaritu-
dinem dulcoravit et mortem fugavit. In mari, quod est id est in cordibus hominum
gentilium via tua, id est filius tuus, ambulat enim super aquas gentium,
eas fidei subiciendo, in cuius figuram ad litteram ambulavit Petrus
super mare. Et semite tue, consilia evangelica, in aquis multis, quia
non omnes sequuntur perfectionem castitatis et voluntarie paupertatis.
Deinde increpat obstinatos, sive de gentibus sive de iudeis,
dicens: Et vestigia, quasi dicat: licet venit, docuit et miracula fecerit,

Predicatores sunt ut nubes
elevati per contemplationem, hu-
midi per devocionem, frigidi
per castitatem, obscuri per humi-
litatem, mobiles per obedientiam,
leves per paupertatem, vocem
dederunt orando et
predicando.

tanie a plibus ex cecatis malicia. uestigia eius nō cognoscent. i. nō est cognitus ab eis p subiectom / sed erecta ceruice dicut deo / recede a nobis / sciam viarum tuarum nolumus. Vel sic vie tue. o xpe. in mari. i. amaritudine pssionis. et semite tue. i. pfectio cicum^ta in aquis multis. i. tribulacoibus infinitis quia qui pie volunt viuere in xpo psecucone paciet^r. et uestigia tua nō cognoscent^r. i. nemo attinge^r poterit pfectom vite tue quia tu es / sicut passer solitarius in tecto. i. in sūmitate tua nō cognoscet^r uestigia tua. ab hijs. quos ad terram deduxisti p mare rubrum. in manu. i. p manum / moisi et aaron. et dicit ppłm tuum sicut oues. nō dicit simpliciter. oues. quia erat inter eos hedi rebelles / qui et pierunt in deserto / oues tū reputabant. Mistice vero sic / dns deduxit ppłm suum. p desertū huius mundi sicut oues / nō sicut porcos inmundos / nō sicut boues qui ducunt^r ad gladium / sed sicut oues suauit^r legem caritatis tradendo / sicut pastor in humeris ad ouile reportando. in manu moisi et aaron. i. p doctores ecclie / qui sunt et debent esse litterati et fortes / vt et sciant pdicare vbo et exemplo. Moyses enim interpretat^r. assumptus est ex aquis / vnde doctor debet assumi / ex scripturarum habundancia. Aaron interpretat^r mons fortitudinis / vt alios precellat altitudine / et pmittente vite p exempla.

Vel sic^t oues. quia multos deducit ad fidem suam. cum omnibus fouet. q tamen sunt hedi p lupiciam / lupi p rapinam. symee p ypocrisim / et hij omnes in tarta extremi iudicii secernent^r / sicut dr. Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum / et tunc liti iudicabit. quid sagena sancte ecclie continebat /

Attendite ppłe meus legem meam. In hoc ps est monens ppłm nouum / ne sint ingrati beneficijs dei. o popule meus. popule. s. xpianorum nō iudei obstinati. Attendite. corde. legem meam. i. veritatem rei / que tegit^r figuris inclinate p humilitate aurem vestram. cordis s. in vba oris mei. ad intelligendum ea. Et ideo attendite / quia aperiam os meum in parabolis, i. loquar in similitudinibus rerum. et loquar ppositiones i. enigmata. q. questiones dubitabiles. ab inicio. incipiens locuciones / ab exitu patrum ex egipto. Admirans ergo dicit quanta. i. quam multa. modo. audiuimus in veteri testamento / et cognouimus ea. in nouo testamento esse impleta / sz a quibus audiuimus. Ecce. patres nostri. s. moyses et pphe. narrauerunt nobis. et credidimus eis / nō sunt occultata. hec. a filijs eorum. spualibus in generacione altera. i. in gentibus / qui ex aqua et spu generant^r

narrãtes laudes dni. et v̄tutes eius. quib; potent̄ p̄p̄lm sum
liberauit. et mirabilia eius que fecit. p̄p̄lm cibando. ad litt̄
et quia sup̄ dixit. loquar p̄positiones ab initio. hoc d̄t. subdes
et suscitauit testimoniu. ad quod nondum. q̄ testimoniu et lex. idē
sunt. testimoniu mg̃ p̄bat nomen. lex ingn̄tu iubet. et suscita
uit testimoniu. i. legem in iacob. i. p̄p̄lo iudeor. p lege em̄ apparuit
et remisit p̄ctm̄ unde ap̄ls. p̄ctm̄ ut appeat p̄ctm̄ p bonum op̄a
tum est michi mortem. et legē posuit in isrl̄. tamq̄ iugum
ne vaga libtate oberraret. ergo bona est lex. q̄nta. i. multa.
mādauit p̄rib; n̄ris. non ut in se retinerent. s; ut nota face
rēt ea. v̄bo et exemplo. filijs suis. i. nouo p̄p̄lo. quia. ad hoc
acceperūt antiqui. ut cognoscat genēacō altera. s. collecta
ex gentibus p̄p̄ls videl; gratie. deinde. filij. xp̄ianī. qui.
postea. nascent̄. ex aqua et sp̄u sc̄o. et exurget. sursū ha
bentes cor. narrabūt ea. p̄dicando. filijs suis. carnalibus
siue eciā sp̄ualibus. ut ponāt spem suam in deo. nō ī alio.
nō in lege que punit. ecce utilitas p̄dicacōis. et nō obliuiscāt̄
oper; dei. sua op̄a que nulla sūt nō iactando. s; recordent̄ dei. et
mādata eius exquirāt. discendo et op̄ando. ne fiāt sic̄ p̄res
eor;. s. iudei. generacō praua. que vitatē nō accepit. ȝ exaspe
rās deum. in tm̄. ut eciā contra saluatorem armarēt. Cui dr̄
de v̄bis. xp̄i. Genēacō praua atq; p̄usa. hectine reddis dn̄o po
pule stulte ȝ insipiēs. Ne ei fiant. sicut. genēacō. q̄ nō direxit.
cor suū cū deo. ut ex deo rectificacet se. deus em̄ est sūme bon̄
quod ei applicat̄ s̄ se. totū rcm̄ est. distortū cor h̄t qui p̄ua
intellcā in se nō corrigit. et que vera docet. nō facit op̄e. Et
quāe est hoc. et. i. quia. nō est credit̄ cū deo sp̄s eius. i. sp̄m
suum deo. nō crediderūt. nec cōmiserūt se deo dicētes. In man̄
tuas dn̄e cōmēdo sp̄m meū. vel sic. nō ē credit̄. ec̄. i. et si racō
q̄nq; bonū suasit. nō acquieuit ei. Cū aūt cū sp̄u dei op̄ante
sp̄us hoīs coopatur. tūc fit quod deus iubet. et hoc non fit
nisi credendo in eū. qui iustificat impiū. et illam fidem nō
h̄t g̃natio praua et exasperans. filij effrem. i. genēacō iudeor̄ gn̄sor̄
et ponit̄ ps p toto. vna tribus p omnibus. intēdētes arcum.
p apphensionē mādator; dei. et mittentes. i. emittētes votum

ad seruandum ea. filii sunt in die belli. i. defecerunt in tpe tem
. q. d. audiunt diligenter. et recipiunt hilariter. et in tpe temp
tacionis deficiunt. vnde luce. viij°. In tpe credunt. et in tpe tēp
tacionis recedunt. Et facti sunt qui percuit baculum. quando ca
nes insurgunt. Et ozee. Effraym factus est quasi columba. non
habens cor. quia promissione obediencie. non audito. sed tempta
probat. non custodierunt. generacio praua. testamentum dei. i. p
cepta. non quia non possunt. sed quia nolunt. vnde et sub
dit. et in lege eius noluerunt ambulare. et si quandoque ambulāt
tamen nolunt. quia ex corde non faciunt. Agunt enim quod mallet
non precipi sibi. quod fit ex formidine pene. non ex amore
virtutis. et obliti sunt. per ingratitudinem. beneficiorum eius et mirabilium
eius. i. bonorum. que miraculose ostendit eis. quia bona omnia fe
cit eis. etc. Deinde specificat. que ostendit eis. dicens. coram
patribus eorum. aperte fecit mirabilia in terra egipti. quod patet in
exodo. ad litteram. Mistice vero xpc multa mirabilia fecit
in terra egipti. i. in mundo tenebroso. coram patribus nostris. s. apostolis
in campo thaneos. i. in planicie humilis mandati. Thaneos
enim interpretatur humile mandatum. et xpc docuit et mandauit
humiliari dicens. Discite a me. quia mitis sum et humilis corde.
quod Maria mater fidelium plene didicit. que dixit. Ecce
ancilla domini. fiat etc. Interrupit mare. ad litteram. et perduxit
eos. siccis pedibus. et statuit aquas maris et iordanis
quasi in vtre. ac si liquide non essent. Spiritualiter autem sic. per aquas
maris transeuntes. traducti sunt fideles. et inimici submer
si. Sic in baptismo saluantur fideles. demones vero et peccata sub
mersi. peccata ut non sint. demones ut non tantum noceant quantum
volunt. et eduxit eos in nube diei. ad litteram patet. vt habetur
exodi xiiij°. Spiritualiter autem fideles suos dominus in die prosperitatis
iuuentutis. et sanitatis. a concupiscencia obumbrat nube
proteccionis. vnde luc. ij°. Spiritus sanctus obumbrauit Marie etc.
et tota nocte. i. in presenti vita. que est nox propter ignoranciam
et execcacionem cordis. Eduxit eos in illuminacione ignis. i.
in doctrina sapiencie et caritatis. et ille ignis est. quem dominus mi
sit in terram. et vult instanter ut accendatur. Interrupit petram

Thaneos est ciuitas egipti in cuius campo fecit mirabilia. dd.

in heremo. Spualit petra est xps / in heremo huius vaste solitu-
dinis .i. mundi / pcussa est petra prius arundine / deinde lancea
et clauis / et fluxerunt habundantissime aque. et adaquit eos.
tamqm inmeta / ppter malos dicit hoc / quia sunt ingrati pas-
sionis eius. uelud in abisso multa .i. copiose / virga moysi. cruc
xpi / petra cor durum / aque lacrime. Si igit cor durum pcuciat
bis uel plures dolore passionis xpi / mirum si non fluat lacrime
sanguis / Et qd valde mirum est. eduxit aqs de petra / tali modo
q aque sequebant eos / et non in parua quantitate. Sz eduxit tamqm
flumina aquas .i. in magna habundancia. Sic spualit aqua doctrine
sapie et caritatis / et gracie / que de xpo exierunt / fluunt habunda-
ter. et in hijs ad quos puenerunt / fiet in eis fons aque viue
salientis in vitam eternam. et apposuerunt, q. d. Tanta fecit eis
deus / et tamen illi .s. generacio praua et exasperans apposuerunt
adhuc peccare ei .i. non credere / et ptea irritauerunt .i. in effectum
ire concitauerunt excelsum deum in inaquoso .i. in ariditate deser-
ti. Et mistice nos ablutī aqua baptismatis p incredulita-
tem nram arefacti a gracia prouocamus deum. et quo concita-
tem nram. arefacti ... excelsum in iram. Et .i. quia temptauerunt deum .i. temp-
tare disposuerunt in cordibz suis. Contra illud. Non tempta-
bis dnm deum tuum / Et hoc. ut peterent escas animabz suis .i. anali
et carnali vite sue / quod tamen non credebat deum posse facere. q. d.
petebat non credendo / quod est temptare deum. Vel qui dolose
petit temptat deum / ut si in verbis sit simplicitas / et in corde
malignitas / et male .i. false locuti sunt de deo. et dixerunt. Numquid
poterit deus parare mensam in deserto. q. d. non. Hec sunt vba / quibus
in cordibus suis temptauerunt deum. Hec diffidencia est iniuria
deo. qui percussit petram / et fluxerunt aque / et torrentes inundauerunt
Ecce exempla potencie dei dant / et de simili diffidunt. Numquid
tali modo et panem dare poterit. aut parare mensam pplo suo. Sz
stulte et insipiens. Nonne conuenientius erat dicere. Qui pcussit
petram / et eduxit aquas / nullatenus dubitamus / quin ille et
panes possit habundantissime ministrare. Neqz enim difficile
est deo / dare panem de celo. sicut aquas de petra. In hijs ergo
et similibus admonendi sumus ne similiter diffidamus. Ideo.

audiuit dns. q. d. ne viderent iuste allegare dei impotenciam dicendo
eos falsa locutos fuisse. et distulit penam. dicitur enim eccl.
altissimus paciens redditor est. quia non precipitat in malos
sententiam. Ideo filii hominum sine timore perpetrant mala. deinde
subdit penam. Ignis zeli dei. accensus est in iacob. i. contra
iacob. i. in minores. et ira dei. i. effectus ire dei. in isrl. ascendit
. i. in maiores. vel in laicos et clericos. per iacob et isrl figura
tos. Et merito ira dei ascendit. quia non crediderunt in deo. nec
sperauerunt in salutari suo. i. nec spem. nec fidem habuerunt in eo
quod posset eos saluare. Et propterea deus audiuit eos. complendo
infidelem peticionem eorum. et postea puniendo infidelitatem eorum
Et declarat quomodo audiuit. Et. mandauit nubibus de super. et ianu
as celi. i. cathactas aeris aperuit. Et pluit illis manna ad man
ducandum. et panem celi. i. de aere. dedit. non vendidit. eis. panem
angelorum. i. ab angelis ministratum. vel angelorum. dicitur exeo. quod
dum usi sunt eo. nec infirmitas nec superfluitas. ut egererent. fuit
in eis ad similitudinem angelorum. vel angelorum. dicitur exeo. quia
refectio est angelorum in suo significato. s. xpo. in quem desiderant
angeli prospicere. et cibaria misit eis in habundancia. que non po
terant consumi. ita ut nausearent super eis. Cuiusmodi autem sit. et
mandauit nubibus. i. predicatoribus mandauit. inspirando
voluntatem suam. et per eos. ianuas celi aperuit. i. intellectum
scripturarum dedit. Et. post hoc. pluit illis manna ad manducan
dum. i. cibum celestem. qui in utero virginis est fermentatus et
in cruce decoctus. qui de celo descendit per caritatem. qui can
didus est per puritatem. qui comestibilis est in sacramento. unde Joh.
Ego sum panis viuus. qui de celo descendi. Et bene dixerunt
iudei viso manna. quid est hoc. quia hic cibus ammirando
perquiritur. et vere deus facit. panem celi dedit eis. deinde. panem ange
lorum manducauit homo. exposicio ut supra dixerat. Superius
cibaria misit eis in habundancia. Quo autem sit subditur
manifestat. transtulit austrum de celo aereo. ut inferius flaret
Auster est ventus a meridie. qui temperamentum prestat. affricus
est austro collateralis. ab occidentali parte. et flat ab affrica
ubi habundancia est coturnicum. Et pluit super eos. in quo notatur

habundancia. et eam magis exprimit dicens. et sicut pulue-
rem uolatilia pennata. In quo mirum fuit. quod cum fuerit vola-
cia et pennata per uolatilitatem. tamen corpore capiebantur. et ceciderunt
in medio castrorum eorum. volancia. quasi altitudine cubitorum duorum
circa tabernacula eorum. itinere vnius diei. vt habetur num. xi°. et
hoc ad literam. Spiritualiter autem sic. Spiritus sanctus vento comparatur.
quia inuisibiliter perflat. Vnde Joh. Spiritus vbi vult spirat. etc.
Sed austro comparatur. qui cor humore caritatis perflat. Vnde
cant. 4°. Surge aquilo. et veni auster. et perfla ortum meum.
affrico autem comparatur. quia minas et terrores cordi immittit. ab
hoc enim vento veniunt tonitrua et turbines. vel per austrum
et affricum intelliguntur predicatores. qui de celo transferuntur ad
terras. quia per eos deus suos consolatur et terret. et deus in virtute
nne sue. per ministerium predicatorum. pluit illis. s. suis electis.
carnes. i. corda carnea. per compassionem ad proximos. et hoc
sicut puluerem. per humiliacionem ad seipsos. et uolatilia penna-
ta. i. exempla contemplacionis. sicut arenam maris. ex pondero-
sitate maturitatis. et ceciderunt in medio castrorum eorum. circa taber-
nacula eorum. i. sancti mortui sunt in medio ecclesie. nobis exem-
pla sancte vite relinquentes. In malo autem sic. Per austrum qui
mollis est. signatur luxus et mollicies. per affricum qui ferti-
lis est. habundancia diuiciarum. ex his duobus causantur car-
nes in habundancia. i. peccata carnalia. que bene dicuntur volatilia
pennata. quia valde cito transit delectacio sua. Sap. v°. Quid
nobis profuit superbia nostra. aut diuiciarum iactancia. etc. Et manducaue-
runt. q. d. ad literam. Impossibile deo putauerunt. mensam pa-
re populo suo. Ecce iam dicit. manducauerunt et saturati sunt nimis.
corpore non mente. Et nota quod manducare non est malum in se.
saturari. tollerabile est. sed nimis saturari. vitupera-
bile est. et desiderium eorum attulit eis. licet eis non profuit
concedimus enim medicinam. que non proficit. et non sunt fraudati
a desiderio suo. i. vsi sunt voluptate sua. quod ideo factum est
eis. ne impotencia in deo videretur. Vbi notandum quod in gula
peccatur in his quinque. prepere laute nimis. ardenter vel studio-
se. Adhuc esce eorum erant in ore ipsorum. Et quia superius dixit

Audiuit eos et distulit. Nunc iram dilatam ostendit
dicit g[lossa]. adhuc esce eorum erant in ore ipsorum. i. illis adhuc come-
dentibus expetita cibaria. et data cum indignatione. et
ira dei. i. plaga ex ira dei. ascendit sup[er] eos. ad opprimend[um]
eos. Sic adhuc contingit freq[uen]t[er]. q[uod] male rogam[us] peius
impetram[us]. Gulosi aliqu[an]do comedendo p[er]cutiu[n]t[ur] vel infirmi-
tate. uel improuisa morte. et in eodem loco deus occidit
pingues eorum. i. superbos rebelles qui murmurauit cont[ra] deum
in eo. q[uod] paruulis suis p[ro]uidendo dicebant. Cur introduxisti
nos huc ut et nos peramus et paruuli n[ost]ri. de quib[us] alibi
dicit[ur]. p[ro]diit q[uas]i ex adipe iniq[ui]tas eorum. et electos isr[ae]l. i. maio-
res sicut moysen. et aaron. impediuit. murm[ur] eorum ab
introitu t[er]re quia exasperati a malicia eorum dubitare cepe-
runt. dicentes. Num de petra hac [et]c[etera]. ut h[abetur] num[eri] xx[o]. et hy
sunt electi. i. magne auctoritatis viri. Vel electi vocant[ur] paruuli
eorum qui p[ro]pter p[e]cc[a]ta patrum impediti s[un]t ab ingressu t[er]re [per]
p[er] xl. annos. In o[mn]ibus hiis. plagis et b[e]n[e]ficiis et mirabi-
libus eius. peccauerunt. adhuc. p[er] incredulitatem. vn[de] et d[icit].
et no[n] crediderunt in mirabilib[us] eius. vnde et d[icitu]r. num[eri] xiiii.
Vsq[ue]quo detrahet michi p[o]p[u]l[u]s et no[n] credet signis que feci co-
ram eis. Et p[ro]pter incredulitatem eorum. defecerunt. i. p[er]ierunt
dies eorum. existentes in vanitate. quia statim ut nati s[un]t
mortui sunt. et anni eorum. q[ui] vita prolixior. defecerunt. cum fes-
tinatione. i. velociter perierunt. vn[de] d[icit]. viri sanguinum no[n] dimidi-
abunt dies suos. cum occideret eos. plaga pestilencie. tunc
reliqui timore concussi. q[ue]rebant eum. et reuertebant[ur]. non corde
s[ed] simulatione. et diluculo. i. ante diem. veniebant ad eum.
Hec autem omnia faciebant p[ro]pter t[em]p[or]alia bona h[abe]nda. et ma-
la vitanda. Et ita no[n] deus. sed ea colebant[ur]. Hoc enim co-
lit[ur]. quod ut deus diligit[ur]. et rememorati sunt. q[uia] deus adiu-
tor eorum. in bonis. et redemptor est eorum. a malis. q[uo]d magis
aggrauauit culpam eorum. et dilexerunt eum in ore suo. no[n]
in corde. et lingua sua mentiti s[un]t ei. vn[de] ysa[ias]. p[o]p[u]lus hic la-
biis me honorat. cor autem [et]c[etera]. Et hoc est quod subdens d[icit].
Cor autem eorum no[n] erat rectum cum eo. quia deum. no[n] p[ro]pter deum
querebant. nec fideles habiti s[un]t in testamento ei[us]. nec p[re]cepta eius

seruauerunt sicut promiserunt, quia terrena querebant non eterna. Qui opere implet quod credit, fidelis est; qui vero non implet infidelis est, quia fides dicitur quia fiat dicta. Sed heu multi fideles vocati, pauci vero electi. Ipse autem, q. d., mali sic. Autem ipse deus est misericors, expectando et propicius fiet peccatis eorum, ea graciose dimittendo, et non disperdet eos penitus delendo, manet enim nacio iudeorum, sed accepit signum ut Kaym, ne quis eos occideret, et habundauit, i. nimia superexaltauit iudicium iusticie. Ut auertet iram suam, i. penam qua tempat eos affligere, quia ubi superhabundauit delictum superhabundauit et gracia. Et propterea non accendit omnem iram suam, i. non tantum puniuit eos quantum digni erant. Et recordatus est quia caro sunt, i. fragiles et proni ad malum ex corrupcione carnis, et spiritus hominis est vadens per se in peccatum et non rediens per se, sed per graciam; per nos cadere in foueam possumus, sed non exire nisi adiuti. Vel vadens ex hoc mundo, scilicet non rediens ad corpus nisi in iudicio finali, quia omnes morimur et quasi aqua dilabimur. Quociens exacerbauerunt, q. d. iniustus est eorum et mirum est quociens, i. quantis viis exacerbauerunt eum, i. acerbis murmuracionibus prouocauerunt in deserto ubi nutriebantur graciose, ad iram. In iram concitauerunt operibus in inaquoso, i. in arido. Et hic repetit eorum infidelitatem, et hoc ideo ut moneret quas plagas intulit egiptiis propter eos, ut ex hoc essent graciores. Et ipsi conuersi sunt a promissis. Dixerunt enim quodcumque dixerit nobis dominus faciemus. Temptauerunt deum petendo ab eo quod non credebat se posse habere, et sanctum, i. sanctificatorem Israel exacerbauerunt. Sic non sunt recordati manus eius, i. potencie eius, quod est vicium ingratitudinis, die qua redemit eos de manu tribulantis, i. pharaonis, ad literam. Spiritualiter mali non recordantur beneficiorum dei, scilicet creacionis, redempcionis, conseruacionis et benediccionis. Vere non sunt recordati sicut, i. qualiter posuit signa sua minora in egipto et prodigia sua, i. signa sua maiora que fecit in campo thaneos. De hoc supra eodem. Spiritualiter In egipto, i. in mundo tenebris dedito, posuit signa sua, scilicet paupertatis, humilitatis, pacis et misericordie, que signa eciam sunt prodigia facta in campo, i. planicie thaneos, i. humilis mandati, quia abrenunciare omnibus et eciam se ipsum contempnere et tollere crucem magnum est prodigium. Quo autem fecerit signa in egipto per liberacionem iudeorum

Caro enim semper resistit spiritui et concupiscit aduersus spiritum.

Dicit nunc xxiiii. Temptauerunt me iam per decem vices, nec crediderunt voci mee. Primum capitulo finito magni rub. Secunda de vituli conflacione. Tercia quando nauseabat cibum manne. iiii. et v. ad aquas contradiccionis. vi. quando manna computruit. vii. et viii. de coturnicibus. ix. de chore. x. de exploratoribus.

subdes dicit· et couertit ī sanguinē flumia eorū· ad literam· et ymbres
eorū, i· cisternas uł puteos· qui de ymbribꝫ statuūt· ne bi
bent· ex eis· Spualiť aūt sic· fluminia· sūt plati· frigidi
p castitatē dyaphanam p sapiam / discretes p diligētiā· ſʒ vsūt
in sanguinem· p affectū carnalem· ymbres vō de celo / descēden
tes / qui in cisternis claudūť· sūt religiosi / quorū conuersacō esse
debet in celis / hy carnales effecti· vtunť in sanguinem / qui sa
porē amittūt celestem· Contra quos dr̄· Caro et sanguis reg
celorū nō possidebūt / Antiquitꝰ couertebať aqua in sanguinē
· i· carnalis intelligētia· in moralē· Postea aqua in vinū
· i· timor in amorē· / lrā in spm / ſʒ modo· vinū· in sanguinē
p transsbacōm· vt in sacramēto altaris· / Misit in eos· vbi ta
giť scda plaga· vt hēť exo· viij°· misit· d̄s· in eos· cynomiā
· i· muscam caninā· et comedit· i· momordit· eos· et signt
spualiť· caninos morsus / de quibꝫ· apoꝰ· Gala· v°· Si in
uicē mordetis et comeditis· videte ne ab inuicē cosumamini /
et ranā· misit repente · et disperdidit eos· Ecce alia plaga
Spualiť· Rane sūt loquaces / qui ebuliūt· de flumē secula
ris sciē / vt sūt aduocati· adulatōes· ioculatōes et huiꝰ
Vel rane sunt heretici garruli· qui in sterosis sensibꝫ vsan
et dedit erugini fructꝰ eorū· i· corrupta sunt ea· que sponte
nascūť· / p hāc eruginē / que latentꝰ nocet· intelligiť· inuidia
vel ypocrisis / que fructū mercedis eterne tollit· et dedꝰ labores
eorū· i· ea que cū labore hoīꝰ· p ueniūt· ut segetes· locuste
Spualiť· locusta dicitť· q· longa hasta· et signt detractōes
qui a remotis p cutiūt· et deuastāt bona spualia· in se
et in aliis / et occidit· i· destruxit· in grandine vineas eorū
mistice· grando est iniquitas / res aufēns alienas / vt sunt
rapine· furta· / Vel grando est dissensio litiū· quibꝫ occidūť
vinee· i· cogitacōes deuotorū· et moros eorū· occidit ī pruina
de quo nichil hēť in exodo / mistice· mori in vinea· clerici in
ecclia· / qui debēt hēre fructū· primo albū· p sācte mūdiciā / dein
de rubeum· p caritatē / Postremo nigrū· p carnis mortificacōꝫ
hos occidit pruina auaricie et cupiditatis· que surgit ex aqs
diuiciarū Vnde Jere· vj°· A minori usqꝫ ad maxīꝰ· omnes studēnt
auaricie· et dedit grandini iumenta eorū· Jumenta sūt homines

carnales bestiales, qui consumunt libidine, litibus. et sedicio-
ne. que per gradinem signantur. de quibus Joel i°. computruerunt
iumenta in stercore suo, et possessionem eorum. tradidit igni. quod
non legitur in exodo. mistice. possessiones nostre sunt virtutes,
que nos ditant. pascunt et letificant, sed hec devastantur igne
viciorum. utpote castitas libidine, liberalitas tenacia etc.
de quo igne Joel i°. Ignis consumpsit speciosa deserti. Misit
in eos iram. Nove plagis descriptis. antequam decimam ponat
hec que secuntur ex primit. dicens, misit in eos iram. non ad cor-
reccionem. sed. indignacionis sue. scilicet. videlicet ab eis auferendo, et hoc
est magis periculum. Unde pro. xvi°. Indignacio regis nuncii mor-
tis. Et misit in eos. indignacionem. ut indignantes essent. tamquam
superbi. et iram. qua deum offenderent et proximum. et tribulacionem,
ut irati et indignati tribularentur usque ad desperacionem. In missiones
has facit deus per angelos malos. qui culpam suggerebat. sicut illud
Joh. xiij°. Cum misisset dyabolus in cor. ut traderet eum Judas scharioth,
et penam infligebant. sicut illud. primo Re. xv°. Spiritus domini malus exagita-
bat saul. Tribulacio enim ira et indignacio habet utrumque et cul-
pam et penam, Et hec faciendo eis, viam fecit semite ire sue. id est
manifestauit rectitudinem ire sue. quam exercuit puniendo malos,
quia per viam manifestacio. per semitam rectitudo intelligitur. Iustum enim
fuit. superbos contra deum. iracundos contra proximum. et desperan-
tes de deo sic puniri. et non pepercit a morte animabus eorum. id est vite
eorum. et quantum percussit homines. et iumenta eorum in morte conclusit.
quantum ad pecudes. Spiritualiter vero. quia cum animabus etiam corpora interemit
q. d. Illi qui erant sicut iumenta. cum iumentis simul perierunt. et
percussit. non tantum iumenta. sed etiam. omne primogenitum. hominum. in terra
egipti. et percussit. primicias omnis laboris eorum. id est omnia terre nascen-
cia. per laborem eorum destruxit, et hoc factum est. non filiis israel tamen existentibus
in egipto. sed. in tabernaculis cham. id est in domibus egipciorum, de
cham descendencium. Spiritualiter sic. primogenita egipti, sunt potentes,
et divites mundi, qui maiorem porcionem et honorem quam alii acce-
perunt. hos dominus interficit. Iuxta illud ysa. ij°. Dies domini. super omnem
superbum et excelsum. et hoc media nocte. id est improuise. Iuxta illud.
Media nocte clamor factus est. Tunc etiam perdunt omnes labores suos
Unde eccl. v°. Divicie conservate in malum domini sui. pereunt in afflictione

pessima, egipciis ad litteram deleti. dominus. abstulit, de potestate eorum
populum suum. filios israel, et perduxit eos in deserto. diligenter custodiendo
tamquam gregem. Et eduxit eos in spe. et non timuerunt, magna enim
erat eis spes de deo, in hoc quod videntes aquas maris stare ex utraque
parte. tamen intraverunt mare sine trepidacione. Unde et Judas qui
primus intravit. meruit exaltari. inimicos autem eorum. qui non
spe. sed presumpcione intraverunt. operuit mare. et submersi sunt
in aquis vehementibus. et. his gestis. induxit eos. dominus in montem
syon, ubi fundata erat edificacio templi. montem inquam quem acquisivit
dextera eius. per david, qui cepit arcem syon. Spiritualiter dominus. de
servitute dyaboli educit penitentes, et deducit humiles. tamquam gregem
... penitenciam gracie, et in spe perseverantes, introducit in
montem glorie quem acquisivit nobis dextera sua, in cruce extenta. Huius autem montis rex et pontifex dominus ait. Ego autem constitutus
sum rex ab eo. etc. Et eiecit. dominus. a facie eorum, scilicet iudeorum introeun-
cium. gentes. et sorte divisit eis terram. sine acceptione personarum secundum
merita. in funiculo distribucionis. et habitare fecit in tabernaculis
eorum tribus israel. Sic hodie facit deus, eiectis spiritibus viciorum, iustos
facit habitare, in operibus virtutum. Sic eiectis superbis angelis de celo
humiles substituit in locum eorum. et temptaverunt deum. diffidentes de
eius potencia. et exacerbaverunt deum excelsum, ad iracundiam eum
commovendo contra se. in collibus suis. in quibus ydolatrabant.
et testimonia eius. id est. scripturas, que testimonium dant veritati. non cus-
todierunt, et averterunt se. a deo. et non servaverunt pactum. id est. promissum.
quemadmodum patres eorum, quos imitati sunt. conversi sunt in arcum
pravum. id est. ad malam intencionem. ex qua mala opera procedunt.
Arcus perversus est. qui dirigit sagittas contra amicos, et eam
impugnat. quem defendere debet. Sic mali christiani hodie provo-
cant deum, sive laici. sive clerici. et religiosi. avertunt se a
bono, quod promiserunt in baptismo sive in votorum emissione, et
fiunt veritatis persecutores, qui primi debent esse adiutores. In iram
concitaverunt eum. ad incendendum iram. in collibus suis. in quibus
sacrificabant ydolis. et in sculptilibus suis. cum magna diligencia
factis, ad emulacionem. id est. ad indignacionem. eum provocaverunt.
Et nomine. per colles, in seculo, per divicias elevati, per sculptilia vero
·no· prelati ecclesie, negligentes, de quibus dicitur. O pastor et ydolum

derelinques gregem tuum, qui omnes deum grauiter concitant, ad
inferendum vindictam, omnia enim hec ad nostram doctrinam
scripta sunt. Audiuit. quia iustus iudex non punit nisi cog-
nita. audiuit igitur i. cognouit. et spreuit abiciendo. israel.
vnde ve qui spernis, s. deum. nonne et ipse sperneris a deo. et ad
nichilum redegit valde israel. quia seruus peccati seruus est nichili. et
ita minor est nichilo, quia cum perdit deum perdit totum. vnde Jere. x.
Corripe me domine, verumtamen in iudicio. et non in furore tuo, ne forte
ad nichilum redigas me. et repulit tabernaculum silo. Ecce quomodo
annichilauit israel, quia destruxit templum in silo. vbi i. in quo
habitauit in hominibus i. inter homines. In quo innuitur quod propter nequi-
cias ministrorum, destruit deus ecclesias. vnde et subditur. et tradidit
in captiuitatem virtutem eorum. ad literam notat archam testamenti. in
qua sperabant. et pulchritudinem eorum i. sacerdotes, qui tradita sunt
tempore hely. in manus inimici. Spiritualiter vero. virtus ecclesie milites sunt.
qui sunt brachium seculare. Pulchritudo ecclesie sunt clerici,
in quibus est decor religionis et honestatis. sed hodie euanu-
it. vnde. Jere. i. Egressus est a filia syon. omnis decor eius etc.
Pressis maioribus. conclusit populum suum. a se. quondam electum
ne possit euadere. in gladio. de quo dicitur Ezech. xxi. Fac conclusi-
onem. quoniam terra repleta est iudicio sanguinum. et hereditatem suam spreuit.
quia ipsi prius spreuerunt eum. vnde ysa. filios enutriui et
exaltaui. ipsi vero spreuerunt me. Paciens quidem est dominus. et pre-
stabilis super malicia, sed postquam non conuertimur. dure irascitur. de quo
apostolus ait. Horrendum est incidere in manus dei viuentis. vnde et
subditur. iuuenes eorum, quibus videbatur parcendum, comedit ig-
nis zeli dei. et virgines eorum non sunt lamentate. quia non habe-
bant tempus ad deflendum virginitatem. vt filia iepte. Spiritualiter.
Juuenes eorum comedit ignis luxurie. et virgines eorum non sunt lamen-
tate. sed voluntarie ibant ad sui corruptionem. vnde Joh. i. Spe-
ciosa deserti comedit ignis. Et magna ira dei est. si non custoditur
a peccato. sacerdotes i. prelati eorum. qui stare debent contra vicia ple-
bium suarum. ceciderunt i. fugierunt. tanquam mercenarii. in gladio.
tribulacionis. quia pre timore pusillanimitatis. verterunt terga hos-
tibus suis. et vidue eorum. quas fouere debebant. non plorabantur.
i. non habebant consolantem et compacientem. Sed quia deus

paciens   redditor est. Tandem post longam paciam reddet
vindictam. Unde nunc subditur. Excitatus est ad vindictam dominus
tamquam dormiens. i. tamquam potens crapulatus a vino. qui diu dor
miunt paciencius sustinendo. Unde eccli. xxxvi. sapiens excitare co
nabatur dicens. Excita furorem et effunde iram. i. effectum
furoris et ire ostende. et hic dicitur tamquam potens. ad potenter
puniendum. de cuius potencia dicit Job. deus cuius ire resistere nemo
potest. et percussit inimicos. i. eos qui se ingerunt ad platuras contra
voluntatem dei. de quibus dicitur. Regnaverunt et non ex me. principes
extiterunt. et non cognovi. i. non approbavi. quos tamquam inimi
cos suos percutit deus. in posteriora. i. in fine vite dampnavit
in hoc. obprobrium sempiternum dando eis. Ad litteram intelligitur de iu
deis. quos in ultima etate repulit. et fecit eos obprobrium homi
num sempiternum. et repulit tabernaculum. i. familiam Joseph. et tri
bum effrem. i. effraym. non elegit. Unde decem enim tribus secute sunt
Jeroboam. qui fuit de tribu Joseph et effraym. Sed elegit
tribum iuda. ut esent ex ea reges. Spiritualiter vero per Joseph qui augmen
tum interpretatur. notantur nobiles huius mundi. qui crescunt statu
potencia et malicia. sed hos non elegit deus. Effraym interpretatur
frugifer. significat divites quos repellit deus. Unde et divites di
misit inanes. sed elegit tribum iuda. Judas interpretatur confitens.
Syon. interpretatur speculacio. et signatur per hec vita prelati. qui de
bet confiteri veritatem. et suam infirmitatem. usque ad mortem
et frequenter speculari de sua et subditorum salute. qui eligi non
intrudi debet. Juxta illud hebr. v. Nemo sumit sibi honorem
nisi qui vocatur a deo tamquam Aaron. Cum vocatur mons propter emi
nenciam et munditiam vite. In quem sol iusticie primum radios gracie
sue emittit. et ille est mons Syon quem dilexit. diligit et diliget
in eternum. et per illos deus edificavit sanctificacionem suam. i. ecclesiam
fidelium. que sanctificata a deo sanctificat et conservat. universa. extra
eam. sicut extra archam noe nichil vivit. Illam deus per
suos edificavit. sicut unicornium. ad quam destruendam. nullus
attendere audet. Unicornis enim animal est. habens cornu in nare. et
significat prelatum. qui cornu potestatis debet habere in nare discrecionis.
aliter potestas data in discreto. est sicut ac si gladius daretur
furioso. Edificavit inquam. in terra. solida. quam fundavit in secula.

firmū est fūdamētū ecclie. et ideo nec ventū nec flumīa ti-
met. et elegit dauid suū suū. Ecce addit qualis debet pastor
eligi. qui sit dauid manu fortis p cōstanciā. aspectu delecta-
bilis p sapiam. seruus dei p humilitatem. et sustulit eū de gre-
gibus ouiū. nō de scolio phorꝝ. non de pallacijs regum. sed
de postphetātes accepit eum. Bonus pastor bonas oues hꝫ
Vn̄ ysa. xlo. fetas ipe portauit. Non em̄ debet eligi de hystri-
oni cōsc ecclie. de guloso pastor ecclie. de luxurioso virginū cōse-
crator. de ocioso vigilās speculator. Sed ad quid pastor
eligit. nō ad pascendum se delicate. sed pascē iacob seruū
suū. i. eos qui adhuc positi sunt in luctamine temptacōnū
ut cōsulat cōpaciat. et cōsolet ne deficiant. et isrl' heditā-
te suam. i. eos qui alacrā speculant ne excedant et errent.
de talib; pastoribus dicit dn̄s Iere. iijo. dabo vobis pastores
qui pascant vos sciā et doctrinā. et pauit eos. bonꝰ pastor.
in innocēciā cordis sui. quod de dauid non pt intelligi. qui pec-
cauit. s; de xpo bono pastore. qui pccm̄ nō fecit. nec inuēt
est dolus in ore eius. et in intellectib; manuū suarū. i. in opib;
intelligibilib;. deduxit eos ad hereditatē sempitnā. et opā
intellius. qui nō tm̄ cogitando vel loquēdo. sed opando ondit
quia opa melius ducūt q̄ vba. In quo notat q pastor de-
bet eē fidelis p innocēciam. et prudens p sapiam. Quod etiam
nobis p̄stare dignet bonus pastor. cum sū pre et sp̄s s. et r.

Deus venerūt gentes. Materia ps est lamētabilis
de pctiō fideliū in psecucōe et calamitate pōitorꝫ
dicit q̄ o deus tu cōtulisti ppl'o tuo bona. et ppt
ingratitudinem eorꝫ venerūt te pmittente gentes. i. gen-
tilit' viuētes in heditatē tuā. s. ecclam quam t elegeras
quā sāguine tuo redemeras. quia dignitates eius rapiūt
alij fraudulent alij violent. Vn̄ treū. hereditas mea vsa ē
ad alienos. et tales polluerūt templū scm̄ tuū. impata
intimittendo. illicita faciendo. posuerūt irlm̄ in pomorꝫ
custodiā. i. fecerūt eam desertam. ablatis omnibus bonis
eius. Pomis em̄ collectis remanet tuguriū solum. Vel
eccla est. q̄ custodia pomorꝫ. quia in ea nō spualia sed
tpalia. s. decime et redditus custodiūt. De auarꝫ vō salute

Ad litteram dauid pꝰ vnctōm adhuc redijt ad gge. z postq̄ sufficiēt' c'tribulat' et pbat' tandē ad regnū sublimat'. et hꝫ ut misericors fiet quia qui non est temptat' qualia scit.

Vel p gentes vicia et malignos spūs intelligam' a quib; heditas xpi pollūit et violatur. ppt que eccā catā vel aīa i ma' vastātur ea sicut in patz ad se su.

non curat. posuerunt morticinia .i. corpora morte cadencia
seruorum tuorum .s. martirum, escas uolatilibus celi .i. aerei. et carnes
sanctorum tuorum bestijs terre. quod patet in martiribus ecclesie primitiue.
Spiritualiter vero sic. morticinia seruorum tuorum, .i. animas subditorum
suorum, quas occiderunt malo exemplo. posuerunt .i. dederunt
uolatilibus celi .i. demonibus. qui dicuntur volatilia propter elacionem
et bestie terre, propter crudelitatem. effuderunt sanguinem ipsorum
tamquam aquam .i. habundanter. in circuitu ierusalem. ad literam. interfecti
filiorum israel. et non erat qui sepeliret, .i. pauci remanserunt viui.
Spiritualiter. effuderunt sanguinem ipsorum, sicut aqua .i. multiplicata
sunt peccata propter negligenciam prelatorum, ozee iiii. maledictum
mendacium, homicidium, furtum et adulterium inundauerunt,
et sanguis sanguinem tetigit, et non erat qui sepeliret. per sacra-
mentum confessionis, quia confessio sepelit peccata, iuxta illud
Beati quorum remisse sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Facti sumus
obprobrium vicinis nostris. qui non tantum factis sed etiam verbis et sig-
nis nos persecuntur. Unde et subditur. Subsannacio et illusio hiis
qui in circuitu nostro sunt. supra. facti sumus propter peccata nostra, quo ad nos
peccatores, propter multa multiplicata. quo ad martires et homines
sanctos, Sed sancti in afflictione sua, non tacent tamquam in-
sensibiles, sed sunt iudicem deprecantur. et dicunt. Usquequo domine irasceris
ostendo. effectum ire tue. in finem .i. nimis. et usquequo accendetur
velud ignis zelus tuus, ut nullus possit sustinere. Cum
tamen de te dicatur. Fidelis est deus. qui non pacietur vos temptari
supra id quod potestis ferre. etc. Nobis pre. Sed. effunde iram
tuam .i. extendas rigorem iusticie tue. in gentes inere-
dulas. que te non nouerunt, per fidem interius. et nomen tuum
non inuocauerunt. per oris confessionem. et operis exhibicionem
exterius Sed queritur. quomodo iustus imprecatur malum. Et dico
predictio est. non imprecacio. Vel potest fieri imprecacio. propter peccati
punicionem. Unde letabitur iustus cum, viderit vindictam. Vel
propter conuersionem. Unde. Multiplicate sunt infirmitates eorum postea
accelerauerunt. Vel propter iudicis laudem. prouerbiorum iiii. In perdicione impio-
rum erit laudacio. Quia comederunt iacob. hic est racio
persuasiua, quare debeat infideles exterminari. Quia .s. come-
derunt .i. destruxerunt. malis exemplis suis. iacob .i. populum

descendentem ex iacob. fideles contra vicia pugnantes. et
locum eius .i. ecclesiam. desolauerunt. inhoneste vincendo. Sed
nouimus quia hec omnia que patimur propter peccata patimur. Ro-
gamus. ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. non sint in memoria
tua licet sint antiqua propter consuetudinem quod facis dando
graciam penitencie. cito anticipent nos misericordie tue. ut liberemur a culpa
et pena. quia periculum est in mora. Unde Io. iiii°. Domine descende
priusquam moriatur filius meus. quia nisi misericordia preueniat in iudicio.
non absoluetur reus. quia pauperes facti sumus nimis. peccator est
nimis pauper. quia nichil habitum est in terra nec in celo. Post
deletam culpam pro gracia rogat. dicens. Adiuua nos. infirmos
ad bonum faciendum. deus. qui potes. salutaris. qui scis.
noster. qui debes. ex misericordia. non ex debito. et propter gloriam nominis
tui. reuelandam. libera nos. a malis penalibus. a bono
retrahentibus. et propicius esto peccatis nostris. si contigerit nos
iterum relabi. et hoc propter nomen tuum. glorificandum. ut omnes
cognoscant. quia merito diceris Ihesus .i. salutaris. quod
nomen quicumque inuocauerit. saluus erit. Ne forte. si videlicet
non adiuueris nos. dicant insipientes in gentibus. ubi est deus eorum.
Ecce infirmus est. qui aliis potens apparuit. i. longe ab eis est. qui
aliquando prope fuit. Sed fideles quamuis multa paciantur flagella.
tamen tollerare non possunt. ut eorum insultetur auctori. et inno-
tescat aperte vlcio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est. tam habundanter
et crudeliter. et hoc ad confusionem hostium in nacionibus. ad consolacionem
fidelium. coram oculis nostris. ad euidenciam iusticie. Hanc enim
vlcionem sanguinis visuri sunt sancti. et si non nunc. saltem in iu-
dicii die. Et ut facias iudicium contra tirannos. oramus intro-
eat in conspectu tuo. tamquam fidelis aduocatus. gemitus compedito-
rum .i. oracio. tribulatorum. tales enim libenter audis. Iuxta illud.
Ad dominum cum tribularer clamaui et exaudiuit me. Et cum
ipso sum in tribulacione etc. Secundum magnitudinem brachii tui. po-
tentissimi ad liberandum. fortissimi ad tenendum. possi-
de .i. habe. in proprios filios mortificatorum. de quibus supra propter
te mortificamur tota die. Et ii. Cor. iiii°. mortificacionem Ihesu Christi
in corpore nostro circumferentes. et est deuota peticio. ut .s. propter bonos
parentes filios custodiat. Redde etc. q.d. Nos serua. Sed

vicinis nostris .i. inimicis de propinquo nocentibus. redde. pro afflic-
tione nobis illata. in sinu eorum .i. in intimis eorum. ut magis senci-
ant. septuplum .i. plenam punicionem in corpore et anima. peccatum enim
septem inducit penas. etiam in presenti. scilicet hebetacionem in racionabili.
corrupcionem in concupiscibili. obduracionem in irascibili. et hec
sunt intus in anima. exterius autem. paupertatem. molestiam
ignominiam et mortem. Unde ecclesiastici vii. Non semines ma-
la in sulcis iniusticie. et non metes ea septuplum. et redde
improperium ipsorum .i. penam pro improperio a vobis illato. quod
exprobraverunt tibi domine .i. quo te provocaverunt. quia omnis qui
mortaliter peccat. deo exprobrat. unde. obprobria exprobrancium tibi
ceciderunt super nos .i. qui sunt rebelles contra deum. crudeles
sunt contra homines. Nos autem populus tuus. exauditi in gemitu
et possessi a te. visa vindicta de inimicis et tirannis. qui su-
mus. oves pascue tue. celestis. post victoriam victorum et mortuorum
confitebimur tibi. confessione laudis in seculum. quia laus tua non
deficiet ex ore nostro. Et hoc est quod subditur. in generacione et
generacione. annunciabimus laudem tuam. Unde infra. Beati qui
habitant in domo tua. in secula seculorum laudabunt te. Ad quod nos perducat.
Qui regis israel intende. In tencione monet nos in
melius commutari et dirigi ad christum. dicit ergo
O deus qui regis israel .i. spirituales iudeos te viden-
tes et confitentes. intende .i. lumine cognicionis et pietatis nobis
infunde. qui per potenciam tuam. deducis de virtute in virtutem. tamquam
bonus pastor. ioseph .i. populum tuum fidelem et castum. velud
ovem. per viam mansuetudinis et humilitatis. quia quanto mansue-
tiores. tanto castiores sunt. Iuxta illud. Beati mites quoniam ipsi
possidebunt terram. Qui sedes super cherubyn .i. celorum sublimes
potestates. manifestare per incarnacionem. coram effraym. benya-
myn et manasse .i. coram tota gente verorum iudeorum. et ponitur
pars pro toto. q. d. Tu qui notus es angelis. innotesce hominibus
qui in tribus ordinibus spiritualiter signantur. Per effraym qui interpre-
tatur fructificacio. signantur coniugati. in operibus misericordie fructifican-
tes. Per benyamyn qui interpretatur filius dextere. signantur prelati
Per manasse qui interpretatur oblivio. signantur religiosi. qui omnia tra-
diderunt oblivioni propter deum. Deinde apcius repetit oracionem

suam · duces / Excita potentiam tuam · q · d · Tu qui in carne ap-
paruisti · infirmus in passione · cum audisti · Si filius dei es desce-
dat 20. excita · i · ostende · potentiam tuam · in resurrectione · et veni · in
iudicio futuro / non ut condempnes, sed ut saluos facias nos · / ab
omni malo et miseria · liberandos Sed ut hoc fiat exordie
Quamdiu est tempus miserendi / o deus conuerte nos · a malo /
ad bonum · et ostende faciem tuam · confusos illuminando per gratiam
et tunc gratia conuersi · et sapientia illuminati · salui erimus · in utroque
perseuerantes / domine deus uirtutum · celestium · s · angelorum · vel uirtutum
anime infusarum · quousque irasceris · super orationem serui tui · quasi
aliquando iuste irascebaris inimico · iam noli irasci · i · exaudi
seruo tuo / tibi enim semper placuit humilium deprecatio · Irasci enim
deus dicitur super orationem quam non exaudit · sed dimittit in tribulatione
orantem · / et ex hoc · cibabis nos pane lacrimarum · i · iugiter
dabis lacrimas · et hoc idem repetit · d · et potum dabis nobis
in lacrimis · et hoc · in mensura · i · pro viribus nostris · ut erudiamur · non
opprimamur · Vel in mensura · i · pro modo culparum · posuisti nos · i · po-
ni permisisti · in contradictionem vicinis nostris · et inimici nostri subsanna-
uerunt nos · quod contigit in ecclesia primitiua · ubi apostoli habuerunt
contradictionem et derisionem · et mortem · pro predicatione veritatis · et
hodie iusticia habet contradictionem et derisum · In qua sancti tamquam
granum sub palea oppressi · in gemendo orant et dicunt · O
domine deus uirtutum · possessor et dator · conuerte nos · frigidos · ig-
ne sancti spiritus calefaciendo · et ostende faciem tuam · i salui erimus · uineam
vineam de egipto · Hic agit de ecclesia · sub methaphora vinee
que incepit · a iudeis · et perfecta est in gentibus · Vna tamen et eadem
ecclesia est · de eius ergo inceptione ait · vineam de egipto · transtulisti
ad terram · de iudeis · translatis in terram promissionis · intelliguntur qui
per multas tribulationes · deducti peruenerunt Ibique gentes mul-
tas eiecit dominus · et multiplicauit filios israel · et dedit eis terram
a mari usque ad mare / quam tandem propter peccata sua · per tytum
et vespesianum exterminauit · Sed iactato fundamento litterali / mi-
stico sensu · ecclesia edificetur · vineam · i · ecclesiam fidelium · transtulis-
ti · de egipto · i · de tenebris et cecitate · eiecisti gentes · viciorum · et
plantasti eam · uirtutibus / et non · quia in montibus · non in valle vi-
nea plantatur · i · in sanctis apostolis et prophetis / et inde fluit vinum

suaue .i. doctrina catholica / de hereticis autem dicitur fel draco
num vinum eorum / et venenum aspidum insanabile. In valle vinea
fundata dat vinum aquosum . sic in pinguedine temporalium . deuotio
ecclesie debilitatur. In petrosis et eminentibus locis / in radio solis
melius perficitur vinum . / sic in duricia passionis et in eminencia vite
in feruore caritatis . maior est deuocio ecclesie / deinde quod abscin
ditur . de vinea inutile fit nisi ad ignem . sic quod est extra ecclesiam
comburitur igne infernali . Sequitur dux itineris fuisti . in conspectu eius
ad litteram precedebat eos columpna nubis in die . et ignis in nocte
et plantasti radices eius .i. principes in dorsum . et impleuit terram
promissionis . Spiritualiter dux itineris . ecclesie fuisti . per desertum huius
seculi . et plantasti radices eius prophetas vz . et apostolos et martires
ex quibus palmites surgentes occupauerunt terram . et hoc est quod
dicitur . et impleuit terram . et illa impletio fit cottidie per conuersionem
fidelium . operuit montes vmbra eius .i. sublimes vita et scientia
qui sunt in ecclesia / et alii omnes . recipiunt ab ea gratiam / per quam
ab incentiuis viciorum . refrigerantur . et arbusta eius .i. vites que
ascendunt arbores ad litteram . et significant minores sanctos in ecclesia qui
operiunt . cedros dei .i. sanctos altos / quibus inferiores inniguntur ve
rum eis / ab ecclesia pregantur . et ista vinea . extendit palmi
tes suos .i. filios / vsque ad mare . omnium gencium . et vsque ad flu
men . iordanis . propagines eius . ibi enim cepit regula eius que
incipit in baptismo et concludit in penitencia / et hii sunt termini ecclesie
deinde miratur cur tali vinee . subtracta est . defensio diuina
vt quid destruxisti .i. abstulisti . maceriam eius .i. prelatos
et predicatores / non confirmando eos . in timore et iusticia . alii enim
destructi sunt a pusillanimitate et negligencia / alii per cupiditatem
et auariciam / alii per voluptatem . et luxuriam / de quibus Ezechiel
xiii° . Non ascendistis ex aduerso / nec opposuistis vos murum
pro domo israel . et sublatis custodibus . vindemiant eam . ad libitum
omnes qui pretergrediuntur viam .i. demones / vel mali homines . ad malum
ducentes vel trahentes / et hoc non dicitur de bonis . Nouit enim dominus
qui sunt eius / et tales si cadunt . non colliduntur / quia dominus supponit
manum suam . / sed de malis qui sunt in ecclesia nomine . non
numine . numero . non merito . Exponit adhuc destructorem vinee
exterminauit eam .i. extra terminos posuit . aper de silua .i. dyabolus

et singularis ferus. quod idem est. depastus est eam .i. consumpsit
dyabolus enim dicitur aper. quia fortis et ferox. de silua. quia co-
gitationes eius agrestes et amare. singularis ferus dicitur propter
superbiam. deus uirtutum q.d. vastata est vinea, sed ut reliquie salue
fiant. O deus uirtutum conuerte. ab ira et seueritate ad misericordiam. et
respice oculo clementie. de celo. celorum. et uide effectum misericordie tue. et visi-
ta .i. a viciis purga. vineam istam .i. ecclesiam uel conscientiam no-
stram. et perfice eam. non aliam institue. quia super hanc inuo-
catum est nomen tuum domine. Nota secundum B. vno sapienti vinea est uita
sua, mens sua conscientia sua. In hac plantauit deus omne semen
verum quia veritatem in cognitione, bonitatem in affectione, simpli-
citatem in intentione, sed dyabolus conuertit eam in ortum olerum. Sicut dicitur
achab ad naboth. iii regum xxi. quod fit. cum in ea sapientia car-
nis mundi et dyaboli inserit. vnde prouerbiorum. per agrum hominis pigri tran-
siui et ecce etc. Hanc deus visitat. cum eam per gratiam a viciis
purgat. quam plantauit .i. inchoauit. dextera tua .i. potentia
tua. ut fiat vnum ouile et vnus pastor. et quia hanc vineam
plantasti. super filium hominis .i. super xpistum hominem assumptum
qui frequenter se nominat. filium hominis in euangelio. quem confirmasti tibi
dicens hic est filius meus dilectus etc. de quo psalmista. In te confirmatus
sum ex utero. qui est solidum fundamentum vinee .i. ecclesie uel cuiuslibet
fidelis. qui eam nunc solide tenet et adunat. et tandem in eter-
nitate perficiet. Deinde subdit. quod deo est facile hoc. ut ecclesia per-
ficiatur. et dicit, perfice eam, potes enim. quia a sola increpa-
tione vultus tui .i. filii tui. clementer respicientis. Vel iuste nas-
centis peribunt. incensa igni .i. peccata que veniunt ex amore
male inflammante. et suffossa .i. peccata que veniunt ex timore
male humiliante. et hec duo s. cupiditas et malus timor
causant omne peccatum. Econtra autem amor dei. et timor bo-
nus. qui permanet in seculum seculi. faciunt in nobis omne bonum.
vterque amor intendit, vterque timor humiliat. sed dimisso mo-
adhuc amplius petit ecclesiam perfici. dicens. O deus pater
fiat manus tua .i. ostende potentiam tuam. super virum
dextere tue .i. xpistum qui est caput ecclesie. et propter caput
membra tuere et conserua. qui dicitur vir propter virtutem. et dex-
tera dei propter vnionem. Et hoc idem repetit dicens. et

fiat manus tua super filium hominis. s. virginis marie. quem confirmasti tibi firmitate inseparabilis unionis. Iuxta illud ecclesiastici. xv. firmabitur in illo. et non flectetur. dicitur ergo. vir dextere quia de spiritu sancto conceptus. et filius hominis, quia de virgine natus, et tua manu confortati. et tuo filio instructi. et spiritu sancto inflamati. non discedimus. i. non discedemus. a te per infidelitatem. vivificabis nos. ut non amemus terrena. propter que prius mortui eramus. et nomen tuum invocabimus tamquam tutum refugium in tribulacione. domine deus v. Magna enim est suavitas. versus hic. in quo regulam ostendit totius religionis. quia primo nos deus convertit ab errore et postea faciem suam ostendit. i. lucem pietatis. nos inflammat. et tandem salvat. quod rogare videtur cum dicit. domine deus virtutum converte nos. a via peccatorum. et ostende nobis faciem tuam. pauperis nascentis contra avariciam, morientis contra luxuriam. Iudicantis, et potentis contra superbiam. et sic tandem plenis virtutibus. salvi erimus. salute perpetua. Ad quam nos perducat, qui vivit et regnat etc.



xultate deo adiutori nostro. Intendit monet baptisatos, qui intraverint torcular. ut pungentur tamquam vinum et oleum. Ut contemptis terrenis. ad celestia anhelent. dicit ergo. O vos fideles. exultate animo. deo salutari vestro. non mundo deceptori, non dyabolo delusori iubilate corde. deo iacob. i. luctatori. et dyaboli supplantatori. Vel vos. Iacob. minor populus. cui servit maior per victoriam. iubilate deo. corde laudantes, et non tantum corde sed eciam opere. Unde dicit. sumite psalmum. bone operacionis. et date tympanum. carnalis mortificacionis. et ut talis oblacio. non sit ex tristicia. Sed psalterium bone operacionis. cum cythara mortificacionis. sit iocundum. quia hilarem datorem diligit deus. Vel secundum glo. sumite psalmum. i. spiritualia. et date tympanum i. corporalia, Unde apostolus. Si spiritualia seminamus vobis. magnum non est. si carnalia vestra metamus. buccinate. superius monuit. laudare deum opere. hic monet. laudare deum ore. q. d.

Sumite psalmum et cetera. Buccinate tuba in neomenia .i. in noua
luna. ad litteram. preceptum erat iudeis. quod in noua luna uidelicet
mensis septem diebus clangerent, et dicitur hoc institutum fuisse in
memoriam liberacionis ysaac a morte et ymolacionis arietis
pro ipso, et ob hoc in cornu arietis forcius buccinabant. et hoc
specialiter faciebant in insigni die sollempnitatis vite .s. sabbato quod
occurrebat infra illos septem dies. Spiritualiter. Buccinacio est
predicacio. Tuba predicator. Neomenia nouum tempus gratie.
Insignis dies, quelibet sollempnitas ecclesie. In qua debet predica-
tor quasi tuba clamare inuitando ad bellum contra dyabolum
ad audiendum dei preceptum, et hoc totum facite. quia preceptum
dei est israel. quibus expresse data est lex .i. leuitici xxiii. numeri
xxix. exodi xxiii. deuteronomii vi. audi israel. et obserua quod precipio tibi
et si non feceris, scito quia est iudicium deo iacob .i. contra iacob
vel iudicium deo iacob .i. christi qui est ex iacob secundum carnem
cui pater dedit omne iudicium. testimonium faciende sollempnitatis posuit
in ioseph .i. in iudeis, et hoc tunc cum exiret populus de terra
egipti in desertum. linguam quam non nouerat audiuit .i. legem dei,
et tunc diuertit ab honeribus luti et lateris dorsum eius. et tunc
manus eius in cophino seruierunt. lutum pro lateribus portantes. in tri-
bulacione apta inuocasti me. et liberaui te. clamantem ad me.
et exaudiui te in abscondito tempestatis. quando non audebant aperte
conqueri. probaui te apud aquam contradictionis. ubi de potencia et bonitate
mea desperasti. dicentes. Numquid de petra hac. poterimus vobis aquam eicere.
Spiritualiter. Joseph qui interpretatur accrescens. significat ecclesiam ex gentibus
ortam. que creuit in immensum. cui hinc datur testimonium et hec sollempni-
tas sollempnitas et hoc tunc cum exiret per baptismum de terra egip-
ti .i. de tenebris ignorancie. linguam quam non nouerat audiuit .i. pre-
cepta ewangelii. Et tunc diuertit dominus dorsum eius .i. racionem ab oneribus
.i. a peccatis que inquinant et excecant. Unde dominus. Venite ad me omnes
qui laboratis et onerati estis. et manus eius in cophino seruierunt. et hec sunt
onera seruilia .i. peccata luxurie et auaricie. que maculant et
grauant. Unde qui facit peccatum. seruus est peccati. in tribulacione
quasi dicat. peccato seruiebas et tribulabaris. et in illa tribulacione inuo-
casti me. per humilem confessionem. et liberaui te. quia pius sum
et exaudiui te in abscondito tempestatis. non maris non aeris,

Neos nouum, menes luna · quasi noua luna.

sed tempestate cordis. Ubi vidisti et sensisti quod amarum est de
linquere deum, et tandem probaui te apud aquam contradictionis. quia
cum homo a peccatis absolutus incipit deinceps caste et pie viuere
incipit habere persecutores. Sed in hac tribulacione positus, audiat
dominum sinum eum confortantem. Tunc qui es. populus meus audi patrem
audi doctorem. audi .i. intellige. et contestabor te .i. testis ero ve
ritatis, et certe ipse deus iudicii. testem se facit veritatis. tamen in presenti
quam in futuro. israel. quem ego nominaui ex nomine. et qui me nosti per fide
si me audieris. credendo diligendo. et opere ostendendo. non erit
in te .i. in corde tuo. deus recens .i. nouiter a te fabricatus. deus
enim meus non est recens, sed ab eterno et in eternum. Alii enim faciunt
sibi deos nouos uel ydola. vel vicia. Illud enim quisque pro deo
colit. quod plus diligit et veneratur. Et hoc est quod dicit. neque
adorabis deum alienum, qui non est essencia deus. sed nomine
tantum. ego enim sum. substancialiter et verissime. dominus deus tuus. qui
contuli tibi hec beneficia. eduxi te de terra egipti. ad litteram, et de
domo seruitutis. Mistice. eduxi te per baptismum de terra egipti .i. de
tenebris ignorancie. quibus premebaris. dilata os tuum. ad con
fessionem et amorem, frange idolum cordis quod te angustiat.
Tolle de consciencia tua recentem deum. et ego adimplebo illud
gracia et veritate. et non audiuit vocem meam populus meus cui
tot contuli beneficia. Unde Bernardus. magnum inobediencie vicium, quo
angelus celum. homo paradisum, saul regnum, salomon amo
rem perdidit diuinum. et israel qui plus cognouit quo ad maio
res, non intendit michi. de quibus Johannes. propterea vos non auditis quia
ex deo non estis. Et quia contempserunt me propterea. dimisi eos
graciam auferendo. secundum desideria cordis eorum, unde Ro. i. propter quod
tradidit eos deus in desideria cordis eorum. Sic dimitti a deo,
magna est indignacio, magna est ira, peccantes non corrigere.
Unde si extra disciplinam estis. nonne adulterini estis. Et sic di
missi. ibunt in adinuencionibus suis .i. in peccatis. que a dyabolo uel ab
homine sunt adinuenta. ibunt .i. non penitebunt. contra quod dicitur
Ecclesiastici xviii. fili post concupiscencias tuas non eas. etc. Si populus meus
quo ad minores, audisset me credendo. et israel quo ad maiores
si in viis meis ambulasset .i. in mandatis, quod fuisset audiencie

ex tunc. forsitan .i. vere humiliassem inimicos eorum. cum utique
conditionis ut eminencie esent. pro nichilo .i. gratis, ut ad michi
sui redigendo, et super tribulantes eos .i. persecutores eorum. misissem
manum meam .i. vindictam. Ex quo patet quod deo resistentes, non
habent defensionem ab eo contra inimicos. Sed ipsi videlicet populus meus,
non tamen non audierunt me, sed etiam facti sunt inimici domini mentiti
sunt ei. non reddentes promissa facta in baptismo in penitencia.
vel in religione. Et propterea erit tempus pene eorum in secula .i. inter-
minum, quia vermis eorum non morietur. et ignis non extinguetur. Et licet
isti inimici sint per mendacium. et ingratitudinem, tamen deus ciba-
vit eos ex adipe frumenti .i. manna ad literam et saturavit eos de
petra melle .i. aqua dulcissima fluente de petra. Spiritualiter
cibavit eos ex adipe frumenti .i. corpore suo et sacramentis quia
buccellam dedit etiam iude inimico. et de petra melle saturavit eos.
.i. spirituali intelligencia. que de christo est, quia petra erat christus.
O quanta misericordia dei. que beneficia sua largitur etiam ingratis. sed ad
hoc facit. ut gratos faciat etc. Vincit etiam sapientia maliciam.

Deus stetit in sinagoga deorum. Intencione monet cre-
dere in christum verum deum. et verum hominem esse.
Dicit ergo. deus. factus homo. stetit. personaliter. in sy-
nagoga deorum. in medio iudeorum, Vel deorum .i. prelatorum. qui debent
esse conformes diis. per sciam vitam, et graciam, de quibus dicitur
diis non detrahes, sed ad quid stetit. ecce. in medio autem, stans
deos diiudicat, quia scrutabitur ierusalem .i. prelatos. in lucernis
.i. stricte. usque iudicatis iniquitatem. Vos qui estis iudices. quare
male sentitis de christo, dicentes christum hominem esse. et non deum
quod in iniquitate est, et vos alii vulgares, usque facies peccatorum sumi-
tis .i. quare principibus malis consentitis. iudicate egeno .i. ad
honorem eius, qui pro vobis pauper factus est. et pupillo .i. ei
qui pro vobis sine patre in terris esse voluit. et humilem. corde christum
iustificate .i. iustum predicate. eripite pauperem. christum et egenum
christum. de manu peccatoris liberate, defendentes hodie fidem, que
de ipso est contra hereticos, ne tacentes consentire videamini. Nescie-
runt. quod omnibus convenit. tam maioribus quam minoribus. nes-
cierunt neque intellexerunt. quia noluerunt intelligere. in tenebris

¶ Forsitan dicitur non dubita-
tive, sed ironice
per glo. et
gor-
ra.

¶ Secundum augustinum differt. congregatio
convocatio synagoga, et
ecclesia, Congregatio est
adunatio rerum que
cumque. Convocatio
racionabilium. Sy-
nagoga sub lege
timoris vixit
tum, ecclesia
sub lege
gratie gau-
den-
ter. 8

ambulat, quia expectauit eos malicia eorum. Si enim cognouis-
sent per fidem et dilectionem numquam dominum glorie crucifixissent.
sed tamen ex hoc .s. post mortem christi. mouebuntur ad fidem.
omnia fundamenta terre .i. plenitudo gentium, qui sunt terreni.
qui uiso et audito terremotu. et quod petre scisse sunt. conuersi
sunt ad christum. deinde propheta mutat personam ac si christus loquatur.
ego dixi. per eternum meum. dii estis per adoptionem. quia quotquot
receperunt eum, dedit eis potestatem. filios dei fieri. et estis
omnes filii excelsi patris .i. heredes dei. coheredes autem christi.
uos autem. qui sic eratis priuilegiati. per ingratitudinem uestram
et infidelitatem. moriemini. morte temporali. et morte culpe
sicut homines carnales de quibus apostolus. nonne homines estis
nonne carnales estis. et postea cadetis. in infernum propter su-
perbiam. sicut unus de principibus .i. dyabolus. qui dicitur princeps
mundi tenebrarum. uere qui cecidit de celo. tamquam fulgur. Et
quia per totum psalmum ostensa est expectatio synagoge peccantium. Ideo
subditur imprecatio iusticie dicens. O deus exurge. a mortuis.
uel qui diu expectas peccatorem. iudica .i. dampna terram .i.
terrenos homines terram diligentes. quoniam tu hereditabis in omnibus
gentibus .i. omnes gentes erunt hereditas tua. uel. hereditabis
in omnibus gentibus .i. de omni gente. aliquibus heredita-
tem eternam dabis. etc. Sequitur.

82 Deus quis similis erit tibi. Intentio malos hor-
tatur. ut cessent persequi bonos, bonos uero
ad patientiam. dicit ergo. O deus. christe. et si homo
es ut alii. et si iudicatus. et cum iniquis deputatus. tamen
quis similis erit tibi. in fortitudine. sapientia et dignitate.
cum ueneris in claritate. et in iudiciaria potestate. quasi diceret nullus.
ne taceas .i. non tacebis. tunc nequicias dissimulando. qui
diu tacuisti. siluisti. et patiens fuisti. Tandem sicut partu-
riens loqueris. neque compescaris deus. per quelibet sanctorum.
quin in futuro iudicio. reddas unicuique quod meretur. et cog-
noscant te excelsum, qui humilem cognoscere noluerunt.
Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, stulte sine ratione. contradicen-
tes ueritati. et illa contradictio. est sonus non uox, et

incepit in capite xpo. qui dicebant crucifige crucifige, et
completur in membris. et qui oderunt te. ꝑmi̅. extulerunt ca=
put. ꝑ supbiā contempnendo veritatē, sup ꝑplm tuū. i. co=
tra membra xpi. malignauerunt consiliū. i. malicose ex=
cogitauerunt mali contra bonos ꝑsecucōm. Unde Joh' vltio
Totus mundus in maligno positus est. i. in malo igne.
et cogitauerunt aduersus scōs tuos. mres et aplos. Sz q̄ co=
gitauerunt audiam'. dixerunt. ore. q̄d male conceperunt. corde
venite. Unanimit'. disperdam' eos de gente. i. ne sint inter
gentes, tollam' eos de mundo, et non tm̄ deleamus eos, sed
eciā nomē isrl'. nō memoret' ultra. et hic est sonus sine
racōe. qm̄ cogitauerunt. in corde delibēando unanimit'. i.
studiose. simul'. omnes. Deinde specificat tangendo vndecim
gentes undecī vicia designantes, quib; deus impugnatur
et veritas eius. aduersū te disposuerunt. int' se. testamentū.
i. pactum placitum, tabernacula ydumeorz. ydumeus est
edom. s. esaw. qui fuit venator. et hitauit in tabnaculis et
interpretat' sanguineus vel terren', et ꝑ hunc signt' iracundi
terre inherentes et sanguine sicientes, et ismahelite. quorz
manus contra omnes, et manus omn contra eos, Ismahel
interptat' obediens sibi. et ꝑ hunc signt' gulosi. qui obe
diunt ventri suo. Un aplus. Quorz deus vent' est. moab
qui supbus est valde genitus in ebrietate, de filia maio=
re. interptat' ex patre, et signt hereticos, de quib;. Joh' dt. vos
ex patre dyabolo estis. s'm glo. Agareni qui de agar descenderunt
Interptant' festa sustitates et ꝑ hos signt' ociosi. qui adinuene=
runt festa. ut in eis vacet voluptati, de quib;. ysa. festiuitates
vrās nō feram. Sed s'm glo. Agareni. interptant' aduene, ꝑ
quos signt' falsi frēs. qui noīe ten' sunt in eccl'a. qui inuen=
ta occasione nocendi se ostendunt. Gebal interptat' vallis vana,
ꝑ quod signt' ypocrite. de quib;. eccl'i. est qui nequit' se humi=
liat. Amon. qui natus est ex patre de filia minore, interptatur
ppls turbidus, et signt iracundos. et pacis fracc'e turbatores
vel signt. sicut fr̄ sunt. hereticos qui nichil pprium hnt in se
et amalech. qui fuit filius eliphath primogeniti Esaw.

que filii isrl. orante moyse superauerunt. Interpretatur populus
lingens terram. et per hunc significantur auari. cupientes terrena.
alienigene. latinum nomen est pro quo in hebreo philistiim
habetur. i. cadentes potione. et significantur ebriosi. qui cadunt corpore
et spiritu. Hii omnes disposuerunt testamentum. cum habitantibus
tyrum. Tyrus enim angustia interpretatur. et significat inuidos qui
de bonis aliorum angustiantur. Tyrus ad litteram in uicinatu
erat iudeis. et frequenter eos conturbabat. Sic inuidi turbant
quibus inuident. Sed cur isti omnes sunt inimici dei. et enim i. quia
assur. ad litteram. nabuchodonozor rex assiriorum. caput omnium
aliorum. uenit cum illis. et interpretatur dirigens uel elatus. per
quem significatur dyabolus. qui operatur in malis. quibus principatur. et
hii omnes operante in se dyabolo facti sunt in adiutorium filiis
loth. i. adiuuant dyabolum. qui per istos impugnat populum dei. loth
interpretatur declinans. et significat apostotas. declinantes ab eo. quem
promiserunt. filii ergo loth. sunt sequaces eorum. qui declinant
a ueritate. Secundum alios. assur. interpretatur tollens robustum
uel tollens asperitatem. et significat luxuriam. que fortes emollit
et eneruat. sicut dauid. sampsonem et salomonem. Fac illis
Postquam descripsit maliciam persequencium sanctos. Nunc predicit penam
eorum per modum imprecacionis. dicat ergo. Inimici contra te. et
tuos confederati sunt. Sed tu domine. iuste iudex. Fac illis sicut
fecisti madian. quem destruxisti per gedeonem. Iudicum vii
capitulo. et sicut fecisti zisare. quem yahel occidit. Iudicum iiii.
Et sicut fecisti iabin in torrente cyson. Iudicum iiii. disperierunt. i. hii omnes uicti perierunt. in torrente endor. et facti
sunt. ad litteram ut stercus terre. putrida cadauera. Iuxta interpretacionem nominum. hec dicta sunt. Madyan interpretatur declinans
iudicium. Zysara. exclusio gaudii. Iabyn sapiens. Cyson
ubi uicti sunt duricia. Endor. fons generacionis. et est sensus
fac illis sicut madyan. qui declinant iudicium. se iudicandos non
putantes. et propterea audacter peccant. et sisare. qui excludunt gaudium. fingentes se tristes sine re. Et fac illis sicut
iabyn. qui sunt inflati sapiencia carnis. que est inimica deo. qui
omnes perierunt. in torrente cyson. in obstinacione et duricia sua.

dispierunt in endor .i. in carnali generacione cui dediti erant
quia non sunt regenerati Christi passione et propter hoc facti sunt
ut stercus terre quia nichil manet ex eis nisi propagacio carna-
lis. pones principes. adhuc predicat per modum peticionis afflictorum
maiorum persecutorum o domine pone .i. depone principes eorum .i. princi-
pales in malo sicut deposuisti per manum gedeonis oreb et
zeb et zebee et salmana sicut legitur iudicum vii° et viii° capitulo.
oreb interpretatur corvus et significat loquaces per crastinationes confessio-
nem. zeb interpretatur lupus et significat rapaces. zebee victima
lupi et significat illos qui de rapina oblaciones faciunt. salmana
interpretatur umbra commocionis et significat instabiles qui moventur ad
omnem ventum Et est sensus domine fac principibus eorum sicut lo-
quacibus rapacibus de rapina ymolantibus et instabilibus qui
omni prave suggestioni cedunt per consensum. de pone domine omnes
principes eorum infideles socios furum qui insipienter dixerunt
ore quod malo corde conceperunt. possideamus sanctuarium dei hereditate
.i. iure hereditario. hoc apte est contra prelatos ecclesie qui beneficia
ecclesiastica conferunt suis nepotibus etiam inhabilibus et hii sunt
sacerdotes non secundum ordinem melchisedech cuius generacio ignoratur
nec secundum aaron quia non vocantur sicut aaron a deo sed ingerunt
se inverecunde. deus meus pone illos ut rotam .i. instabiles
vel ut rotam .i. ut quantumcumque se eleuent per superbiam tamen eos deici-
as per abiectionem. unde i. Reg xxv° dicitur anima inimicorum rotabitur
Et pone eos sicut stipulam ante faciem venti .i. fac eos ita
debiles ut nulli temptacioni resistere possint. Unde Job xxi° Erunt
sicut palee ante faciem venti et est prophecia quia peccatis sune-
tes iusto iudicio dei nunquam stabiles nunquam quieti esse possunt. Unde
scito quam amarum est derelinquere etc. Et quia levitate peccancium
gravis sequitur cruciatus nunc et in futuro. Ideo subditur ita persequeris
eos in tempestate tua .i. in improviso iudicio tuo. et in ira tua .i.
in effectu ire turbabis eos .i. punies sicut ignis qui comburit
silvam .i. steriles malos et distortos et eosdem dicit montes
quia pleni sunt superbia. et sicut flamma comburens montes
usque ad fundamenta. deus puniens est flammeus ignis Coge
aut flamma et ignis in iudicio esse dicitur quia tunc dense silue

peccatorum et montes superbie contremabuntur. Post prophetiam factam
de penis incorrigibilium, hic petit penam ad emendacionem
corrigibilium, et dicit. Imple domine facies eorum .i. aliquorum species
ignominia. vilitatis. obprobrii. et abiectionis. propter peccata commissa
et querent penitendo nomen tuum domine. Ubi nota quod melius est
iniure ut peniteat. quam sub specie religionis superbire. Unde micheas
iiii°. Et tu filia syon. venies usque in babilonem. et ibi liberaberis
Si autem non fecerit .s. conversionem. Tunc erubescant et conturbentur
in penis perpetratis. in seculum seculi. Nunquam enim cessabit remor
sio. quia vermis eorum non morietur. Confundantur. visio bonis i gau
et pereant. cum reprobis eterne miserie deputati. Ut tandem sic
in penis positi cognoscant experimentaliter. quia nomen tibi dominus.
et cognoscant etiam. quia tu solus es altissimus super omnem terram
ymo etiam super celum et infernum. etc.

Quam dilecta thabernacula tua. Intencio monet ad
amorem eternorum. dicit sic. o domine virtutum. angelicarum
quas nobis mittis in auxilium. quam dilecta .i. valde diligenda
sunt. tabernacula tua. illa superna. concupiscit et pre vehementia
deficit a se tendens. in atria domini. que speciosa et lata sunt et
magna. Huic nunc est desiderium. cum anima concupiscat. usque ad
sui defectum. quia nondum habet. quod desiderat. Sed nunquid
hoc desiderium erit sine gaudio. ymo est gaudium in spe unde
et sequitur. cor meum .i. racio. et caro mea. eo communita. exultaverunt
in spe. in deum vivum. qui dat nunc. modo per fidem et spem, tan
dem donabit et rem. et etiam quia. passer .i. racio. domum querit
invenit sibi domum. non manufactam in celis. et turtur .i. caro ca
sta. invenit nidum. ubi reponat pullos suos .i. opera ex gratia
et libero arbitrio progenitos. Et nota quia duobus predictis
duo reddit. dixerat exultasse cor suum, et carnem suam
quibus reddit passerem et turturem. Cor enim est ut passer. caro
ut turtur. corde cogitamus carne operamur. altaria tua domine
virtutum. o rex meus et deus meus. Ecce domus passeris et nidus
turturis. quia celestis patria designatur. per hec nomina. per tabernacula
propter soliditatem. per atrium propter spaciositatem. per domum propter
securitatem. per nidum propter suavitatem. per altare propter sanctitatem

Et ideo sancti concupiscunt pervenire in domum tuam celestem. quia
sciunt quod beati sunt qui habitant in domo tua. ubi est pax. gau-
dium et caritas. et ideo laudabunt te in secula seculorum. et hoc est
negocium. hoc opus sanctorum. quia leticia sempiterna erit eis in
christo. Beatus vir. a psalmo p[ri]mo psalmus commendata est gloria. que a sanctis
desideratur. Hic describitur mediator. cuius auxilio pervenitur. dicitur
ergo dilecta tabernacula beati qui habitant ibi. beatus eciam est vir. cuius
est auxilium ab te. in laboribus huius seculi. quia auxilio et
directione tua. disposuit ascensiones. id est gradus ad ascendendum
in corde suo. amando. appetendo. et conando. quia quanto plus
amaveris. tanto plus ascendis. et dicit in corde suo. contra illos
qui non querunt ascendere gradibus virtutum. sed cum dyabolo gradi-
bus honorum. Unde ysaias. Ascendam et similis ero altissimo. dispo-
suit inquam. in valle lacrimarum. in loco quem posuit. deus homini. ut esset
in eo afflictus. propter inobedienciam. scilicet hunc mundum. in quo bene
operantem. ponet in loco beatitudinis eterne. Quo autem auxilietur
nobis deus ostendit dicens. et enim. id est quia. christus lator legis. cuius
tantum minister moyses fuit. dabit benedictionem. graciam evangelice
instructionis. immo facultatem adimplendum precepta. Unde Johannes i°. lex per
moysen data est. gratia et veritas. per ihesum christum facta est.
Ecce utriusque testamenti auctor est christus. deinde accepta benedic-
tione. ibunt sancti. procedendo. de virtute in virtutem. hoc intelligitur non quantum
ad habitum. quia virtutes gratuite. simul infunduntur. sed quantum ad
actum. quia sancti modo puniunt ex iusticia. modo parcunt ex misericordia.
et sic perveniunt in domum dei celestem. Ubi videbitur deus pater qui
est deus deorum. id est christianorum. in syon. id est in altitudine speculacionis.
Unde Job. xxxiii°. Videbit faciem eius in iubilo. Et ut hanc
graciam obtineamus. oracionem dirigit in hec verba. domine deus dator
virtutum. quibus ascenditur ad te. vel virtutum. angelicarum. quibus me
sociari cupio. exaudi oracionem meam. ut me illis socies. auribus
percipe. oracionem meam. o deus iacob. id est luctancium cum viciis et concu-
piscenciis. protector noster aspice deus. id est protege humanum genus. et
hoc non propter merita nostra. sed respice in faciem christi tui. ut eius
meritis nos protegas. cui similes sumus. Quia melior est dies
una immutabilis. que est eterna. super milia dierum qui transeunt.

Sex gradus sunt in corde dispo-
siti. primus fidei confessio. secundus peccati re-
cognicio. tercius humilis
satisfactio. quartus
veritatis inqui-
sicio. quintus
aliorum in-
structio
vsl[?]
propter deum
abdi-
cacio.

Et ꝓptea merito desiderat anima mea. et q̄uis sim ad litam
rex et potens, tamē ut merear ee̅ in domo tua celesti. elegi ee̅
abiectus. i. humilis paciens obediens. modo in domo dn̄i. i. in
ecclia. q̄ habitare in thabnac. lis pctoꝝ. i. q̄ essem potens inter
pctores qui sunt in glia mundi, Conuersatio enī sctoꝝ in celis est,
quia mīaz et veritatē diligit deus. in nobis, Ecce ostendit. quid
agamus ut mereamur. quod sequitur. grām in pn̄ti. et gliam. in
futuro. illa duo. dabit dn̄s. facientib; prima duo. Inst̄. de suplim
danti. nō priuabit. magnis bonis. in pn̄ti et in futuro. eos qui
ambulant in innocencia. in vita sua. quia innocēs manib; et mun
do corde. habitabit in tabnaclo tuo, Quid ergo restat in tpe pre
sente. nisi sperare. et uitam expectare. Unde sequitur. dn̄e cōser
uator et dator. virtutū. btūs homo qui sperat in te. Ecce pau
cis vbis multa conclusit, quia sola spes est. que nō cōfundit.

Benedixisti dn̄e trām tuā. Intencōe monet ad xp̄m
ꝑfidem accedere. ut bn̄dictōe beatur, dicit g̃. Benedixi
sti dn̄e trām tuam. ꝑ xp̄m. quā olim. maledixisti
auertisti captiuitatē, que erat sub dyabolo. quia lex membroꝝ
qui sūt eius. Unde. d. Qm̄. nō obstante malicia nr̄a. supue-
nit mansuetudo dei .i. clemēcia. dulcē domāns supbiā nr̄am
et corripiem̄. ad emēdacōm. Quis nouit ptātem ire tue .i. ius-
ticiam dei potent. punientem. q. d. btūs est vir. Eccl. Qui timet
deum nichil negligit. Et. quis est ille. qui nouit iram tuā.
.i. afflictōnes siue flagella stultorū. quorū est infinit9 nūs.
dinumare .i. distīguē. p̄ timore tuo .i. cogitās iudicia dei. q
sint pfunda. timet et cābat. Vel ille iram dei p̄ timore dinu-

merat. qui p pctis dolens singulis pctis singulas penas
facit. Juxta illud. Quot ergo in se invenit oblectamenta, tot
de se pbuit olocausta. Et ut iram tuam. et miseria nram
euadere te adiuuante possim, oramus. dexteram tua. i. filiu
tuum. sic notam fac. nobis. ut videat et audiat ad imitandu
et habeat ad fruendum. et ptem fac nos eruditos corde in sa=
pientia. ad faciendum mandata eius. Oram domine conuerte, sicut
conuersus respexisti petrum. Usquequo eris auersus a nobis, miserere,
quia tempus miserendi venit. et deprecabilis esto sup servos tuos.
i. talem te exhibe. et tales nos fac. ut exaudias nos. Sed iste
homo in spiritu vidit quod futurum erat, et qui iam in presentia ha=
bet ait. repleti sumus mia tua. i. effectu mie tue. mane. i. in p=
senti vita. que est quasi quoddam principium diei eternitatis. Unde mane
astabo tibi. Et ex hoc exultauimus et delectati sumus. in spe future
btitudinis, omnibus diebus nris. qui sunt in celis, et illi dies sunt
caritas, claritas, pax. et securitas. Et quia tenemus eterna
bona in spe. Ideo letati sumus. paciencr sustinendo aduersa. pro die=
bus. i. in diebus malis quibus nos humiliasti. i. afflixisti, et
quia illa pacia non fuit dierum paucorum. sed diuturna. et propterea
dicit. annis quibus vidimus mala. i. longo tpe sensimus tribulacionem
pro spe futurorum. Unde oramus ad dominum, respice in servos tuos. et in eos
qui sunt opa tua. quos creasti. qui sunt expositi multiplici tri=
bulacioni. et dirige in viam pacis. filios eorum. i. successores. et imi=
tatores eorum in bono. Et oramus sit splendor dni dei nri sup nos.
i. gra sancti spus, reformans imprimatur menti mee. Vel sic. id
est crucis impressione decoremur, et vexillum passionis in fronte
portemus. et opa manuum nrarum dirige sup nos. Ut non pro mercede
terrenorum ea faciamus, et quia omnia opa nra, ad unum finem re=
diguntur. singulari numero subdit. et opus manuum nrarum dirige.
i. omnia opa nra unum opus caritatis sint et ad unum dirigatur.

Qui habitat in adiutorio altissimi. Intencio monet
ut exemplo xpi confortati, studeamus vincere tempta=
ciones. Dicit ergo sic. Qui habitat in adiutorio altissimi. i. to=
tam spem suam, non in se non in incerto diuiciarum, sed in deo ponit,
in protectione dei celi commorabitur. ut semp protegatur ab eo, et in pros=
peris ne eleuetur, et in aduersis ne deiciatur, nec illecebra carnali

¶ Nota quod triplex est ymago. prima est
ymago creacionis. in qua creati sumus
s. rō. secunda est recreacionis. s. gra
per quam reformamur. Tercia
est similitudinis, ad quam
creati sumus. s. des trinitas
patri conformamur per memoriam,
filio per intelligenciam, spui
sco per dileccionem, et
illum splendorem
petit iste
esse si=
se. 9

capiatur, nec timore adversitatis frangatur. et talis qui sic sta-
tat, dicet domino gratias agendo susceptor meus es tu. domine ad te
recedo bonum faciendo. et refugium meum. dum a malo recedo, ne
prede pateam, et quia ipse est deus meus propterea sperabo in eum.
Unde Job. etiam si me occiderit. in eum sperabo. Quoniam ipse per gratiam
suam. liberavit me de laqueo venantium. id est de temptacione demonum
qui blandiendo illaqueant. ergo dyabolus est venator. homo bestia
laquei divicie. Unde prima ad Thimotheum vi. qui volunt divites fieri inci-
dunt in laqueos et delicie. unde Ecclesiastes vii. Inveni mulierem morte
amariorem. que laqueus venatorum est locus venacionis, principum pal-
lacia, prelatorum cathedre, mercatorum nundine, lusorum specta-
cula. gulosorum thaberne. et a verbo aspero. id est a temptacione
que fit per verba, ut videlicet quando aliquis propter insultaciones ma-
lorum, vel detractiones desistit a bono. Nota secundum glossam. dyabolus laqueos
suos ponit iuxta viam. non in via, quia via est Christus. Si ergo
vis securus incedere. noli declinare de via regia, nec ad dex-
teram prosperitatis. nec ad sinistram adversitatis, sed sit tibi
via ille. qui dicit. Ego sum via veritas et vita. et ille ducat
te ad se. per se. et ita non timebis laqueos venancium. Nota quod ve-
natores virorum inveniuntur in bono. econtrario piscatores virorum in ma-
lo. Nota triplex verbum asperum. Primum. Surgite ad iu-
dicium. Secundum asperius. esurivi et non dedistis michi manducare.
Tercium asperrimum. Ite maledicti. a quo suos liberat deus.
Confitenti humiliter et gratias agenti. merito ampliora benefi-
cia promittuntur. Scapulis suis. id est virtute operum. obumbrabit
tibi. protegendo te a fervore temptacionis ad modum galline pullos
suos protegentis. et sub pennis eius. id est brachiis que extendit in
cruce. sperabis. et non timebis. unde Canticorum ii. Sub umbra illius
quem desideram etc. Scuto et potencie sue. circundabit te. ex
omni parte securum faciendo. veritas eius. qui non respiciat personas
qui promissa reddit. quia nocitiva respuit. Incarnatus enim
dominus, et scuto protegit. scapulis obumbrat, et sub pennis ala-
rum suarum nos ponit. ut in eo speremus, et non timeamus a ti-
more nocturno. Ubi non sicut expressit genera defensionum,
ita ut gratior sit liberacio, exprimit genera temptacionum. et

sut. iiij^or. p^ma teptacio est leuis et occulta. que sig^r per
timore nocturni. Scda leuis et apta. que signat^r p sagitta
volantem in die. Tertia grauis et occulta. que sig^ficat^r p ne
gociu ambulas in tenebris. Quarta grauis et apta. que
signat^r p demoniu meridianu. dicit g^o sic. Protectus scuto po
tentie. scapulis clementie. et pennis sapie. no timebis a timore
nocturno. i. a leui temptacoe. que fit a pusillanimi^te int^e laten
te p ignoranciam. qua timet homo nimis^e affligi in bono. uel
p bono. et sic desistit. Non timebis. a sagitta uolate. i. a leui
et apta teptacoe p blandimeta illiciete. et hec sagitta est
adulacio blandiens. in die. i. in facie. que leuit^r volat. s3 cito
vulnerat. et suauit^r occidit. nisi opponat^r ei scutum veritatis.
Non timebis. a negocio pambulate in teneb^ris. i. a graui et
occulta teptacoe. que est ambicio. de qua Bn. ambicio est
subtile malu. secretu vir^s. pestis occulta. doli artifex. ma
ter ypocrisis. liuoris parens. vicior^u origo. crimis fomes. tynea
scitatis. que oblimsa facit veritatem. negociu agit tenebris
de qua Jo. Qui ambulat in tenebris. nescit quo vadat. tales
hnt negociu talpe. ab hac liberat suos veritas dicens. Qui
no renunciauit omnibus que possidet. no potest meus ee discipulus.
et cet. Non timebis. ab incursu i demonio meridiano. s. a
graui et aperta temptacoe. que grauit^r impellit. de qua
p^a petri vltio. Aduersarius vr. dyabolus. tamq^m leo rugiens circuit
qrens quem deuoret. cui resis. tc. Et illi resistunt. qui hitant in ad
iutorio altissimi. et coram illo cadunt. qui de se psumunt. de
quibus subdens dicit. Cadent mille. i. multi. a latere tuo
i. de collateralibus tuis. qui cu aplis sperant se sessuros. et iudi
caturos. quales sut qui omia reliqrut ppter xpm. sic dr
de cosiliarijs prelator^u. latera eius unde Bn^s ad eugeniu ppm
Samu te diperiut latera dolentem. Talia latera. de latere
xpi multi cadent. qui putant se ee aliquid. cu nichil sint
ut supbi monachi. qui de sola cugulla. et alta tonsura
gloriant^r. et decem milia a dextris tuis. i. multo plures ca
dent de hijs. qui psumut se locandos a dextris int^e agnos
et saluados. de quibus dicit apls. Qui se existimat stare. videat

Tomee. patiu fit. vel extimo
re aduersitatis. vel ex blan
dimeto prosperitatis
vel ex ignoran
tia. vel im
pulsio
ne.

ne cadat ꝑ latus eciā dextrum significari pt̄ ꝓspitas / per
sinistrum vero aduersitas. plures ergo p ꝓspitatem cadunt
q̄ꝫ ꝑ aduersitatem. Ad te aūt. o xp̄e. i. ad corpus ecclie tue. ad-
uersarius impelles. aut decipies. nō approꝑinquabit. ad ledend
vel corrumpendū. Unde Job. verꝫ tñ. animā illius serua. Ca-
aūt tradita est in manus impij. verꝫ tamē. q. d. licet tuos q̄d
ꝑsecuti fuerint. verꝫ tñ. nō impune. Quia oculis tuis. claris-
simus sole. quibꝫ omnia vides. omnia iudicas / considerabis. qn̄-
titatem culpe. et retribucionē pctōꝝ uidebis. tuis ꝑprijs. et
membrorum tuorum oculis. Quonā tu es. q. d. malis cadentibus tū ego
stabo. et hoc nō ꝑ me / sed ꝑ te. qm̄ tu dn̄e es spes mea. ꝑ bonis
adipiscendis. Si seuit mundus / si fremit malignus. si caro
aduersus spm̄ concupiscat / si exurgit aduersus me plm̄. in hoc
ego sꝑabo. altissimū posuisti refugium tuū. in malis cauendis
Et vere altissimū. quia te xp̄m. et ideo. nō timebo mala.
qm̄ tu mecū es. Nō accedet ad te. qui caput es. malū. culpe.
nec ad membra tua finalit̄. pctm̄ ad hominem accedit. qn̄ vici
pctō consentit. et flagellū. et ne uiserit. nō approꝑinquabit tabnaclo
tuo. i. corpi tuo / quod ꝑ nobis assumpsisti. nec mistice f. ecclie
quia nō contristabit iustum / quicquid ei acciderit. Qm̄ angel
suis mandauit de te. o tu quicumqꝫ es de corpe eius. Manda-
uit inquā. i. mandatū dedit. Hebr. i.o Omnes sunt ad ministratori
spūs in ministerium missi. ꝑpter eos. qui hereditatē capiunt salutis.
quid mandauit. Ut custodiant te in omnibꝫ vijs tuis. i. quamdiu es
viator. Unde sup muros tuos constitui custodes. Et ipi quia
plenī caritate. hilarit̄ implentes officiū. In manibꝫ. i. in
fortitudine potencie. portabūt te. i. corpus tuū misticum
o xp̄e. Angelus ergo hominem portat. dum in bono adiu-
uat. et a malo eleuat. Unde et subdit. Ne forte offendas ad
lapidem pedē tuum. i. ne ad pctm̄ inclines affectū tuum
Et illorum f. angelorum ministerio. de grā capitis tui. ambulabis
sup aspidem. i. conculcabis demonis suggestionē venenosam
quia aspis insanabilit̄ ledit. et basiliscū. qui flatu occidit.
sic suggestio dyabli. interior. retrahit a bono. Unde ys. xiiij.o
De radice colubri. egredietur regulus / et semē. i. suggestio eius

Bnh: In quouis angulo reuerenciam
habe tuo angelo. et
ne audeas illo
p̄nte q̄d me
p̄nte nō
aude-
res.

absorbens volucrem .i. hominem ad bonum se levantem. et con-
culcabis leonem .i. dyab. aperte sevientem et ad malum impellen-
tem. et draconem .i. dyab. subtiliter et astute decipientem. de quo
apoc. draco traxit post se terciam partem stellarum. Sed contra
has temptationes adiutorio dei exsufflat. Iuxta illud. Ipse
conteret caput tuum. Et hanc gratiam totam ecclesie. quoniam in me
speravit in adversis. et in pugna dyab. liberabo eum. ab omni
culpa. protegam eum. a pena et periculo. quoniam cognovit nomen
meum. per fidem. per quam sancti vicerunt regna etc. clamavit ad
me devote orando. et ego clementer exaudiam eum. et si non statim
ad votum. saltem ad utilitatem. cum ipso sum in tribulatione. tan-
quam fortissimus adiutor. et dulcis consolator. eripiam eum de mundo
et glorificabo eum. in celo. longitudine dierum .i. eternitate
replebo eum. quia non requiret amplius. et ostendam illi. per
speciem oculo ad oculum. salutare meum .i. christum in maiestate.
Et hec visio est tota merces sanctorum. Ad quam nos etiam ultra me-
bra sua perducat. deus. Sequitur. Bonum est

Bonum est confiteri domino. Intencio monet ad laborandum
pro eternis. cum quiete mentis. dicit ergo. Bonum est confiteri.
voce et corde domino .i. laudare deum. bona deo. nobis
vero mala tribuamus. quod non faciunt illi. qui bona sibi. mala
vero sathane vel fato attribuunt. in quo deum accusant.
vel aperte deo attribuunt. qui ipse hoc fieri voluerit. Nec sufficit
quod laudemus ore. nisi etiam laudemus opere. Unde subdit. et bonum
est psallere .i. opere gratias agere. nomini tuo. o altissime. quia
psallere grece est tangere latine. et in tactu operacio exprimitur.
Bonum est confiteri domino. ad annunciandum mane .i. in tempore prosperitatis
misericordiam tuam .i. beneficia dei ex gratia. et ad annunciandum verita-
tem tuam. non crudelitatem per noctem. adversitatis. quasi dicit. cum
prosperaris lauda misericordiam. cum flagellaris lauda veritatem.
in decacordo. quasi dicit. bonum est psallere. scilicet in psalterio decacordo.
.i. implere decem precepta. quia optime psallit. qui a voce
divini precepti non discordat. et bonum est psallere. in canti-
co .i. hilariter et alacriter. quia cum bonum facis cum hilaritate
bene facis. in cythara .i. cum carnis mortificatione cum

Vel sic. per psalterium notatur vetus testamentum. per cytharam novum et vetus quod debet esse in cantico .i. concordia quia non contrarietas est

ergo sic cantat. ut decem precepta impleat, et in solo deo gaude-
at. et carnem cum vitiis mortificet. bene psallit. Confitebor domino
quia delectasti me. i. laudem michi inspirasti cum delectatione
in factura tua. i. pro operibus que facis per me, tuum enim figmen-
tum sumus. et tua sunt dona. que facimus bona. mala autem nostra
sunt peccata. et tua iudicia. et in operibus manuum tuarum exul-
tabo. quod idem est. vel potest referri. ad opera incarnationis et
passionis, quia delectabilis factura verbi bene caro factum et exul[tabo]
in operibus manuum tuarum. in cruce extensarum. quibus me miseri-
corditer reformasti. Quam igitur magnificata sunt. i. magna et
incomprehensibilia. opera tua domine. in creatione videlicet et in incar-
natione. et in passione. et ingentium vocatione. Et nimis profun-
de facte sunt cogitationes tue. i. iudicia tua. quando illum vocas et
illum non vocas ad cognitionem fidei tue etc. Ut merito dicatur
O altitudo divitiarum etc. quam incomprehensibilia sunt iudicia tua.
et nondum. quod summum genus scientie. est scire deum tanta premia
que humanus sensus non valet intelligere. Sed vir insipiens
mundanis cupiditatibus plenus, divina sapientia vacuus. non
cognoscit. quia dixit insipiens in corde suo non est deus. et
stultus. qui non vult intelligere ut bene ageret. non intelliget. i.
non percipiet corde. hec. predicta et sequentia. Cum exorti fuerint
peccatores. sicut fenum. quod crescat virescit et arescit, sic ipsi crescunt
etate, virent prosperitate, arescunt in morte. Iuxta illud. omnis
caro fenum. et gloria eius tamquam flos feni. Et cum apparuerint
super alios felicitate. illi omnes qui operantur iniquitatem. male creden-
tes et male operantes. ad hoc. ut intereant in seculum seculi. i. in eternum.
Tu autem altissimus in eternum domine. qui sic ordinas vel permittis. tu
punies eos et iniquitates suas eos cognoscere facis. unde ipse
dicit. arguam te et statuam contra faciem tuam. Vel sic potest
legi. Stultus non intelliget hec. scilicet quod peccatores exoriuntur hic
sicut fenum. et cum exorti fuerint. postea in iudicio futuro appare-
rit. i. apparebunt. non ad gloriam suam. sed ut intereant in se-
culum seculi. i. semper. Tu autem. o christe permanebis altissimus in eternum
non sicut iudei putaverunt te communi morte perire. Et quia pecca-
tores interibunt. hoc adhuc in sequentibus dicit. Quoniam ecce. i. aperte

īimici tui dñe. et repetit ad demostrandū veritatē ɋtitudiem
et sui cōtra eos indignacoīm. qsi ēēt īimici tui. s. amici mūdi
et serui pcti. q modo floret pibuit ethalit. et dispgent. modo
p multa desideria et vicia. vel in futō. dispget. i. a grege dm
separabunt. omēs qui opant iniqtatē. et illi sc. dei inimici
et illis de medio sublatis, cornu meū. i. potēcia et vtl mea.
ɋrat eccīa militans, exaltabit. i. cōfortabit. in pnti. sic
vnicornis. cui nullus resistere pt. et trāsacta iuuētute, cursu
cōsumato, fide seruata. tūc erit senectus mea. i. finis pntis
vite et iniciū senectis. in mīa vberi. i. in leticia hundanti. que ve-
niet eccīe, ex mīa dei. Vnde leticia sempitna erit eis in xpo.
et nō. q totū quod patit eccīa iuuētus est. Nouissima aūt eius
senectus ipius sūt. que debet ēē in leticia. Et ideo. despexit ocls
meus. odiendo culpam nō natūā. inimicos meos. i. hereticos.
vel tirānos, Et maiorē cōsolacōnē mea. dicit eccīa. insurgenti-
bus in me. i. contra me. malignātibz. i. psecutoribz vl hēticos
audiet auris mea. me stante a dextris, te dicente. Ite male-
dicti. zc. et tūc letabit iustus, cum viderit vindictā. a quo
auditu malo. Iustus nō timebit. sed florebit ut palma. pal- de palma.
me compat iustus, p°. ex eo q palma in centū ānis facit
fructum, sic iustus post completum cursum vite sue. qui
ei videt longus, ppter desideriū dissoluēdi, et ēē cū xpo. Na
et archa fabricata est a noe. centū ānis, et abrahe cētena-
rio. natus est ysaac. i. gaudiū. Scdo. quia in ymo est gracilis
et rugosa, sic iustus est gracilis hic quia pue reputacōnis
a mūdanis, et rugosus ppter vite austeritatem. Tercio qa in su-
mo est lata et pulchra. sic iustus, erit pucher in summo. qn
immortalitatē stola decorabit. Quarto. quia radix ei amara
est. et fructus dulcissim. sic amaritudine ht. discipline in pn-
ti. sed postea dulcedinē glorie. Vnde. omīs disciplina in pnti
nō videt esse gaudij. sed meroris. pt at zc. Quīnto. qa victores
coronant palma, sic iustus coronat glia. et honore. Deinde seq.
alia compacō. et sicut cedrus libani mltiplicabit. in merit
Nota. q cedrus est arbor ramosa. cui similat ppt multitudinē
bonoz opm. Cedrus est imputribilis. et iustus in pnti, impu-

tribilis p castitatem. et in futuro propter eternitatem. Cedrus altior
omnibus arboribus libani. et iustus altus propter merita. Cedrus
habet radicem profundam. et iustus humilitatem. Et cedro iust
comparatur in odore propter bona fama et exempla bonum unendi. un
Eccli. Quasi cedrus exaltata sum in libano. libanus interpretatur
candidacio. que competit iustis. nunc p gratiam. et tunc p gloriam.
Et ne pauci putentur. quia dixit in singulari iustus. continuo
subiungit. Iusti multi. quorum est numerus soli deo cognitus. plantati
i. radicati sunt. in domo domini. i. in ecclesia militanti. ubi est aspa
radix palme. que domus domini est in atriis. i. in initio. domus dei no
stri. i. ecclesie triumphantis. Adhuc. i. super hec omnia. multiplicabuntur
iusti. in senecta uberi. i. in fine mundi. quia tunc ecclesia in senio su
rima erit patiendo. p martirii palma. p manum antixpi
plurimos. sicut in iuventute fecit. qui dyabolus p tyrannos sicut
seviebat in discipulos xpi. et post illa victoria bonum pacientes
erunt. i. tranquilli. securi et iocundi. ut annuncient. i. laudent deum
dicentes. Quoniam rectus. i. iustus est. dominus deus noster. qui promissa com
plevit. et plus quam meruimus remuneravit. et non est iniquitas
in eo. ut defraudet quemquam a mercede sua. Sed quod oculus non vidit
nec auris audivit. nec in cor hominis ascendit. hoc quod preparavit
deus in celis diligentibus se. Sequitur.

92

Dominus regnavit decorem indutus est. Intencio monet
ad laudem. Dicit ergo sic. Dominus xpistus regnavit. i. rex
innotuit. decorem indutus est. quantum ad eos quibus
placet. quibus pulcher apparuit in maiestate. Indutus est dominus for
titudinem. quantum ad eos qui eum blasphemant. et precinxit se
promptus ad subveniendum. Etenim. i. ad hoc. firmavit orbem terre
i. corroboravit ecclesiam fidelium. p totum orbem terre diffusam. qui
orbis ecclesie non commovebitur. licet concucia-tur. quia fundata est supra
firmam petram. In illo orbe ecclesiastice unitatis. parata est sedes
tua. i. anima humilis. quieti et iusti. ex tunc. i. in tempore sexte etatis in
qua natus est xpistus. de qua dicitur. Nos sumus in quos fines seculorum
devenerunt. Et ne putes eum tunc cepisse addit. dicens. A seculo
i. ab eterno. tu es. in tua essencia. potencia et natura. Elevaverunt
flumina. q. d. veniente xpisto. et fundata sede sua. i. ecclesia. apsit

Nota quod cingimur operaturi. accin-
gimur pugnaturi. succingimur
ituri. precingimur
ministraturi

aplos suos. qui dicunt hic flumina. quia a fonte xpo dirivantur.
dicit ergo eleuauerunt flumina domine. eleuauerunt flumina uocem suam
i. apli predicauerunt, et repetit propter feruorem et predicationis fir-
mitatem. Et hec flumina s. predicatores eleuauerunt fluctus
suos. constanter loquendo. quibus loquentibus multi crediderunt. et im-
pleti spiritu sancto, loqui etiam ipsi ceperunt. Et factus est clamor mag-
nus a uocibus aquarum multarum. i. a multiplicatione predicatorum con-
quos. mirabiles. i. terribiles facte sunt elationes. i. contradictiones
maris. i. mundi. qui cepit irasci. et persequi fideles. Ecce mare con-
tra flumina pugnat. diuites contra pauperes, superbi contra hum-
les. sed quis ferre posset impetus tantos, nisi dominus temperaret. Unde
et sequitur. mirabilis in altis dominus. Ecce ponitur mirabilis. ad uinnas
contra mirabiles, opprimentes. Ipse enim est qui ambulat super uertices
maris. i. super capita principum et regum terre. ut pacem ecclesie instituat
testimonia tua domine credibilia facta sunt nimis. i. hoc quod predixisti
s. tribulationem in mundo habebitis. in me uero pacem. et omnia dicta
prophetarum de ecclesia et xpo sunt impleta. et dicit nimis. quia nullus
aduersarius contradicere potest. domum igitur tuam. i. animam fidelem. decet sanc-
titudo castitatis. corpus humanum. decet sanctitudo sobrietatis. Ecclesiam decet
sanctitudo unitatis. Religionem decet sanctitudo humilitatis. hospitale de-
cet sanctitudo pietatis. Et sic tandem de istis domibus, ascendamus
ad domum supernam. in qua est sanctitudo eterne iocunditatis. in longitu-
dine dierum. In qua melior est dies una super milia. ad quam nos perducat deus Amen.
Deus ultionum dominus. Intentione monet ad pacientiam 93
dicit ergo sic. xpus dominus. qui a quibusdam putatur non uin-
dicaturus se de peccatore. Ipse est deus ultionum. et ad ma-
ioris firmitatis robur. repetit dicens, deus ultionum. uel dicit
bis. propterea quod in corpore et anima punit. uel hic. et in futuro. Ipse etiam
dum adhuc uiuebat in carne. libere egit. quia nulli pepercit.
nullius uitia palpauit. cuius potestati et ueritati. nullus ob-
uiare potuit. Quid ergo faciet in iudicio. qui iudicandus non
pepercit in uerbo. Iudicaturus non parcet in facto. Exaltare. q. d.
Tu deus ultionum. qui modo lates expectando penitentiam. exal-
tare. i. ostende auctoritatem tuam. qui iudicas terram. i. terrenos
peccatores. Terra autem dicitur peccator. quia motuosus per superbiam

opacus per invidiam / petrosus per iram / conglutinatus per ava-
riciam / immobilis per accidiam / fex aliorum per luxuriam / re-
ceptaculum luti per gulam. redde retribucionem superbis. contumaci-
bus et blasphemis. Sed quia bonis gravis est. et iactancia
peccatorum. Unde dolenter ingemiando dicunt. usque. i. quamdiu sustines
benigne. domine. usquequo peccatores. non tantum peccabunt. sed eciam gloriabuntur
cum malefecerit. et exultant in rebus pessimis. Usque quo
effabuntur. publice persuadentes malum. et loquentur secreto iniqui-
tatem. et usque. loquentur malum. omnes qui operantur iniusticiam.
. i. non sufficiat eis / quia male faciunt / sed eciam alios docent.
Unde supra de iusto dicitur. Et in cathedra pestilencie non sedit.
quam autem iniquitatem operantur subdit. D. populum tuum domine hu-
miliaverunt. ipsum conculcando. et hereditatem tuam. i. fideles /
et obedientes. vexaverunt. fatigando. spoliando. et occidendo /
viduam et advenam. homines destitutos auxilio humano interfecerunt.
ad literam vel afflixerunt. et pupillos occiderunt. quod ad literam
crudele est. Moraliter. vidua est anima penitens. que mortua
si a sobrietate et castitate separatur. Advena est anima profi-
ciens / que non habet hic civitatem manentem etc. Hic interficitur cu-
pidinis mundi vel carnis efficitur. Pupillus est cui pater mundus
et mater concupiscencia moritur / qui occidit / quando rursus curis
mundi et carnis implicatur. Et post tanta mala. dixerunt
aput se, non videbit dominus. illa que fecimus. nec intelliget. i. non
curat. deus iacob. i. supplantorum. luctancium. et supplantancium
peccata. Intelligite. et nolite esse sicut equus etc. vos insipien-
tes. qui estis sine vera sapiencia. qui estis in populo. i. de numero
hominum. et stulti aliquando sapite. i. percipite racione quam suavis est
dominus. Intelligite eciam hoc. Qui plantavit aurem etc. ut audiatis
ipse non audiet. ab surdum est dicere hoc / quia in causa prima
plus est. quam in effectu. Aut qui finxit oculum. tibi non conside-
rat. utique considerat. nulli enim tantum dedit. quantum in se retinuit. In-
telligite. Qui corripit gentes. exterius miseriis affligendo
interius remorsum consciencie immittendo. non arguet. ymo ar-
guet / quia in puncti spiritum sapiencie immittit / ut removeat ab

ab errore. in futuro omnia manifestando. ut dampnet cum peccato
aut qui docet hominem scientiam. scilicet xpistus. non habebit eam. Ipse nescit
a quo omnis scientia absit. ymo. dominus scit cogitationes hominum
et multo clarius intelligit verba et opera. quia vane sunt. Tu
vero nescis cogitationes dei. quia iuste sunt. errant igitur illi. qui
dixerunt. Non videbit dominus. nec intelliget deus iacob. Beatus
homo. quasi dicat. Illi vani sunt. Sed beatus homo. nunc in spe. et postea
in re. quem tu erudieris domine. per tribulationem et flagella. et pur-
gabis sicut aurum quod transit per ignem. et de lege tua. id est de ca-
ritate vel scriptura. docueris eum. per inspirationem. Ex lege enim
dei discas patientiam in adversis. Unde. ad hoc doces patientiam
ex lege tua. ut mitiges ei. id est minuas tribulationem et tempus
temptationum. a diebus malis. quibus floret oppressores. qui tan-
dem florent. donec fodiatur peccatori fovea. id est quousque compleat
multitudinem malorum. quibus mergatur in profundum inferni.
Unde. Adhuc non sunt complete iniquitates Amorreorum. Fove-
a etiam peccatorum prosperitas est. quia cum deus malo parcit homo
elevatur. et ad hoc elevari permittitur ut fortius cadat. Cum deus
parcit malis. foditur eis fovea. quamdiu ergo fossa non perficitur. no-
li per impacientiam velle sepelire. non precipita vindictam. expecta.
Ipse deus reddet retributionem superbis. non publicano confitenti
sed phariseo superbienti. brevis delectatio malorum. brevis tribu-
latio bonorum. Unde psalmus. Iustus de angustia liberatus est. et
traditur impius pro eo. et in hoc apparet. quod mitigat tribu-
lationem. Quia non repellet dominus plebem suam. tamquam abiectam
et hereditatem suam. quam emit sanguine suo. non derelinquet. Unde
Matheus. Vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Unde et subdit
non repellet dominus etc. quo adusque inclusive. quia nec tunc derelinquet
eos. iusticia. id est iusti convertatur in iudicium. id est fiant iudices cum
xpisto. in die iudicii extremi. deinde interrogat. qui sunt iusti. dicit.
et qui iuxta illam sunt. Respondet. omnes dicuntur et sunt iusti. qui recto
corde sunt. Unde supra. Letamini iusti in domino et gloriamini omnes recti corde.
Recti corde sunt omnes qui concordant cum voluntate dei. quod dominus suo
exemplo ostendit. ubi secundum hominem dixit. Pater si possibile est

Sed contra. supra dicitur. deus repu-
listi nos. hic dicitur non repel-
let dominus plebem. Responsio.
non repellit ab
utilibus sed re-
pellit
a noci-
vis.

transfer calicem hunc. et hanc voluntatem ad diuina diriges ait.
Verumtamen non sicut ego volo sed sicut tu. Sed adhuc tribulata
ecclesia considerans tirannorum et hereticorum multitudinem et demo
num astuciam quasi in mari fluctuans ait. quis consurget michi .i. pro me
et pro michi adherentibus aduersus malignantes qui nec timent dei
iudicium futurum. aut quis stabit mecum constanter aduersus operantes
iniquitatem .s. tirannos etc. q. d. nullus. Nisi dominus. homo enim non potest
sed dominus. et hoc ostendit d. nisi quia dominus adiuuit me .i. nisi deus
obstitisset in tantis tribulacionibus. paulominus habitasset in inferno
anima mea .i. imitabundus consensissem sacrificiis demonum. et tunc
perissem. Et hodie nisi dominus moderaretur temptaciones quibus plenus
est mundus. quis saluaretur. Ipse enim [illegible] a nobis dicit. Quid timi
di estis modice fidei. et dato mandato. quiescit mare. Si dicebam
humiliter in confessione. motus est pes meus .i. affectus a statu
gratie per culpam. misericordia tua domine adiuuabat me. a culpa releuan
do. et ad graciam reformando. Ecce quomodo deo placet confessio. et secundum
multitudinem dolorum meorum in corde meo. quos habui siue pro peccatis
meis propriis. siue pro alienis. siue pro incolatu presentis miserie.
siue pro dilacione glorie. consolaciones tue interne et externe.
letificauerunt animam meam. apostolus enim inmultis tribulacionibus existens
dicebat. Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam
que reuelanda est in nobis. et tales confitentes et dolentes apud
te sunt. et non alii iniqui. Unde et subdit. nunquid adheret tibi
sedes iniquitatis .i. non adherebit tibi quisquam iniquus. Unde alibi.
Non habitabit iuxta te malignus. vel sedes iniquitatis
.i. possessor mundi cum amore. vel iudex iniquus. quia que conuen
cio lucis ad tenebras. aut que pars iusticie ad iniquitatem
qui fingis laborem in precepto. precipis quod cum labore comple
tur. Unde est illud. Qui vult venire post me abneget semet
ipsum. et tollat crucem suam etc. Et illud. Qui non odit patrem et
matrem suam etc. Et beati qui persecucionem paciuntur propter etc.
Sed hic labor est dulcis amantibus. quia iugum meum
suaue est. et onus meum leue. Sic auis oneratur plumis que
tamen ipsam leuat et decorat. Et illi qui tenent sedes iniquitatis
captabant in animam iusti. ut eam affligant. eciam falsa obiciendo

Cauete de hoc super in psalmo
dixi custodiam
vias meas
etc.

et sagnine innocete codempnabant. et hoc cu magno desiderio
Et ex hoc. fact9 est michi dns in refugiu. Unde glo. pmige
ns dolore. ut queras refugiu, cedit spes seculi, redit spes
dei Et fcus est michi. in adiutoriu spei mee. Nondu em est
res sed spes. Deus ergo adiuuat. ut spata consequamr. et reddz
illis .s. malis. iniqtate ipsorz. in iudicio. Ymo eciam et nuc red
dit .s3 tamen tpe oportuno, et in malicia eorz. qua intenderut
disperdet eos. a regno in incophensibilem miseria. quo ad a
nimam. dispdet eos. quo ad corpus. qui scit et pt. dns deus
nr. qui nos hereditate suam no derelinqt. Qui uiuit et reg.

Venite exultem9 dno. Intencoe monet ad laudem et
exultacoem. Inuitat ppha ut ueniamus, et dno exul
temus. Iubilemus. cantem9. ploremus, adorem9
et ipius faciem poccupemus, et an ipm pcidam9. qa ipe
est. dns deus nr. Dicit ergo sic. Venite. p uiam fidei. quia p
fidem ambulamus. no p specie. exultemus. no mudo. nc peco
sed domino. iubilem9 corde inexplicabiliter. salutari nro. i. xpo.
poccupem9 facie ei9 in confessione. ut cum venerit, no qi igno
tos s3 bn cognitos recipiat. P reoccupemus inqu. ut eu lau
demus, et nos accusemus, et quia no sufficit laudare vbo
nisi assit opacio. Ideo subdit. et in psalmis iubilemus ei.
i. opando laudemus eum. Et racio hui9 subditr. qm deus.
que laudare debemus, est. magnus dns. quia magnitudis
eius no est finis. et est rex magnus. cui9 regnu et impiu
pmanet. sup omnes deos. siue dicantr dij sola nuncupacoe
ut ydola. siue padopcom ut sancti, siue p placoem ut pn
cipes Vn Jo. Qui de celo venit sup omes est. Deinde ondit hui9
magni regis clemenciam, cu dicit. qm no repellit dns.
nr. a sua ptate, a sua fide. a suo amore. plebem sua. qua
sup dixit hereditate. Unde Jo. Et eum qui venit ad me no
eiciam foras, quia in manu eius. i. in regimine. sunt omes
fines tre. Unde Job. non est qui de manu tua possit eruere.
et altitudines monciu. i. ordines angelorz in celo et platorm
in mundo. ipse conspicit. sicut rector opus sui. Unde Job. Qui
appendit tribus digitis orbem tre. et librauit i podere motes

nota

adhuc ad gloriam magnitudinis sue addit dicens. Ideo laudate
quoniam ipsius est. non tantum terra. sed eciam mare. ad litteram cum fluctibus
suis/ vel mare .i. amaritudines mundi. et ipse fecit illud. ad hoc
dicit. ut scias ei subesse. quidquid pateris in mundo. Ipse arcet fluctus
et sedat. prout videt expedire./ quia fidelis deus est (qui non pa
cietur vos temptari. supra id quod potestis sufferre.) et siccam .i. mentem firmam
et constantem contra temptamenta dyaboli. expse arentem. et quodammodo
inbalem. formaverunt .i. ad ymbrem gracie disposuerunt. manus
eius. Unde infra. Aperis tu manum tuam. et imples omne animal benedictione
venite. prius rudes vocavit ad exultacionem/ iam ostensa gloria
vocat ad penitenciam. et dicit venite. accedendo proximus. et adoremus dimitte
confitendo. et procidamus humiliter. ante deum. ad litteram vel .i. ad pla
cendum deo non hominibus/ ploremus coram domino. quia lacrima
extinguit flammam peccati. qui dominus fecit nos. et ideo opus sumus
non spernit exco. quia ipse est dominus protegens deus. cognoscens. in
redimens. et nos populus pascue eius. quos nutrit et pascit bonis
Unde eze. In pascuis uberrimis pascam eos. scilicet in sacramentis et
scripturis. et nos sumus oues. ducibiles. tractabiles/ manus
eius .i. regiminis eius/ pro quibus bonus animam suam posuit.
Unde vos qui estis populus eius et oues eius. si hodie .i. in tempore hoc
scilicet tempore gracie. dum tempus est miserendi. audieritis vocem eius
qui nunc loquitur per se. qui olim loquebatur per prophetas. vocem
magistri evangelii per predicatorem/ vel vocem in corde sonantem per inspiracio
nem. nolite obdurare corda vestra/ quoniam consenciatis veritati/ et tunc
apparebit qui sunt dei. Unde Jo. oues mee vocem meam audient. sicut
in irritacione. quasi dicat. nolite obdurare corda vestra/ sicut fecerunt
patres antiqui. in irritacione/ qua deum provocaverunt in murmuratione
et ydolatria. secundum illum diem temptacionis facte in deserto
ubi temptaverunt me patres vestri. quoniam dubitaverunt de potestate. et libe
ralitate mea. probaverunt et viderunt ad sensum opera mea. quia
coram patribus eorum fecit mirabilia. in terra egipti/ et in mari
rubro. et in deserto. quadraginta annis proximus fui. in mirabilibus
meis et insignis. Vel offensus .i. implacabilis/ signa offense
et ire ostendens generacioni huic. pessime. et dixi eis per prophetas.
pro correccione eorum. hij semper. sine proposito emendacionis errant

corde .i. voluntate vel seriose. ipsi vero non cognoverunt vias meas
.i. approbaverunt precepta mea. quibus propterea iuravi .i. decrevi
inviolabiliter in ira mea. hoc dicit ad dictam illius iuramenti
quod fecit dominus david placide. Iuravit dominus david. de fructu
ventris tui. si introibunt .i. non introibunt in requiem meam. ad literam
.i. in terram promissam, in qua requiescere possent. Spiritualiter vero
illi qui non audiunt vocem domini. hodie .i. tempore placido. et quadragita
annis .i. tota vita sua deum offendit. et qui noluit obedire pre-
ceptis dei. non introibunt post mortem. in requiem opulentam
in terra vivorum, ad quam nos etc.

Cantate domino canticum novum. Intencione monet ad laudem
pro edificatione. dicit ergo sic. Cantate lingua et vita. do-
mino. patri. canticum novum .i. caritatis, veterem hominem
qui non de caritate sed de cupiditate cantat. vetus canticum
exuentes. et novum hominem de caritate dei ad homines, et humiliter
hominum ad deum. cantantem induite. et illud canticum. cantate
domino. filio omnis terra .i. omnes homines. ex quibus domus dei edificatur.
cantate domino. spiritui sancto. et benedicite nomini eius .i. ipsum qui in
trinitate perfecta manens. nomen habet ex assumpta humanitate. annuncia-
te .i. predicate. de die in diem .i. semper. salutare eius .i. christum ad sa-
lutem generis humani natum et passum. annunciate predicando inter
gentes gloriam eius .i. victoriam mortis. gloriam resurrectionis, et
ascensionis. et annunciate. in omnibus populis mirabilia eius. que
ostendit in predicatione, in cecorum et surdorum curatione. etc. Annunciate
etiam. quoniam magnus dominus. potestate. qui propter nos factus est parvus. et
laudabilis bonitate. et hoc nimis. quia non potest dici quantitas
bonitatis eius et potestatis. et est etiam terribilis. in iudiciis iustis
super omnes deos .s. ydola. sive eos qui colunt illa. quoniam omnes dii
gencium. quos gentes adorant sunt demonia .i. presunt eis. vel
sunt in eis demonia responsa dantes, et illudentes stultis. dominus
autem celos fecit .i. angelos et sanctos homines, qui demonibus
imperant. post horum omnium annunciationem et laudationem, sequitur
confessio peccatorum. ex qua venit pulchritudo. Si ergo amas
pulchritudinem, confitere ut sis pulcher .i. iustus, tunc decet
stare potius in conspectu eius. tales enim omnes conspiciunt,

et ab eo conspiciunt. sanctimonia .i. sancta et honesta conuersacio.
et magnificencia .i. prelacio que magna est nimis. est in sanctifica-
cione eius .i. ex ipso sanctificante. vel ex ipsius sanctitate. quia ab
ipso originaliter procedit. quidquid boni facimus. Vel in merito acci-
pimus. Unde leuitici. Sancti estote quoniam ego sanctus sum .i. sanctitate
accipite a sancto. Illi igitur tam magno potenti et bono domino.
vos patrie gencium vniuersarum. afferte domino. quid. afferte domino.
gloriam et honorem. gloriam domino afferimus. quando ex nostra bona vita.
deus glorificatur. honor autem affertur. quando de bonis nobis collatis
gracie referuntur. vt de omnibus bonis. nomen domini glorificetur. Unde
et subdit. afferte gloriam nomini eius. et infra dicit. Non nobis domine
non nobis. sed nomini tuo da gloriam. Tollite etiam hostias viuentes
deo placentes .i. mortificacionem carnis. quod maxime fit per paciam
aduersorum. et introite per viam que xpistus est. iuste et pie viuendo
in atria eius .i. in ecclesiam militantem. de quibus atriis dicit infra
Stantes erant pedes mei in atriis domus dei mei. Ubi sancti stant. laborantes
et pugnantes. donec ingredi mereantur ad regiam aulam. de qua
nunc subdens dicit. adorate dominum. post his tribulacionibus. et victis tem-
tacionibus. in aula sancta eius .i. in celo. quo nullus appropinquat
inimicus. et inde nullus excluditur amicus. Commoueatur. habito
sermone de primo aduentu clementi. hic subdit de eius aduentu secundo.
qui durus erit propter iusticiam. dicit ergo. commoueatur .i. commouebitur ad
terrorem. a facie eius iudicantis. vniuersa terra .i. terreni homines
terram diligentes. et ne tales improuise inueniat aduentus eius.
Vos qui annunciatis predicantes salutare dei. ex dicite .i. predicate
gentibus. quia dominus ihesus. qui semper regnauit et regnat cum patre
in maiestate. regnauit .i. rex innotuit mundo. et hoc a ligno
secundum aliam literam. in quo vicit dyabolum moriendo in cruce. ac si
diceret. Si dominus mortuus est pro vobis. et vos debetis mori pro
xpisto .i. ad gloriam suam. et enim .i. quia vel propter hoc deus. qui
habet curam suorum. correxit. ab inicio et corrigit hodie. orbem terre
.i. ecclesiam fidelium. qui non commouebitur. quia fundata est super fir-
mam petram. Unde pestilencie fames. terrores tribulacionum et mor-
tes non aliud quam purgacio fidelium est. et postea veniente die iu-
dicii sui. populos vniuersos iudicabit. personalium inequitate reddens

singulis quod meretur. In illo iusto iudicio. letentur celi .i. sancti vir-
spiritum recipientes expectatum, et exultet terra .i. plebes humilis predi-
cationibus compluta, et fecundata ad opera pietatis. commoveatur
mare .i. amari in peccatis. vel amaritates scelos. s. tirranni vel he-
tia et plenitudo eius .i. a maximo usque ad minimum. Vel potest
sumi in bono. mare .i. tribulati. commoveatur in melius. et plenitudo
eius .i. qui sunt supra vires temptati. Vel afflicti .s. martires. quia
tunc .s. in fine. recipiunt adeo splendorem sempiternum. Gaudebunt
campi .i. mites et humiles corde. in quibus floret christus. de quibus
in canticis. Ego flos campi. et omnia que in eis sunt .i. corpore et
anima gaudebunt. Tunc quando videbitur filius hominis in maiestate
sua. ligna silvarum .i. gentes tonse. que ante tonsione grosse ru-
des et distorte. nulli usui erant. nisi pro igne apte. Exultabunt
gratias agentes pro sua vocatione. quia precisi sunt ab oleastro. et
inserti in bona oliva. Exultabunt inquam ante faciem domini. glorifi-
cantes deum de duplici adventu. De primo
quia venit mansuetus ad docendum et redimendum. De secundo
quoniam venit iudicare terram .i. ad iudicandum et salvandum. Illi ergo
gaudent de secundo. qui in primo redemptos se esse cognoscunt. Iudica-
bit ergo dominus totum orbem terre. non partem. quia pro toto precium
sanguinis dedit. in equitate. unicuique reddens secundum proprium la-
borem. et iudicabit populos in veritate sua. quia deus bonorum
et malorum. ipse est. et iudex et testis. In illo iudicio tamen equitas
et veritas erunt. quia alii ad penas. alii ad gaudium ibunt. ad
quod nos perducat deus.

Dominus regnavit exultet terra. Intencione monet ad ex-
ultacionem iustos. Dicit ergo. dominus ille qui fuit spre-
tus et occisus. regnavit .i. rex innotuit. et regnum
suum accepit. Et ideo exultet terra .i. fideles firmiter stantes.
et fructum ferentes. et idem videtur repetere dicendo. letentur insule multe
.i. ecclesia universalis. que undique fluctibus et temptacionibus tunditur
sed non frangitur. et dicit multe. et non omnes. ut excludat hereticorum
conventicula. qui eciam patientes sufferunt multa sine fructu. Ex-
ultet ecclesia ex hoc. quia bonum regem et talem habet. que
tanto tempore sub gravissima servitute dyaboli gemebat. Cui rex

ideo in suo primo adventu ab omnibus cognitus non est, quia in
forma servi apparuit et maiestatem occultavit. Unde et dicit
nubes et caligo carnis in circuitu eius, quia tecta ad nos
deitas venit. Unde apostolus: Si enim cognovissent, numquam dominum glorie
crucifixissent. De hac nube pluit deus rorem salvificum, quo
tota ecclesia irroratur. Cum autem veniet dominus in secundo adventu, tunc hec
nubes non erit caliginosa, ymo sol non lucebit pre illo, et tunc timor
erit tantus, quod etiam columpne celi contremiscent. De quo subditur: Ius-
titia et iudicium correctio sedis eius, id est anima humana, que est
sedes requiei eius examinabitur per iustitiam et iudicium iustum.
Unde Ieremias propheta: castigabo te in iustitia et iudicio. Et ideo scrutabor
Ierusalem in lucerna, quia ubi iudicium et iustitia, ibi perfectio. Qui ergo
vult parare deo sedem in anima, hiis adornetur, quia diligit deus
illum qui sine dissimulatione iudicat se et per iustitiam castigat. Unde
Indicabo tibi homo quid deus requirat a te: facere iudicium et
iustitiam et sollicite ambulare cum deo tuo. Ut videlicet instituerem
iudicium et iudicata per iustitiam exequamur, et deinceps caute bi-
namus iuxta illud Canticorum: Lavi pedes meos, et exui me tunica
quomodo etc. Ante eum, id est iudicem iustum, ignis precedet terribiliter
et inflammabit in circuitu inimicos eius, ut mali tunc quodammodo
incipiant concremari. Vel per ignem intelligitur caritas, de quo
igne dicit: Ignem veni mittere et quid volo nisi ut ardeat. Vel ignis
spiritus sancti, qui utrumque bonus est, sicut gladius bonus est, de
quo dominus: Non veni pacem mittere sed gladium. Et utrumque ignis
inflammat inimicos in circuitu, id est consumit rubiginem concupiscen-
tie, avaritie et totius mali, et facit amicos dei. Vel agit de igne
caritatis, qui precedet adventum eius, quia ardebit in bonis,
et ignis invidie et ire ardebit in malis. Ultimus autem ignis
in quem mittendi sunt mali non precedet sed subsequetur. Et
inflammabit in circuitu inimicos eius, id est involvet eos sicut vesti-
mentum. Alluxerunt fulgura, quasi dicat: Ignis amoris precessit quo
ad bonos, post hoc alluxerunt preteritum ponitur pro futuro, propter
certitudinem, fulgura eius timore iudicii, orbi terre, id est toti mun-
do. Vidit, ac si videtur, commota est terra, quia erit terremotus ploratus

al. illuxerunt.

Vel terra i. terreni per ydolatriam vel cupiditatem etc. Montes i. superbi
fluxerunt i. fluent sicut cera que non stat ante ignem a facie domini
venientis ad iudicium, et etiam cum montibus fluet omnis terra a fa-
cie domini quando dicet eis Ite maledicti. Sed quare hoc eveniet eis
Annunciaverunt celi i. celestes homines s. apostoli et eorum successores
predicaverunt iusticiam eius i. rigorem futurum in iudicio et vide-
runt omnes populi gloriam i. miracula eius ad confirmationem veritatis
eis datam et non timuerunt. Igitur nunc quamdiu tempus est penitencie
confundantur modo rubore pro peccatis omnes illi qui adorant sculp-
tilia i. qui rem temporalem preferunt deo, quodcumque amas plus quam deum
hoc est sculptile tuum. Et illi etiam confundantur qui gloriantur
in simulachris suis, quod peius est, qui exultant in rebus pes-
simis, et gloriantur cum malefecerint. Adorate eum quem adorant
omnes angeli eius. Hoc audivit Syon i. fideles ex iudeis et le-
tata est quod videlicet gentiles debent cum eis adorare unum et verum
deum. Et filie iude i. humiles obedientes ad modum filiarum exulta-
verunt prius in ecclesia primitiva et exultabunt in futura vita. Propter
iudicia tua domine que sunt occulta velud abissus multa. Et quia
non est acceptor personarum deus sed ex omnibus gentibus congregat
et sibi associat. Et merito debet solus deus adorari. Quoniam tu
es dominus altissimus in potencia et in sciencia super omnem terram
i. super celum, super infernum et super mundum. Prima est terra viventium
secunda tenebrarum, tertia mortalium. Nimis exaltatus es quantum ad capa-
citatem nostram, quantum ad excellenciam nature proprie super omnes deos sive
sint mali s. demones, sive boni sicut sunt homines boni et an-
geli, quia omnis creatura subiecta est creatori. Qui igitur diligi-
tis dominum per fidem eum adorando, odite malum i. dyabolum qui
est auctor mali et pater mendacii, vel malum i. peccatum quod
etiam deus odit, et maxime malum ydolatrie vel obstinationis.
Et cum ceperis odire malum et facere bonum statim subsequuntur
persecutores, ne timeas, quia dominus custodit animas sanctorum suorum et
gravissimum est genus persecutionis ubi animas tollere conantur, sed
eas dominus custodit, licet corpora occidi permiserit, animas autem tol-
lere non possunt. Unde sequitur: De manu peccatoris i. dyaboli, et si

al'
sctitatis

forte times pdere luce istam, no cura. quia lux vera e xps
de qua luce subdit. lux em fidei de xpo ptegente. orta est
iusto. deum diligenti. et iusticia exequenti. et rectis corde. i.
populus xpianis. orta est letitia. modo in spe postea in re.
Unde vos iusti. et recti corde. letamini in dno. no in mundo. Un
Jo. In mundo pssuram habebit. in me aut pacem. et cofitemi
i. laudate memorie sctificacois eius i. quia memor fuit vri
ut sctificaret vos, nisi em vellet, no gauderetis in eo. Qui nos
adse. p se pducere dignet. Qui vivit deus in secula.

Cantate dno canticu novu. quia. Inten
tione monet ad laude et exultacone
et d. Cantate dno. ligua et vita. can
tici novi. de nova vita. cosiderantes
quia mirabilia fecit, p nobis nascedo
moriendo, et resurgendo, et ascendendo.
saluavit deus pater. dextera eius. i. p
filiu unigenitum. p que mundu fecit. dyabolum vicit. sibi
i. ad gliam nois sui. Sed quid saluavit. hominem vl orbe
tre. et nonne dicat. sibi. pter multos, qui de egritudine in
qua du iacent. casti erat. neminem ledebant, sanati adul
terant. inebriant. et opprimunt innocetes, tales no deo. s
sibi saluant. et brachiu scm eius. ubi signat fortitudo
xpi. qua pcussit inimicu. notu fecit dns salutare suu
i. xpm, qui ab eterno latuit. in sinu pris. ille de volunte
pris patuit tpalit. in sinu vginis matris, et hoc clari
dicit. in cospectu gentu revelavit iusticia sua. quia xps
est salutare quia saluat. Justicia quia iustificat. recorda
tus est. q. d. deus pater. videbat oblitus miae. quia differe
bat xpi missione. Nunc aut recordatus est mie sue. q
pmittebat et iurabat. ut deus fieret homo. et veritati
sue. qua pmissa exhibebat. domui isrl. qui modo p fide
deum. et postea p spem. Vel quia iudeis primu missus e. Juxta
illud. Non sum missus nisi ad oves. q perierut domus isrl. Et
ne putes alias nationes exclusas, subdendo dicit. viderit
eum. saltem p fidem. omnes fines tre. ad quos pdicacio eius

pervenit. salutare dei nostri .i. Christum. Ideo omnes concorditer. Jubilate
deo .i. laudate inenarrabiliter. omnis terra. quia nullus expers
est beneficiorum divinorum, qui solem suum facit oriri etc. Vel omnis terra.
ad quos sonus predicatoris eius pervenit. cantate ore. exultate
corde. et psallite opere. Deinde specificando dicit. psallite domino in
cythara .i. in carnis mortificatione, quo ad se. in cythara. in cor-
dis compassione. quo ad proximum. Vel repetit ad hoc ut sit discre-
ta mortificatio. ne sicut lameth volentes occidere feram occi-
damus hominem. et voce psalmi. ut alios edificemus verbo et ex-
emplo. Jubilate etiam deo. in tubis ductilibus .i. ad imitationem
sanctorum predicatorum, qui sunt quasi tube graciles per simplicitatem
cordis per terrenorum abiectionem. sonore per predicationem. ductiles per
obedientiam, malleate per tribulationum tollerantiam, et voce tu-
be cornee .i. ad exemplum sanctorum confessorum, qui fuerunt et sunt
sonori per predicationem, et cornei per fortitudinem, quia cornu est
durius carne. et mollius osse. Sic sancti nec sunt molles
per remissionem, nec duri per crudelitatem, sed in medio per virtutum
equitatem. Sic ergo formati et edificati. iubilate laudando
in conspectu regis domini. regnantis per potentiam et sapientiam. moveatur
mare .i. amari pro peccatis suis. moveatur ad penitentiam. et plenitudo
eius .i. de amaritudine penitentie letantes. orbis terrarum .i. gen-
tilitas moveatur ad confessionem. et qui habitant in eo. presentes et futuri.
flumina .i. magistri et doctores sancti. aquis spiritus sancti pleni, ver-
bo salutis alios refrigerantes. plaudent manu .i. virtuosa ope-
ratione. simul montes. cum fluminibus .i. viri perfecti alti in vita. et fir-
mi in stabilitate. exultabunt a conspectu domini .i. laudabunt simul
quia oculo ad oculum videbunt. quoniam venit iudicare terram .i. inde
specialiter gaudebunt sancti, quia iuste iudicabit dominus. Unde
supra. letabitur iustus cum viderit vindictam. iudicabit enim
orbem terre .i. habitatores terrenos, in iusticia. quia non metue-
runt iram, et per orbem significantur malos excepto, quia in circuitu
impii ambulant. et populos .i. congregationem fidelium. Judicabit
in equitate .i. dabit premia equa meritis per veritate et caritate.

Dominus regnavit irascantur populi. Intencio monet. ut
Christum tamquam deum adoremus, et velud regem exaltemus

Tubarum erat usus de mandato domini. ut habetur numeri.
alia erat tuba ductilis argentea vel erea
per illam significantur homines tribulati. sicut malco
vinu secte .i. dya. et mistri ei. qui per-
fecit dulce sonum. et talis erat Job. qui
percussus dampnis et orbitate. dicebat
dominus dedit dominus abstulit etc. Alia tuba
cornea. que de carne nascitur et carnem
excedit. et sic est firma ut faciat so-
num. et significat illos qui in carne viven-
tes. carnis desideria non sequuntur. In
carne vivunt. et non secundum carnem militant

Dicat ergo sic. dominus xpistus regnauit. manifeste sicut dixi semel
et secundo. dico nunc tercio. irascantur et commoueantur populi quantum
voluerint quia velint nolint dominus regnauit. Vel dicatur hoc predi
cendo non imprecando. id est irascentur. quia multi sunt qui contra
dicunt eum esse perfectorem. Juxta illud. peccator videbit et irascetur denti
bus suis fremet. Dominus inquam regnauit ille. qui sedet super cherubyn
id est super angelicas potestates. Vel super cherubyn id est super caritatem requi
escit. quia caritas est plenitudo sciencie. id est perfectio legis. plenitudo
ergo legis. que est sedes dei. erit in te si caritatem habueris. contra
quam nichil possunt irati. quid enim terra potest contra celum. moueatur
terra id est terreni quod idem est quod supra irascantur populi. et licet terreni
populi moueantur. tu domine ihesu xpiste magnus inmotus. in syon id est
in ecclesia fidelium. et excelsus super omnes populos. quia qui de celo ve
nit super omnes est. propterea populi irati et blasphemi prius confiteantur
nomini tuo magno. id est ad honorem tuum. quoniam terribile est. potencia
qua punit non conuersos. et sanctum bonitate qua parcit correctis
et honor regis scilicet xpisti iudicium diligit. id est querit xpistus vt sibi cum
discrecione seruiatur. Honorem regis specialiter intelligit predica
cionem. que non debet esse per adulacionem. sed secundum veritatem. et hoc
donum dei est. Vnde subdit. tu parasti ab eterno predestinando
directiones. quibus electi diriguntur ad te. Homines enim ex sua
culpa distorti et inhabiles facti sunt. sed deus per graciam suam
direxit. vt rectificarentur ad gloriam. quia predestinacio est prepara
cio gracie in presenti. et glorie in futuro. iudicium quo discerno
inter bonum et malum et iusticiam qua vito malum et facio bonum
tu fecisti in iacob. id est in populo xpistiano. cum vicijs luctante. Exal
tate dominum. quasi dicat. et quia hec omnia bona facit in nobis. propterea
exaltate id est altum predicate. ea vel altum laudate. dominum deum
nostrum id est xpistum. qui specialiter dicitur noster. quia nobis natus
et nobis datus. et adorate scabellum pedum eius id est humanitatem
xpisti. que est vnita inseparabiliter diuinitati. alios terram adorare
impium esset. adorate inquam. quoniam sanctum est scabellum videlicet. Vnde
lucas. Quod enim ex te nascetur sanctum vocabitur filius dei. Et ut adho
rtetis eum. habetis exemplum. Moyses et aaron. qui inuocantur

Et retundit superbia mea
quam dixi. tu fecisti. Quid
ergo habes quod
non accepi
sti.

Hic iste titulus psalmi exprimit vita sacerdotis quod sit moyses pro virtute et potencia assumptus ex aquis. pro iudicia aaron facundus in predicatione. moyses fortitudinis in contemplatione. Samuel postulatus a deo et datus pro tanti ingressu quamvis aliter sollicitudinem et presidenciam discretam.

in sacerdotibus eius. illi adorauerunt eum. hos inuitarum aaron qui sacerdos fuit patet. moyses autem non fuit sacerdos consecratione et institutione sed dignissimo quodam officio. quia orauit pro populo et placauit iram dei. et samuel propheta non numeratur inter sacerdotes quia fuit de tribu effraym. qui ad tempus pro populo Hely sacerdos fuit. ponitur inter eos qui inuocant nomen eius. qui fideliter rogauit. etiam pro hys. qui se dereliquerant. de dignitate iudiciaria. inuocabant isti antiqui dominum christum postulantes aduentum eius. et ipse qui presto est inuocantibus se. exaudiebat eos. in quo apparet quantum valet oratio iusti assidua. et in columpna nubis. i. in figura obscuritatis loquebatur ad eos. i. innotescebat eis venturus. Vel in columpna nubis loquebatur ad eos. i. in fide que erat de incarnatione eius. quia caro assumpta erat. quasi nubes tegens diuinitatem. Unde dicitur. Nubes et caligo in circuitu eius. custodiebant antiqui sancti testimonia eius. i. precepta. que dabantur eis per signa aliqua. Ut patet in cerimonialibus. et custodiebant precepta. i. mandata simplicia verbo expressa. Sicut. non occides etc. Et quia fecerunt quod iussisti. Ideo. tu domine deus noster. exaudiebas eos in omnibus iustis petitionibus eorum. deus tu propicius fuisti eis remittendo peccata. et vlciscens per vindictam. in omnes adinuentiones eorum. quod etiam est propiciatio. Permittit enim deus peccata ne se peccator delectet. et ne elatio humana subrepat. Unde apostolus. Datus est michi stimulus carnis etc. Magna enim ira dei est impunita dimittere peccata non consequi misericordiam. De malis autem dicit. Misereamur impio. et non discet facere iusticiam. Et quia propicius est. propterea. exaltate dominum deum nostrum. i. christum in trinitate regnantem. et adorate fideliter. in monte sancto eius. i. in ecclesia. que est. mons coagulatus. mons pinguis. Vel in monte sancto eius. i. in humanitate christi. de quo daniel. lapis paruus creuit in montem magnum. et impleuit terram. et ideo adorate quia nullus alius dominus deus noster. qui sanctificat omnes sanctos suos. cui etiam michi misereatur. Amen. Sequitur Jubilate

Statim vlcione adhibere peccato. magni beneficii est indicium.

Jubilate deo omnis terra seruite domino in leticia. In hoc monet ad confessionem. et dicit Jubilate deo. non alii. Jubilus autem fit voce et corde. sine verbis. Unde mali letantur. quando prosperantur.

Suavis est dominus gustui. quia est panis angelorum. auditui quia est verbum vite. visui quia est candor lucis eterne. olfactui quia est odor glorie. tactui quia est decor electorum.

in messe vel vindemia. Boni autem videntes mirabilia dei in pon-
dere et mensura et numero recte disponi gaudent. Servite domino
in operibus iusticie in leticia. non sicut servi sed sicut liberi. Introite
in conspectu eius. i. tales fieri studeatis ut ab eo cognosci sicut fa-
miliares valeatis. et hoc non ex tristicia sed in exultatione. quibus de-
cem dicetur est. nescio vos. et hii non intrant in conspectu eius. De
iudeis dicit. de crucifixo domino. d. et Scitote. intelligentes. non vide-
at vobis quem mortificastis. quoniam dominus. christus ipse est deus. et non
est alius extra illum. ipse fecit nos et non ipsi nos. i. omne bonum
nostrum ex ipso est. ex nobis est unde dampnamur. ex ipso unde salva-
mur. Et quia ipse fecit vos qui estis populus eius. quem creavit
et in brachio suo redemit. et oves pascue eius. que vocem eius audiunt
quas ipse cognoscit et vocat nominatim. Introite portas eius
in confessione. misericordie vestre. quia mea accusatio. ad laudem pertinet
ignoscentis. et tandem intrate in atria eius. i. in latitudine pa-
cis celestis. et ibi confitemini domino. non iam peccata. sed in ympnis. i. lau-
dabitis eum cantico. ubi laus non deficiet ex ore vestro. unde et sub-
laudate. ibi constituti. nomen eius. quoniam suavis est dominus. quia
dulcescit dum laudatur. in eternum misericordia eius. quia hic a temptatione
liberat. et in futuro coronat. in generatione presentem et generacionem
futuram. veritas eius promissa complens. et super condignum remu-
nerans electos. Ad quod et nos etc.

Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. In tercio ne monet
mala removere et bona appetere ut sic placeat deo. dicit
Domine cantabo tibi. i. ad honorem tuum. misericordiam in presenti et
iudicium in futuro. quod quidam non faciunt. quia alii cantant misericordiam
et non iudicium ut presumentes. quidam iudicium et non misericordiam ut despe-
rantes. quidam neutrum ut obliviosi et ingrati. contra quos dicitur
Michee vi. Indicabo tibi homo quid sit bonum. et quid dominus requi-
rat a te. utique facere iudicium. et misericordiam diligere. quia in hiis omnia opera
includuntur. psallam. q. d. non tantum cantabo ore. sed etiam psallam
i. bonum operabor hilariter. in via immaculata. quia observabo
me ab iniquitate mea. et ex hoc intelligam. i. cognoscam
quando venies ad me iudicandum. vel per mortem tollendum. Un-

dns dicit. Vigilate quia nescitis qua hora dns vester ven-
turus est. Vigilat qui bene operatur, et qui aduentum iudicis
sui expectat securus. Et ex hac causa. perambulabam. i. perse-
uerabam. in innocentia cordis mei. q. d. hec via immaculata
ab innocentia incipit et terminatur. et propterea innocens esto. et perse-
cuti iusticiam. quia innocens nulli nocet. et talis perambulat
in medio domus. i. latitudine consciencie. quia omnis malicia
angustias patitur. sola innocentia lata est. et secure in corde
suo deambulat. alii autem foras pelluntur. qui a fumo stillante
domo, nequam muliere. De hac consciencia dicitur Sap. viii. Intrans
in domum meam. conquiescam cum illa. non enim habet amaritudinem
conuictus illius. non proponebam. hic per partes innocentiam exponit
et dicitur hoc in persona xpi. et totius corporis. s. ecclesie. non propo-
nebam per electionem, ante oculos meos interiores rem iniu-
stam. ut eam diligerem, et facientes preuaricationes odiui. i. non
placuit michi in iusticia aliorum. Unde supra. odiui ecclesiam malig-
nancium. non adhesit michi per sociale conuictum. cor prauum. i. homo
praue voluntatis. Doceat enim illud quod dicitur eccli. Qui tetige-
rit picem inquinabitur ab ea, et qui communicat superbo. induet super-
biam. declinantem a me. i. a mea fide. malignum. i. hereticum. non
cognoscebam. i. non approbabam. sed sicut ignotum a me repellebam.
detrahentem secreto proximo suo. qui in aperto non audet. hunc persequebar
sicut serpentem. Unde. eccli. x. Sicut si mordeat serpens in silencio
nichil eo minus habet. qui occulte detrahit. superbo oculo. i. cum superbo ho-
mine. et insaciabili corde. i. cum auaro uel luxurioso. cum hoc non
edebam. quia ad litteram. talium consorcium vitabat. Sed contra. dns
edebat cum peccatoribus. Unde eo. intencione reuocandi eos a peccato. licet
comederet cum eis. sed quidem per hoc inueniuntur in peccato, quia non vitantur.
Non licet. oculi mei. hic exequitur alteram partem innocentie. s. quod
cum iustis habet partem. q. d. cum illis non edebam. sed oculi mei
exteriores et interiores erant. ad fideles. i. fideles placuerunt
michi. terre. i. in terra degentes, et qui granum sub palea geminantes
ut sedeant mecum. in unitate fidei. et participent in regno eterno.
Ambulans in via immaculata. abstinentie et continentie. hic mi-

nuistrabat. quia tales requirit ecclia, maxime in ministerio sacerdo
tali. de quibus dicitur. non habitabit in medio domus mee qui facit
superbiam. i. in ecclia ubi debent esse mites et humiles. qui loquitur
iniqua. i. detractor vel maledicus non direxit. i. non placuit, nec
dum corrupit. in conspectu oculorum meorum. et hoc est contra principes mo
derni temporis. qui etc. In matutino. Hic ponit tertiam partem innocentie
q. d. non tantum malos homines vitavi, sed etiam temptamenta demonum
declinavi. Dicit ergo. In matutino. i. in principio suggestionis
quando incipiebat apparere. interficiebam. occidebam. omnes peccatores terre. i.
demones, qui omnem carnem superaret nisi oratio adesset. Unde
Jugis oratio debilitas hostis. ita interficiebam. Ut etiam
disperderem. i. fugarem. omnes operantes iniquitatem. i. immissio
nes dyabolicas de civitate domini. i. de anima iusti, in qua sunt ob
potentie concordes. Vel de Christo sic. In matutino. q. d. non adhe
serunt michi nisi boni. Quare ergo domine in tua civitate. i. in
mundo malos tolleras. Respondet dominus, quia modo tempus noctis
est. Nox est. non dum apparent omnia. In ista nocte habundant
temptationes. In ipsa perambulant omnes bestie silve, et catuli
leonum. i. demones querunt escam sibi. In hac ergo nocte pati
or et tollero, sed in matutino. i. cum venerit dies iudicii, que
est principium illius diei eterne, tunc erunt omnia aperta, que modo
sunt occulta, et nescitur qualis erit ibi, qui modo est vel bonus
vel malus. interficiebam omnes peccatores terre. i. mittentur in
ignem eternum, quia non receperunt disciplinam tempore misericordie. quare hoc
ut disperderem de civitate domini. i. de ecclia fidelium. omnes qui
operantur iniquitatem. etc. Sequitur.

Domine exaudi orationem meam. i. clamor. Intencione
clamoris et petit veniam. et dicit o domine exaudi orationem
meam. ecce oratio. deinde repetit. et clamor meus.
ecce oratio transit in clamorem, ad te veniat. i. non obstet nu
bes peccatorum. que iniquis obstat. Unde. Ieremias. Opposuisti nu
bem ne transeat oratio. Ideo autem geminat. quia affectus peni
tentis exprimitur. non avertas. tamquam offensus, faciem tuam a me, sed
benigno vultu respice. in quacumque die tribulor. quia habundant
tribulationes iustorum. inclina ad me pauperem aurem tuam. In quacumque

tales.
tempestates.

vocis. in quacumque die invocavero te. in angustia constitutus velociter
exaudi me. quia non iam terram sed celum peto. Et psalmista tres versus
repetit eadem sententia. Clamo nec mirum. quia defecerunt dies mei
i. vita mea deficit. sicut fumus. i. ad modum fumi, qui quanto altior
tanto minor. Sic vita nostra quanto longior, tanto morti propinqui-
or. et ossa mea sicut cremium aruerunt. i. fortitudo anime contrac-
ta est. percussus sum. infirmitate multiplici et mortaliter ut fenum. quod
facile sentit lesionem. et aruit cor meum. i. deficit vita mea. a
sterilitate peccati. sed unde hoc contingit. quia oblitus sum comedere
panem meum. i. audire preceptum dei, quo servato vixissem in eternum
A voce gemitus mei. i. a suggestione dyaboli ex qua est gemitus
meus. adhesit os meum carni mee. i. racio consentit sensualitati
Similis factus sum. quod potest intelligi primo de capite. qui portavit
penas pro iniquitate nostra. qui pellicano solitudinis. i. solitario.
similis factus est. quia solus de virgine natus est. Et sicut pellicanus
rostro pullos suos occidit. et per triduum eos plangit, et tercio die
perforat rostro cor suum, et sanguine proprio vivificat illos. Sic
Christus occidit suos persecutores ut paulum cum aliis. et fecit predica-
tores. Iuxta illud. Ego occidam. et ego vivere faciam. Post nativi-
tatem venit ad passionem. ubi occiditur a iudeis. qui ceciderunt
excecati. sed et illos amavit. quia dixit. pater ignosce illis
et tunc factus fuit. nicticorax in domicilio. quia domicilium est
locus ubi domus est ruinosa, cuius muri stant sine tecto. Sed
qui in passione dormieram. vigilavi in resurrectione. et vola-
do in celum, factus sum sicut passer solitarius in tecto. i. in celo. ubi pro
nobis factus est advocatus. Vel per has aves diversa genera pe-
nitencium notat. Pellicanus solitarius, qui est nimis macilentus
significat vitam solitariorum. in desertis heremi locis. Per nicticoracem
in nocte vigilantem. et victum aliis dormientibus querentem. significantur
boni devoti religiosi, qui aliis quiescentibus, meritum suarum refec-
cionem querunt. Passer qui in tectis habitat. significat altos in virtutibus
qui tuti sunt a laqueis. et dicitur esse solitarius. propter caritatis unitatem
et in tecto propter fidem altam, qua munitus non descendit aliquid
tollere de domo. quia audivit vocem. male suadentis carnis in
penam sensualitatis et mortis. et ut deus tollat per graciam

factus sum similis pellicano solitudinis. et nicticorax et pas
seri. p pellicanu intelligit heremitica vita. p nicticoracem
cenobitica. p passere. eporum, qui in tecto caritatis habitare de
bent solitarii, ut no magna caudam heant familie sup
biet. In seqntib addit plures tribulacoes. d. tota die. i. freqn
vel publice. exprobrabat michi. s. capiti et mebris inimici
mei. iudei. s. quo ad caput, tirani vo et heretici et demoes
quo ad mebra. et qui laudabat me. ore ficto. adulatores me
iurabat. i. cospirabat. Ecce duplex malu patit corpus xpi
adulacone videlz et detraccone. et hoc dyabol facit quada
arte. cum eni alit penitete capere no pt, pcurat qd ab aliis
irrideat vel exprobret. Sed iustus firmus in proposito hoc contepnis
dicat. Nō adulto. quia cinere. i. penitenciam p panis. tamq pa
ne manducaba. i. hilarit et suavit suffrebam. et potu meu
i. tpalem iocunditate. cu fletu miscebam. in contricoe cordis. vl
potu sanguinis xpi. cu fletu miscebam. i. devote sumebam.
vel. potu sacrarum scripturarum cu fletu miscebam. dum attendebam
bona que amisi. et mala que reperi. a facie ire. q. d. affligo
in penitencia et fletu, et hc a facie ire indignacois tue. i. ab
instantia vindicte. procedentis ex indignacoe tua. Iram habui
ex adam. de massa ppagacois. de qua apls. fuimus et nos
nata filii ire. et dns dr. Ira dei manet super eum. qui no credit
Et dicit. manet. quia ab infideli no tollitur. originalis ira.
Indignacoem metri pactualia quia elevans me. p creacoem
et p placoem omnis creature. allisisti me. deiciendo. preter mode
dicenda meam mentem. qd omnia quodam modo michi insidiantur. et
insup pena ichenne. solus int omnia creata formido. et
ab illo tpe quo allisisti me. dies mei sicut umbra declinaverunt
i. vita mea. que debuit. et potuit ee ppetua, inanis et
brevis facta est. et ego sicut fenu arui. a virtute fortitudinis
vel gra. Et quia a principio ps actu est. de defectu humane
mortalitatis. hic agit de eternitate creatoris et dicit. Tu autem. q. d.
miser sum. mortalis sum. tu aut dne permanes in eternum. qr
tpalem servet eternus. Et no quia ego cecidi, tu senuisti
et defecisti. sz viges ad me liberandum. qui viguisti ad me

Panis multiplex. primus est materialis. qui enim
oblivisceretur panem suum comedere, sz per
alienum, alienus est a gratia. Ex panis adam
qui vetitum supsit miseria icurrit. Secundus
panis gre. quem comedimus qn nos in
virtutib exercemus. de quo ps. pauperes
eius saturabo panibus. Tertius panis doc
trine sane. quem qn comedimus. cu audi
ta mente comendamus. Quartus panis est
eukaristie. quem comedimus. qn cu fide
fortia comunicamus. Quintus panis est pe
nitencie. quem manducamus qn peccata i no
bis punimus. Unde cibabis nos pa
ne lacrimarum. Vi^{us} panis benediccois
eterne, illum gustamus qn contempla
coi vacamus. de quo Luce. Beatus homo
qui manducat panem i regno dei.

humiliandum. et memoriale tuum .i. misericordia tua. qua nos descripsis-
ti in manibus tuis permanet in generacione et generacionem. quia nul-
la delebitur oblivione. unde ysaie xlix. numquid mulier potest oblivisci
infantem suum etc. Tu. qui diu latuisti. exurges. ad regnandum mi-
sereberis prius sion .i. iudee. ex qua apostoli. quia tempus venit miserendi
ei. ut venias in carne. et sic omnis israel salvus fiet. Vel misereberis
syon .i. ecclesie. quia tempus miserendi eius. et exfervorem devocionis.
vel necessitatis repetit. quia venit tempus. unde. ecce nunc tempus acceptabile.
q. d. Satis diu fuit homo in carcere limbi et ignorancie. Unde eccl.
xxxv. Speciosa misericordia in die tribulacionis. sicut nubes pluvie in
tempore siccitatis. Quoniam placuerunt. q. d. Tu misereberis syon .i. ecclesie. ex eo
quoniam servis tuis .i. angelis. qui sunt ei die ac nocte. placuerunt
lapides eius .i. apostoli et prophete. super quos ecclesia est edificata. et terre
eius .i. terrenis in ecclesia. miserebuntur. reducendo eos. ab ignorancia. a
culpa. a gehenna. et ex hoc gentes timebunt .i. amabunt nomen
tuum domine. Unde ysa. et fluent ad eum omnes gentes. et omnes re-
ges terre. conversi ad fidem. timebunt gloriam tuam. quia vultu in terram
demisso adorabunt. Et hoc ideo. Quia edificavit dominus. ex gentibus
syon .i. ecclesiam. que modo tribulatur. et videbitur in gloria sua. unde
ysa. et regem in decore suo videbunt. Sic enim edificavit syon. quia
respexit in oracionem humilium. quorum deprecacio ei placuit semper. et non
sprevit precem eorum. quod idem est. hoc est respiciendo dei. quod non
sperneret. Scribantur hec. prescripta et subscripta. in generacione
altera .i. in populo novo. qui generatur est in spiritu. et populus qui creabi-
tur sive in esse naturali sive in gracia. laudabit dominum. nunc et in futuro.
quia vetera transierunt. et ecce nova sunt omnia. Quia prospexit.
Ecce quid dixit scribendum. quia dominus prospexit .i. misertus est
generacionum. de excelso sancto suo .i. de summo patris. ut ad humiles veniret
humilis. et sic edificavit sion. Deinde evidencius hoc idem aperit
d. dominus de celo in terram aspexit. Sed ad quid aspexit. ut audiret
gemitus compeditorum .i. sanctorum. qui sunt compediti timore dei. nisi
enim compediti fuissent sancti martires tam dura a suis persecutoribus
non sustinuissent. et ut solveret a vinculis peccatorum et cupiditatum
filios interemptorum .i. nos qui filii sumus illorum. ut filii annunciet
predicando in syon .i. in ecclesia. nomen domini. quod non licuit matribus

et laudē eius. i. bnficia eius. annūciet cū gratiaꝝ actōe. in itin
celesti. in qua est pax et glīa sempitna. In conueniendo ꝑlos
in vnū et reges etc. i. ad hoc annūciet. vt faciēt in tra vnitatē
fidei et moꝝ. et vt sic omēs seruiāt dn̄o. et sit omnib; cor vnū
et volūtas vna. Respondit ei. hoc refert ad antecedencia sic.
Dn̄s ꝓspexit de celo. ad hoc ut solueret compeditos. vt annūciet
in sion. et in ierlm. laudem dn̄i. et syon vł ierlm. i. eccl̄ia militās
respondit ei. s. deo. i. fructum fecit. sicut dr̄. terra rn̄det cultori. qn̄
facit fructū. eccl̄ia dico. existens in via v̄tutis sue. i. in xpo qui ē
via. vel in via. i. in fide xpi. que ē via virtutꝯ. nō infirmitatis.
quia sancti ꝑ fidem vicerūt etiā reg̃ etc. Vel. in via v̄tutis sue. i.
in robore bone opacōis. et dicat hic breuit. vita xpiana. cui dr̄
via v̄tutis. et quia diu pegrinari a pt̄ria molestū est. petendo
subiungit. paucitatē dieꝝ meoꝝ nūcia michi. i. fac me intelli-
gere corde. q̄ nō sūt condigne passiones hui9 tp̄is ad futurā glīam
q̄ reuelabit in nob. vel pt̄ dici. vox eccl̄ie gn̄alis loqt̄ xpo. fi-
deles heretici pagani dicūt me cito finituram. et nō ꝑmanē diu.
paucitatē dieꝝ meoꝝ nūcia michi. i. nūcia sup hoc veritatem
q̄d ꝑ fecit xpc. ad vl̄tio. Ecce ego vobiscū sum vsq; ad con-
sumacōm seculi. Totum ergo tempus eccl̄ie est paucitas. quia
breue est omē quod finit. Ne reuoces me. dies dicit. quos
sanctus vir in p̄nti agit. ad meritū vite eterne. dies sunt in q̄b;
bn̄ viuit. sed nō sūt nisi dimidii. si nō adducūt etnī. Et quia
tendo ad etnā. oro. ne reuoces me ī dimidio dieꝝ meoꝝ. i.
totam vitam meā ꝑmitte me tiere. in bonoꝝ opeꝝ ꝑfectōe
et o deus āni tui ī generacōe et gn̄acionē. i. eterni. In h. aut
q̄ anos dei laudat tales suos fieri optat. et nō q̄ generacō
generacōmi. que nō trāsit est in celo. que de om̄i nacōe ē collecta.
et sūt omēs sc̄i. In illa gn̄acione sūt āni dei. qui nō trāseunt
. i. etnitas dei. Nō enim aliud sūt āni dei. et aliud ipse. anni dei
etnitas dei. substācia dei. nichil hn̄s mutabile. nichil p̄titi
nichil future. Et est sensus. anni mei exigui sūt. ß tui etnī
sunt. ymo etnitas. in generacōe et generacōm. i. inter sc̄os
Initio. i. in etnitate tua. qua p̄cedis omīa. Vel initio. i. in filio
tu dn̄e terrā fundasti. et opa manuū tuaꝝ sūt celi. q̄d sup dixit

Vel. paucitatē etc. i. fac me atten-
dē q̄ cito erit finis dieꝝ
quibus laboro.

Verbo dni celi firmati sunt, quia quod verbo facit. Hoc et manu
quia idem sunt. ipsi celi qui sunt pro primi terre. de quibus dicitur aves
celi pibunt. secundum formam in qua nunc sunt, non secundum substantiam
unde j. cor. vij. preterit figura huius mundi. figura dicit non substa-
tu autem domine in eternum. sine mutacione permanes. unde malach. iij.
ego dominus et non mutor. et omnes celi ad literam. sicut vestimentum
veterascent. quia deficient a priori forma admodum vestimenti
quod ex longo usu amittit formam priorem. sed contra dicitur. j. pet.
iij. celi et terra magno impetu solventur. et vestimentum corrumpitur
successive. unde ex similitudo attenditur quantum ad formam que perit
non quantum ad modum pereundi. elementa enim que per celos intelliguntur
pereunt. et sicut opertorium. i. celum quod operit omnia mutabis eos
in melius. quia non subiacebunt amplius corruptioni. tu autem
idem ipse es. qui dicis. Ego sum qui sum. qui non mutor. et anni
tui non deficient. quia annus dei. dei eternitas est. Et ibi. i. in tuis
annis. habitabunt filij servorum tuorum. i. imitatores prophetarum et aposto-
rum. vel filij. sunt opera bona. sine quibus nemo intrat in
requiem. filij servorum tuorum habitabunt. ibi. i. semen. per viam bonorum ope-
rum intrabunt. Noli ergo esse sterilis. si vis habitare in celo. parturi-
te bona opera que sequaris. quales enim filios premiseris, tales
sequeris. et semen eorum. i. opera ex quibus fructus. in seculum dirigetur.
hoc ideo dicit. quia totum intrabit ibi. Ad illam habitacionem
perducat nos deus. amen. etc. Sequitur

Benedic anima mea domino. et omnia. Intencione monet ad
laudem. et dicit. anima mea benedic domino. i. lauda do-
minum. quia sacrificium laudis honorificabit me. et
omnia que intra me sunt. i. omnes vires interiores. non solo ore. nunquam
enim deest. qui audit interiora. et ideo nunquam taceat. benedic anima
mea domino. idem repetit. ut frequenter benedicas. et noli oblivisci omnes
retribuciones eius. cogita omnia mala tua. et videbis indul-
gencias dei. quia quot sunt peccata tua, tot retribuciones dei. qui
propiciatur non tantum aliquibus. sed omnibus iniquitatibus tuis. eas re-
mittendo. qui sanat omnes infirmitates tuas. que relinquuntur
ex peccato. ut est pronitas ad malum. quam sanat impediendo
consensum. difficultas ad bonum. quam sanat expediendo potestatem.

¶ Qui replet in bonis desiderium tuum. Unde pu. ps.
desiderium iustorum omne bonum. Replebuntur eciam
omnes sensus bonis eternis. Auditus concentu celestis
melodie. Visus candore lucis
eterne. Olfactus fragrancia eua
poracionis glorie. Gustus sapore pa
nis vite. Tactus amplexu
suauitatis diuine. Unde replebi
bimur in bonis domus tue. et tunc
renouabitur ut aquile iuuentus tua.

Sanat ergo inflaturam superbie, cecitatem inuidie, frenesim ire,
ydropisim auaricie, litargiam accidie, fluxum luxurie,
febrem gule. Qui redimit. precio sui sanguinis vitam tuam de inte
ritu. i. de corrupcione, que tanta est in corpore. Ut aggrauet eciam
animam. ne possit subleuari ad deum cogitandum. et quod coro
nat te. post victoriam temptacionum, non intuens meritis. sed
in misericordia. quo ad officium. et miseracionibus. quo ad effectum. Lau
da eciam eum, quia qui replet desiderium tuum. in futuro. Ubi iam pug
na non erit. non in malis. sed in bonis. Ibi enim dabitur iu
stis desiderium eorum. Unde infra. Saciabor cum apparuerit glo
ria, et tunc renouabitur iuuentus tua. que nunc veterascit
et morti appropinquat. ut aquile. sed hoc erit tunc. quando in
corpore et anima. homo in mensura etatis plenitudinis christi.
rapietur obuiam christo in aera. Aquila enim quando senio gra
uatur, tunc rostrum ei crescit excessiue. in tantum quod cibum capere
non potest, que ad petram percutit rostrum, et postea redit ad
cibum. et renouatur. sic nostrum corpus. quod corrumpitur. aggra
uat animam. sed virtute petre. i. christi. deposito onere. reno
uatur. plena felicitate in celo. Benedic anima mea domino.
Quia ipse est deus. non tantum permittens. sed eciam est. faciens
misericordias. in multa milia super diligentes se. Unde. Beati
misericordes. quoniam ipsi misericordiam consequentur. et ne nimis presumatur
de misericordia, addit. et iudicium omnibus iniuriam facientibus. ergo nul
lus diffidat. quia facit misericordiam. Nullus presumat. quia
facit iudicium iniuriantibus. Deinde que antiquis fecit. sub
iungit. d. notas fecit vias suas. i. legem. que data est
moysi. seruo suo. per quem iudei signantur. et notas fecit filiis
israel. i. christianis. voluntates suas. i. doctrinam ewangelicam. que per
feccior et stricior est. dominus miserator actu et misericors natura.
et misericordiam necessario. sequitur paciencia. Ideo sequitur. longani
mis. in expectando peccatorem. et multum misericors. reuocan
do multis modis, et reuersos cito recipiendo. non in perpetuum irasce
tur. ecce misericordia. neque in eternum comminabitur. quia nec in presenti nec
in futuro memorabitur peccatorum nostrorum. non secundum peccata nostra. que actu
commisimus. fecit nobis. penam infligendo. neque secundum iniquitates

¶ Renouabitur iuuentus tua ut aquile.
Hic de refectione dicere videtur
quantum ad antiquam
dignitatem
reducetur
in.

nostras retribuit nobis. vn. Si iniqtates obsuaueris dne dne
quis sustinebit. Sed vnde nobis hoc. qm dns miam suam
corroborauit. i. firmauit. sup timetes se. vn. oculi dni sup
timetes eum. scdm altitudine celi a tra. i. sicut celu vndiqz
opit tram. inde sup. inde aer. inde pluuia. inde fructus. Sic
mia dei ptegit. illuiat. et ad bonu fecundat pctores / sed
timetes deum et recedentes a malo. longe fecit a nobis
iniqtates nras. misericordit relaxando. qntu distat or
tus ab occidente. int que nulla pt ee coniuctio. i. qn orit
gracia dimittens pcta / statim pcta petit occasum
Adhuc miam suam declarat. d. quonio misert pater
filior longanimit expectando. / gaudent recipiedo. no
reuitentes monedo. terredo. flagellado. / sic misertus
est dns timetib; se. quia ipe nouit. qui sut sui. etiam
dum adusarent. Sicut patet. de paulo petro. matheo
zacheo et ceteris. qm ipse pater ipe fictor. cognouit figme
tu nrm. i. infirmitate nram. Ideo dicit gen vi. no pmanebit
sps meus / i. indignacio in homie. quia caro est. et dicit
nrm. no sum / quia dns finxit nos fortes. sicut aurz et
argentu. et immortales. s; in adam facti sum lutum.
infirmi rudes et insipietes et mortales. vn Tren iiii. q°
reputati sut int vasa testea. et ipe qui nouit figmetu
ipe recordatus est. i. fecit miam. / et dicit recordari deus
qn miam exhibet. no qd aliqn fuiss; oblitus. cui st oia
nota semp. qm puluis sum. i. inutiles sine gra dei. vn
infra. Sicut tra sine aqua tibi. et recordatus est / quia ho
est sicut fenu. quod cito transit. dies eius. i. vita. ul psppitas
vel pulchritudo. ul gloria. tamq flos agri. qui velocit ad
auram arescit. sic efflorebit. homo. Vnde. q° supbis. cu
vita honor. diuicie. cito cadut ut flos feni. Et hoc ad huc
clarius dicit. Qm sps. qui est. in illo ptransibit. ab eo. et
illo exeunte. no subsistet. homo. Ecce finis vincium. et no
cognoscet amplius locu suu. ad tempus in hoc mudo. s; in re
surreccoe redibit. vt p iudiciu vadat. ad locu suu. mia eius
q. d. talis est hois natura. s; p miam dei erit etius et d.

Aug.
Seuiat qntu vult pr est / si fla
gellat et affligit. pr est / fili
si ploras. sb pre plora. si
patis medicina est. no pe
castigacio no dampnacio. noli
repelle flagella. si no vis
repelli ab hereditate /
vnde. quis filius
quem non
corripit
pr

ricia eius. s. dni. ab eterno. i. a mundi principio. et usque in eternum.
i. ad finem, et post finem mundi, super timentes eum. et non super alios
et iusticia illius in filios filiorum, i. per misericordiam et iusticiam dabitur
timentibus deum eterna retribucio, et ne omnes presumat. subdit
hiis qui servant testamentum eius. per fidem intus. et per operacionem exte-
rius. et hiis qui sunt memores mandatorum ipsius. non tantum ad cogi-
tanda. sed eciam ad faciendum ea. et si tibi multa videntur. tene
duo. s. dilectionem dei et proximi. in quibus tota lex pendet, et
totam legem complesti. et ut simus solliciti ad faciendum
mandata. commemoratur. d. dominus in celo. presidens. et etiam regens
paravit sedem suam iudiciariam. pro bonis gloriam, et pro malis
penam daturus, et regnum ipsius. quod non corrumpetur. omnibus
dominabitur. donec ponantur inimici eius sub pedibus eius. i.
eternaliter. benedicite domino. a principio sermonis excitavit ad laudem
dei hic autem ad idem excitat angelos. d. benedicite dominum vel do-
mino. omnes angeli eius. nec hoc dicit. quasi angeli indigeant. ex-
citacione nostra. sed ut innuat. quod angelice laudi concordat, et nos
ad laudem dei amplius moveat. vos inquam. angeli. potentes
virtute. adeo vobis data intantum. ut dicamini virtutes. qui estis,
facientes verbum illius. i. mandatum exequimini ad homines. ad au-
diendum vocem sermonum eius. s. dei. i. ut homines audiant. et in-
telligant voluntatem dei. benedicite domino omnes virtutes eius mi-
nistri eius. qui facitis voluntatem eius. et est in hoc doctrina
nostra. ut si deum laudare volumus. ministrando. ei faciamus iuxta
posse virtutis nostre voluntatem eius, et non tantum angelice potestates
sed eciam. omnia opera domini. benedicite domino. i. considerata diligenter
laudabilem dominum ostendunt. in omni loco dominacionis eius. i. in celo
et in terra. benedic anima mea dominum, quia plena est omnis terra.
maiestatis glorie tue. unde sicut incepit a benediccione, ita. et
finit in benediccione domini, creati sumus ad benediccionem reddamus, et
in ea ambulemus et tandem finem benediccionis concludamus. ad quod
nos perducat deus, amen. Sequitur.

Benedic anima mea domino. domine deus meus etc. Intencio
monet ad laudem dei. huius laudis materiam
sumit. ab operibus eius. s. a celo. terra. et ornatu

corp. Ut ex visibilibz. ducamr. ad intelligentia supnorz. et
ex pulchritudine et magnitudine fabrice mudialis. fabri=
catoris inestimabilis magnitudo ppendatr. dicit ergo sic.
O anima mea bndic dno. p tantis bnficijs. que hic nar=
rantr. dne deus. qui magnus est a natua. magnificatus es
uehement. in noticia mea. pmo p hoc. quia. induisti con=
fessione. i. laudaris ubiqz a creaturis et decore. cuius pulchri=
tudine sol et luna mirantr. amictus lume sicut uestime=
to. i. habitas lucem inaccessibilem. Vel de incarnacione
xpi sic. cofessione et decore induisti. i. carne assumpsisti
p cuius cofessione laus et decus. maiestatis supne innotuit
et in illa carne amictus es lume sicut uestimeto. i. crudatis
multitudine fidelium. de quibz dixisti. Vos estis lux mundi.
Vel de ecclia sic. cofessione et decorem induisti. i. habes ecclaz
in qua primus est peccatorum cofessio. et postea decor virtutum
amictus lume sicut uestimeto. i. ecclia. ipa est vestis sine
macula et ruga. ipa est tunica inconsutilis. que no scin=
ditr. ipa est lux. que prius tenebre. Deinde ad spem descedit.
ostendens quo deus magnificatus est et dicit. Tu deus es.
extendens celum sicut pellem. sine labore. quod ad magna
gloriam dei spectat. qa tantum opus. sine difficultate fecit.
Unde ysa. xl. Qui extendit velud nichilum celos. qui tegis
aquis superiora eius. hoc dicit pter celum cristallinum. qd
est quasi aqua cogelata. et est immobile. suscipiens lucis influ=
enciam ab empireo. De hoc gen. i. dr. et diuisit aqs que erant
sup firmamentum ab hijs que erant sub firmameto. Unde infra.
et aque. que sup celos. laudent nome dni. Spualiter sic.
extendens. zc. i. deus qui est ponderator uiriu in ira. extendit
tantum celos. i. dona celestia. Vel cogniciones secretorz insinuat
nobis. sicut viderit nos extendere pelle. bone volutatis et capa=
citatis. et qui tegis aquis superiora eius. i. donis spualibz vel
tribulacoibz. p aquas designatis. munus caritatis eorz p supi=
ora designatam. ne quid eos ab ea posset separe. qui ponis
nube ascensum tuum. hoc ad literam et mistice accipitr. xps enim
in nube ascendit. et sci rapientr in nubibz. obuiam xpo in aera.

Ambr. Cum vox in ps. Corpus in choro. et cor in foro tunc male diuiditur homo.

Aug. Accusando te cofitere ut incipias decorari decorata incipias placere speciosa fore filijs hominum.

Non dicit sup stabilitate, Contra dr in ps. Qui firmavit tram sup aqs
et Job. Qui appendit tram sup nichili. Rno. tra dr fundari sr
aquas dupli, vel sup .i. iuxta. sic parisius fundata est sup
secana, vel sup aquas .i. sup humore aqueu, quia humore
ptes tre cotinuant. Item
dicit fundari sup nichili
.i. non sup alicuius
fundamentu, sed
super pro-
prium

Sic etia p nubes .i. p pdicatores in celum .i. in secreta spirituali
ascendit. qui ambulas sup penas ventorum, ad liam .i. velociter
es vent. quia velocit currit smo eius. cito imples quem vult.
Mistice venti sunt anime. penne virtutes. que sunt in duobus
preceptis caritatis. Sed caritate dni supat caritas xpi. et est
sensus, qui ambulas sup penas ventorum .i. excedis cognicionem
et caritate sanctorum. Qui facis. Angelus nome est officii sp
nature. Qui facis angelos tuos sps. q. d. spuales sbas facis nu-
cios. et facis ministros tuos igne vrente .i. seraphim. qui est
ordo supior. Hic innuit quales ee debeat nuncii dei ad pdi-
candum. qr angeli p sapiam. spus p munditiam, ministri p
execucionem officii sui. Ignis vrens p zelum. Qui fundasti ter-
ram .i. ecclesiam sup stabilitate suam .i. sup xpm. et ideo
non inclinabitur in sclm scli. quia firmata est sup firma petra.
Ad liam hoc no pt bn intelligi, quia spus scus remittit nos
ad altiora, quia legitur de tra. qd est trasitura, sed hoc quo ad
aliquid, quia dr luce. celum et tra trasibunt, quo ergo dr
no inclinabitur in sclm scli. Rno. stabunt sedm sbam, trasi-
bunt sedm vsum et figuram exteriorem unde dr. preterit figura
mundi. Abissus sicut vestimentum amictus eius. s. tre .i. mare
et flumina, et ois aquarum cogeries, opuerunt tram. Aquarum enim
pfunditates dicuntur abissus. Sicut Jone ii. dr. Circumuallauit
me abissus. sup montes stabunt aque. quod fcm est tpe di-
luvii. Et notat mistice. qd ecclesiam diluuium psecucionum vndique
opmit. sicut vestimentum, in tm. qd etiam sup montes .i. sup
maiores. s. aplos. stabunt aque. sed no diu. quia trasit tri-
bulacio velociter. sicut torrens. Unde subditur. Ab increpacione tua
psecutores fugient .i. peribunt. et a voce tonitrui tui .i. pdica-
cionis formidabunt. quia mali cominacione futuri iudicii time-
bunt. nec audebunt insurgere contra veritate. Et tunc ascendunt
montes .i. aplici viri, et plati exaltabuntur libere pdicantes,
et descendunt campi .i. subditi obedient voluntarie. in locum que fun-
dasti eis .i. singuli sedm ordinem legibus suis contenti. terminum
posuisti eis. s. aquis tribulacionis. que no trasgredietur.
neqz couertentur opire tram. quia neqz bestia. neqz psequutor

neqz dyabolus plus possunt. q̄ adeo ptate receperunt. Unde
quidqꝫ hor adu'sabitur demum no illa time et p̄ualebis. qui e-
mittis fontes in conuallibz. ad litam patet. ƺ mistice .i. humili-
bus das gram et habundātia doctrinar. quia dns supbis resis-
tit &c. int mediū montiū .i. int p̄dicatores et platos aque
doctrinar. ptransibūt de gente in gentem. et no q̄ dr inter
mediū. mediū comune est no ꝓpriū alicui sicut dr de aliqbus
hūt inter se pacem .i. comis eis est. Sic aqua dei .i. doctrina
no est p̄uata alicui. ƺ est publica. alit no eēt secura p̄dicatio.
Non ergo sit mea. uel tua veritas ƺ idem sentiam et no
sint in nobis scismata. Nulla ergo de aquis discordet a mon-
tibus. si quis aliud dicit. no de medio dicit. sed de suo. Vel
montes sunt heretici supbi. int quos aque scripturar dicunt
ptransire. quia eos no fecundant. potabunt. q. d. aque p-
transibunt int montes. et has potabunt omnes bestie agri .i.
gentes que conclusi erant. uniformit in archa noe. et que pe-
tro ostense sunt. in vase lintheo. p quas figurabatur ecclia.
in qua sunt boni et mali. sed onagri .i. supbi. et in domiti
in dei. expectabunt in siti sua. usqz ad fine confusionis reliquar
isrl. sup ea. que dicta sunt .s. fontes. valles et flumina volucres
celi aerei .i. spualia corda. habitabunt meditando. desideran-
do. et ille aues de medio petrar .i. de firmitate preceptor dei
dabunt uoces .i. p̄dicabunt et laudabunt. quia tues rigans
montes .i. aplos. et p̄phas primū. deinde platos. et eccle p-
dicatores. de superioribz tuis .i. celestibus domis .s. gra ad me-
rendum. sciā ad intelligendū. virtutibz ad opandum. de fruc-
tu oper tuor. que tu in omnibus oparis. saciabitur terra.
.i. confusi. Nemo igit in suis opibz glietur. quia gra dei saci-
atur tra. Tu ecia o deus es p̄ducens de tra. fenum iumentis. et
herbā seruituti hoīm .i. de tra bn rigata .s. ecclia dat suffra-
gia tpalia p̄dicatoribz qui sc. qui boues. qui versat gle-
bas in agris cordiū in cultorē. Ut educas. q. d. ad hoc rigas
tram. ut det iumentis escam. et ut educas pane. q. d. riga-
sti tram. ut pferat fenū iumentis. et ecia rigasti ad hoc
ut educas de tra pane. qui est nutrimentū hoīm .i. xpm.

al. [illegible] meo

de maria vgine, qui est panis nr cottidianus, qui co-
fortat illuiat et impinguat. et vinu in torculari cruc
expssum de corpe xpi letificat cor hois. et sic inebriat
ut sobrios faciat, ut exhilaret. q. d. Tu deus pduxisti pa
ne et vinu, educas eciam oleu ad hoc, ut exhilaret faciem
eius in oleo. i. in quadam gra spus sancti. que homine
graciosum facit. ut eius vbum edificacois. dulcit au-
diatur. et panis cor hois cofirmet. dixit. quid facit vinu
quid facit oleum. Jam dicit. quid facit panis, quia
panis mat'ialis stomachu, spualis vero cor hominis
cofirmat. quia hic est panis. qui de celo descendit. Satura
buntur. q. d. de tra pducet vino oleo et pane. saturabuntur
ligna campi. i. plebes hules, et cedri libani. i. pote-
tes seculi. quia primo electi sunt cotemptibiles et ignobiles
ad fidem, et postea nobiles et sapientes. quas ipse deus
plantauit, et non alius, Unde omis plantacio. quam
no plantauit pr. etc. Ille omis plantacones saturan
buntur donorum spualium infusione. illic passeres. qui sunt
minute auicule. hitantes in tectis significant puitate. i. humi
litate monachorum. vel pfectorum clericorum, quia omnia sua etc
cum cupiditate mundi reliquerunt. qui in cedris libani. i. in
pciosis potenciu xpianorum velud in quibusdam ramis mo-
steria edificauerunt. qui nidos herodij ducit. Ubi nondum ad lit
teram q herodyus in altissima arbore nidum facit. ita quod
vbicumque volant. vident nidum, et ad aspectum nidi ducuntur
et reducuntur ad nidum, et sic dicitur nidus dux eorum. Vel
aliter intelligitur hec auis. nullum facere nidum pprium. sed
vbicumque noctem accipit. ibi quiescit, Est ergo sensus
herodij domus est dux eorum. Ubicumque herodius ducitur, ibi
domum habet. Moraliter sic. Herodius qui non habet domum ppriam
designat paupes. qui nichil hent pprium, sed sequentes ducem
xpm, omnia reliquerunt ppter ipsum, et tales hent domum
deum. vnde act. In ipso viuimus mouemur et sumus. hec domus
ptegit a caumatibus concupiscencie carnalis, a frigoribus
auaricie, a ventis supbie, ab infestacoibus demonum

ergo domus talium est deus qui est dux eorum. Montes ex-
celsi ceruis. Cerui dicuntur contemplatiui et uiri spirituales
transcendunt omnia lutosa luxurie, spinosa auaritie, et habi-
tant in montibus sublimioris uite. Vel montes sunt apostoli.
prophete. et xpistus. qui dicti et facti sunt firmamentum cinis
i. spiritualibus. Quid autem de humilibus et peccatoribus. Ecce petra.
i. xpistus est refugium erinaciis. qui sunt animalia fetida, et
spinosa, et significant peccatorem, sed pungitur aculeis conscientie.
et fugit ad deum. Fecit lunam. Ubi sciendum quod post ordinationem
prelatorum et subditorum, qui per diuersa animalia figurantur, subiungit
de ecclesia, que ad modum lune crescit et decrescit, et de xpisto
qui ad modum solis occidit et oritur. et dicit. Fecit lunam. i. ecclesiam
in tempora. que temporaliter transit, quia non habet hic mansionem etc. Nec
mirum si transit. Nam et sol. i. xpistus cognouit. approbauit. vel
sensit occasum suum. i. passionem et mortem. et bene xpistus comparatur
soli. qui occidit et oritur. sic xpistus mortuus est et resurrexit. Cum
autem sol iste occidit. tunc facte sunt tenebre. quia in apostolis gau-
dium
spes eorum defecerat. Unde et subdit. Posuisti tenebras. sole
occidente et facta est nox. ut in petro qui negauit. et in aliis
qui fugierunt. Vel posuisti tenebras hora vi. xpisto moriente
et facta est nox. ut nox crederetur. Et occidente sole gratie. fuit in cor-
de densissime tenebre culpe. et postea ichenne. in ipsa pertran-
sibunt omnes bestie silue. Super. dixit. bestie silue. i. generales
conuersi. Hic dicuntur demones. qui transeuntes deuastant quod
in eis est. omne germen uirtutum. Deinde illas bestias speci-
ficat. d. catuli leonum. Leo est qui circuit et querit quem deuo-
ret. catuli leonum rugientes sunt ignobilia demonia. que
in tenebris querunt seducere homines. Unde sequitur. ut rapiant animas
et quia pascuntur erroribus. Ideo subditur. et querant a deo escam
sibi. quia nec temptare possunt. nisi a deo permittantur. Ortus
est sol. dixit supra. quid fecit occasus ueri solis. hic dicit
quid facit ortus. et dicit. Ortus est sol. per gratiam in ecclesia
vel in corde fidelium. et congregabuntur catuli leonum et bestie.
quia desistunt persequi ecclesiam vel animam imperante xpisto
et in cubilibus suis. i. in cordibus infidelium obstinatorum

Hoc mare est mundus per superbiam
tumidus per inuidiam turbidus
per auariciam rapidus per
accidiam fetidus per luxuriam
fluidus per gulam sordidus.
De quo Augustinus. O munde immunde
si sic teneas fugiens quid faceres
si maneres.

collocabitur. ut iam non audeat impetum facere in electos.
Et sic exibit homo ad opus suum. ut secure incipiat bene
facere. et ad operationem suam continuanda usque ad vesperam.
i. ad finem seculi. Unde etiam. Quodcumque potest manus tua in-
stanter operare. Hiis omnibus consideratis cum magno gaudio
admiratur d. Quam magnificata sunt opera tua domine. explicari
non possunt. Omnia hec in sapientia tua a te ante secula genita. fe-
cisti. quia dixisti et facta sunt universa. impleta est terra.
i. totus mundus. possessione tua. i. fidelibus quos tu singu-
lariter possides et possideris ab eis. et licet ita sit. quod
omnis mundus credit. tamen adhuc securi non sumus. quia
in mari sumus. i. in hoc seculo. Hoc autem mare est magnum
profunditate. et spaciosum latitudine manibus expertendis.
quia difficile est in seculo presentis vite bonum operari. et illic
i. in hoc mari. reptilia. i. maligni spiritus insidiantes. quorum
non est numerus hominibus cognitus propter multitudinem. et
etiam in hoc mari sunt animalia pusilla cum magnis. i. in-
fideles parvi et magni. et omnes pro sua capacitate opprimunt
ecclesiam. et tamen illic. i. in mari seculi. naves ecclesie per-
transibunt. quia navicula ecclesie agitari ventis temptationum
potest. sed mergi non potest. Unde. Ego pro te rogavi petre. ut non
deficiat fides tua. Insuper in hoc mari est draco iste. s. levia-
than serpens antiquus. qui primos parentes deiecit. et insidia-
tur mulieri. i. ecclesie. que contrivit et conteret caput eius.
i. principium suggestionis. Draco inquam quem formasti o domine
deus. secundum formam in qua bonus erat. sed vicio suo factus est
malus. ad illudendum ei. i. ut ei illudatur ab omnibus. et hoc
fit cum fideles non audientes suggestiones suas. aliud faciunt
quam ille suadet. et deus formavit eum ad illudendum. quia
debilitavit eum. ut nullum decipere possit. nisi volentem.
Omnia tamen illa animalia parva et magna. expectant a te domine
ut des illis escam in tempore. ymmo etiam et draco. quia nichil pos-
sit nocere nisi permittas. Unde si bene vixeris. cibus Christi eris.
si male. draconi cibus eris. dante te. i. permittente te. demo-
nes colligent temptatos. quia aliter non possunt. aperiente te

fecto, ut manducare non appetat, sed in se fame tabescat
et deficiat. Sedentes in tenebris. q. d. non solum saciavit
bonis, sed et sedentes .i. morantes per consuetudinem in te-
nebris .i. in peccatis. que excecant cor. et pigrum faciunt ad
bonum. et umbra mortis .i. in viciosa vita. que est ymago
mortis eterne. vinctos in mendicitate .i. in carencia omnis boni
et ferro. Hoc dicit propterea, quia sicut ferrum ferro acuitur, sic
peccatum peccato inflamatur. quia peccatum quod per penitenciam non diluitur
etc. Quia exacerbaverunt. q. d. Ideo vincti sunt mendicitate et
ferro. quia exacerbaverunt per superbiam eloquia dei .i. mandata
que erant in sedulitate. dicebant esse acerba. quod faciunt
hodie multi. et consilium altissimi irritaverunt. quod facie-
unt clerici et religiosi, qui irrita faciunt consilia que suade-
re promiserunt. et ideo humiliatum est in laboribus cor eorum. quia de-
te ab auxilio laborare potes, fatigari potes, vincere non
potes, nec fuit qui adiuvaret. Unde ecclesiastici ultimo. Circumdederunt
me undique nec fuit qui adiuvaret. et in arto positi clama-
verunt .i. ardenter oraverunt. cum tribularentur in peccatis. et de necessita-
tibus eorum liberavit eos. expone ut prius, Et quia misericors

vel sic humiliatum est .i. a super-
bia deiectum, vexatione
dante eis intellectum,
et infirmati sunt
.i. debilitati
virtute
etc.

audiuit orone eorum. et eduxit eos de tenebris et vmbra mortis. et vincula eorum disrupit. Quod primo scat p Jere. xliij. Dicente Conteram iugum de collo tuo. et vincula disrumpam. et nō dabo te vltra alienis. Sic dn̄s hodie facit penitentibus. et propterea. cōfiteantur dn̄o mīe eius. et mirabilia eius. i. mira mirabiliter exhibita filijs hominum. i. hec sit materia laudandi deum. Quia per suam manum potentem. cōtriuit portas ereas. i. cōcupiscentiam naturalem. et uectes ferreos. i. dyabolicas suggestiones cōfregit. Vel cōsuetudines viciorum. suscepit eos ad se per gratiam. de uia iniquitatis eorum. in qua diutc laborauerunt. Juxta illud. Jere. ix. Vt male facerent laborauerunt propter iniusticias enim suas humiliati sunt. i. deiecti. vn̄ Baruch facti sumus subtus et nō supra. quia peccauimus dn̄o deo nostro omnem escam. vbi dei. ex quo viuit homo. abhominata est anima eorum. Ne autem hoc leue putes. sequitur. et appropinquauerunt usque ad portas mortis. i. usque ad defectum anime. Si te intelligis taliter tribulari. necesse est ut orando clames. Vnde sequitur. Et clamauerunt ad dn̄m cum tribularentur. et de necessitatibus eorum liberauit eos dn̄s. etc. Quomodo autem liberauit eos dn̄s. ostendit subdens. Misit verbum suum. cuius fastidio languet caro. et sanauit eos a fastidio. et eripuit eos de interitionibus eorum. i. de corruptela mentis. que facit fastidium eorum. que dulcia sunt spiritui. Et p hijs beneficijs. cōfiteantur dn̄o mīe eius. et mirabilia eius filijs hominum. ut s. Ad hoc ergo sanauit et eripuit. vt sacrificent sacrificium laudis. i. sacram laudem deo offerant. et annuncient predicando. opera eius. nō tamen fastidio. sed in exultatione cordis. Qui descendunt mare. ad literam. mare terra cingitur circumquaque et est inferius terra. propterea dicitur. Qui descendunt. Vbi agitur gratiarum actio. pro liberatione a tempestate temptationum. et dicit illi annunciant opera dei. Qui descendunt. a quieta vita in mare. i. in actionem predicationis. Vel in mare. i. ad temptationem scilicet vt tribulentur pro xp̄o. et hoc in nauibus. i. in ecclesijs quas regunt. que quidem fluctibus tunduntur. sed non merguntur. Ipsi dico facientes operationem. i. predicationem in aquis multis.

In hac enim esca vbi dei sunt multa fercula. primo est mandata dei. articuli fidei. promissio glorie. cōminatio pene. summum est corpus xp̄i. tum contemplacio summi boni. Qui enim illam escam abhominatur qui se implet delectationibus terrenis. et appropinquat etc.

vel descendunt. i. condescendunt hominibus.

i. in populis, ipsi singulariter perfectis, viderunt i. intellexerunt opera domini multa et mirabilia eius i. mirabilem vocationem et inspirationem in profundo i. in corde humano, quod est inscrutabile et soli deo cognitum, et quid agitur in hoc profundo, ecce. dixit deus i. ab eterno verbo suo ordinavit vel fieri permisit et stetit i. in horruit vel predominavit spiritus procelle i. sedicio vel tirannica persecucio, vel dyabolica temptacio. et exaltati sunt fluctus eius. unde ysaie xlix°: Ego dominus qui conturbo mare et intumescunt fluctus eius. qualiter autem intumescunt audi sequencia. ascendunt persecutores audacter usque ad celos etiam celestia vel celestes viros impugnando vel contra deum se erigendo. et subito descendunt usque ad abyssos quia in puncto ad inferna descendunt. et in hiis malis anima eorum scilicet sanctorum predicatorum tabescebat utrisque compaciendo. et in tali tempestate sancti turbati sunt sensus confusione et moti sunt non a fide sed humana passione, quia timor cadit in constantem virum, commoti magis sunt sicut ebrius quia adversitas iustorum et prosperitas malorum maior est viribus eorum.

Inquiete enim sapientes sunt, cum loquuntur, cum leguntur sed veniente tempestate omnia consilia humana deficiunt, unde subditur et omnis sapientia eorum devorata est. quod satis apparuit in apostolo qui dixit: supra modum gravati sumus, ita ut tederet etiam nos vivere et ipsi in nobis responsum mortis habuimus ut non simus fidentes in nobis sed in deo. quacumque enim sancti in hac vita positi se vertunt, fluctus fremunt, tempestates seviunt, vires deficiunt. Restat ergo ut ad deum in periculis in rebus dubiis clament ut cor eorum solidare, et navem ecclesie dirigere bonus pastor dignetur. unde sequitur: et clamaverunt cum tribularentur et de necessitatibus eorum liberavit eos dominus, ut est. Quomodo autem liberaverit eos dominus subdens manifestat dicens: et statuit i. compescuit vel mutavit procellam eius scilicet maris i. seculi in auram leviorem, quia temptaciones fecit tollerabiles, vel in auram i. in serenitatem quietis. et siluerunt fluctus eius ad mandatum imperantis. et letati sunt sancti post fatigas, quia siluerunt fluctus tribulacionum

et deduxit eos in portu voluptatis eorum. vel voluntatis. i. in eterna
tabernacula. ubi absterget deus omnem etc. Et pro tanto beneficio
confiteantur domino misericordie eius. et mirabilia eius filiis hominum. ut dicit. et
exaltent eum. illi qui sunt in ecclesia plebis. i. populus communis. qui re
guntur. et laudent eum. illi qui sunt in cathedra seniorum. i. illi qui
regunt, et gloria christo domino. qui posuit flumina. i. iudeos. unde
exibant aque doctrinarum. in desertum. quia iam in eis non est pro
pheta, non est fides christi, non est sacerdos. nec sacrificium nec tem
plum. Item aliis verbis idem dicit. posuit exitus aquarum in
sitim. non sitim aque, sed sitim. i. defectum scientie. Et etiam posuit
terram prius fructiferam. scilicet opera bona que faciebat. in salsugi
nem. i. in sterilitatem. Sed quo merito. a malitia. i. pro malitia
habitantium in ea. scilicet scribarum et phariseorum. i. propter malitiam habi
tantium dolosorum. terra iudeorum tunc, et nunc ecclesia christi deso
latur. Sed quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam
unde subditur. posuit desertum. i. gentes. in stagna aquarum. et
terram. prius sine aqua. posuit. in exitus aquarum. quia ecclesia
ex gentibus habundat scripturis doctrinis et exemplis. et collo
cavit illic. i. in ecclesia esurientes. iustitiam. de quibus dicitur. Edent
pauperes etc. Et hii tales constituerunt. i. firmiter edificaverunt
civitatem habitationis. i. unitatem in ecclesia. ubi habitaret modo in
spe. et postea in re. et seminaverunt agros. i. predicaverunt
rudibus. et plantaverunt vineas. exemplis virtutum. et fece
runt fructum nativitatis. i. talem non degenerem. sed permanen
tem in seculum. et benedixit eis. econtra. sterilis ficus maledicitur.
et multiplicati sunt. nimio et merito. nimis. i. valde. et iumenta
eorum. i. simplices sed utiles. qui et si non sunt docti, sed tamen fide ple
ni. non minoravit. in tantum quod solus deus novit numerum eorum
qui etiam iustificat animas iniustorum. Et bonis sic multiplicatis
mali autem de se presumentes. scilicet heretici. pauci facti sunt. non
tam nimio quam merito. quia sunt extra unitatem ecclesie. et vex
ati sunt. i. amaricati sunt. a tribulatione malorum et dolore.
i. a vexatione dyaboli. unde mordebunt eos aves morsu ama
rissimo, et illud. Scito quam amarum est dereliquisse dominum deum tuum.

in quo solo est quies et btitudo. effusa est a deo contentio .i. contep-
tus a xpi fidelib; sup pncipes eor. qui in tumore supbie vo=
lebant aliquid ee subito reuelante deo iniquitate eor nichil
facti sunt. Et deus fecit .i. pmisit errare eos in invio et non
in via, vn aplus. pter quod tradidit illos deus in repbum
sensum. Invium error est, via xpi veritas est. ptem fidei tene
et totum dimittere error est. Ecclie mandata custodire, et
non supbire via est, et illis seductis quid fecit dns, et illa tri
bulatone stante. zizania triticum oppimente. adiuuit dns pau
perem. humilem et trementem smones suos. adiuuit inqua de in
opia. qui se nichil reputauit. sz totum mie dei comendabat,
et ante ianuam diuitam clamabat, quid ei factum est. posuit
pauperem illum familias .i. ecclias pciales. in ecclia generali
ecce apparet. qd paupem non notat vnum hominem. sz vnitatem
hominum in caritate ecclie. Posuit inqua familias, sicut oues .i.
innocentes et rectos, hec misteria diu latentia. uidebunt .i. in
uenient. recti corde. et letabuntur in spu. et omnis iniquitas .i.
mali opilabit os suum .i. obmutescet videns suam deiectonem
Et ad hoc tendit psalmus iste. qd ostendat. quia boni exal
tantur, et mali conterunt, deinde concludendo dicit. quis est
sapiens .i. cum sapore dilectois sciens, et custodiet hec. bnfi
cia in corde suo. tamqua thesaurum carissimum. s. qd paup hu
lis. non supbus non inflatus. adiuuatur a dno. et intelliget
clarte discutiendo. misericordias dni. non merita nra. in crea
tione. in redemptione, in pctorum remissione, et iustorum
glorificatione. Multi mias dni recipiunt, et tu pauci intelli
gunt, pauciores in mente custodiunt, sz paucissimi ope imitate
licet dicat nobis. estote misericordes, sicut pr vr misericors
est. et bti misericordes. qm ipi miam consequent.

Paratum cor meum deus. Intento est ps monere. vt xpm
deum et hominem confiteam. xps ergo sm qd ho
gras agit pri. d. patum cor meum. ad te laudandum
quia ptes non grauatur. patum cor meum, pferuore desiderii
Item patum ad pcepta, et patum ad consilia, patum ad

cantandum, paratum ad operandum. et hoc est quod subditur.
cantabo ore et psallam opere. hec duo iungit, quia cum cantico de-
uocionis coniungitur opera bona. cantabo inquam in gloria mea.
i. assumpcione nature humane, in qua fui obediens tibi usque ad
mortem. quod est maxima gloria mea. vel cantabo predicando
et psallam opere complendo. ut sim vir potens in opere et sermone.
pater uero ad filium dicit quod sequitur. exurge per victoriam in resurrec-
tione qui es gloria mea, quia filius sapiens letificat patrem. tu qui
es psalterium propter morum probitatem. et cythara. quantum ad pacientiam
adversorum. unde canticum. dilectus meus candidus propter puritatem, et
rubicundus propter passionem. et filius respondet. exurgam diluculo
summo mane diei. deinde pacta gloria resurrectionis. confitebor tibi con-
fessione laudis in populis ad laudem tuam. mea et meorum
predicatione conversis. et psallam tibi in nacionibus. i. ad predicacionem
meam naciones fidem opere exequentur. et unde hoc. quia misericordia tua
o deus pater. magna est super celos. quia eciam angeli misericordia dei perfru-
untur. et veritas tua magna est usque ad nubes. i. apostolos per quos
compluti sunt populi. ad graciam dei percipiendam. deinde pater
ad filium. exaltare. i. altum te ostende. super celos. i. super angelos.
et super omnem terram. exaltetur gloria tua. quod factum est. cum gloria
incarnacionis eius. angelis cantantibus pastoribus innotuit, et
deinde universe terre. ad hoc exaltare. ut dilecti tui in limbo li-
berentur a vinculis, et alii a reatu peccati, et pena diaboli. deinde pro
membris loquitur caput. salvum me fac. i. membra mea a peccato
originali. et hoc dextera tua. i. favore tuo. exaudi me. sal-
vando ab actuali vel recidivo. et non est dubium quin exaudies
quia deus pater. locutus est in me sancto suo. non dicit per spiritum
ne putaretur per eum locutus fuisse. sicut per prophetas et apostolos, quia
in homine christo. est per graciam unionis. et propterea ego christus
exultabo. et supra dixit. letabor et partibor. hic autem. et divi-
dam sicimam. sicima interpretatur. labor humeri. et significat populum
gentilem, in peccato ydolatrie laborantem. de quo Ieremias. ut iniquè
agerent laboraverunt. hic populus dividitur. cum maior eius pars conver-
titur ad fidem. unde matheus. elegerunt bonos in vasa sua, malos
autem foras. dividitur eciam tunc. cum unicuique datur gratia secundum mensuram fidei.

et convallem tabernaculorum .i. gentem iudeorum dimetiar. alios per
gratiam inhabitans, alios ex iusticia derelinquens. de quo ii. regum
viii. mensus est david duos funiculos, unum ad occidendum, et
unum ad vivificandum. Et magister. unus relinquitur. et alius assumitur.
notat autem ipsum iudeorum tabernaculo. Iuxta illud Balaam
numeri xxiiii. quam pulchra tabernacula tua iacob, tentoria tua israel
quasi valles nemorose. Meus est galaad. Galaad interpretatur
acervus testimonii. et significat martires, qui sunt testes christi. Unde
Job. Instauras testes tuos contra me. scilicet malum christianum vel
tepidum. Meus est manasses, qui interpretatur oblivio. et significat
congregationem religiosorum. que obliviscitur temporalium et carnalium
amicorum. et effraym. qui interpretatur frugifer. et significat bonos acti-
vos. scilicet predicatores, qui sunt susceptio capitis mei. scilicet christi. Su-
pra enim dixit fortitudo. et hic susceptio, quod bene congruit
christo et ecclesie, quia suscipiendo nos fortes facit. scilicet cum christus
nos suscipit, vel cum eum nos suscipimus. In quo notantur tres
ordines in sancta ecclesia. scilicet martirum virginum et predicatorum. Vel
ecclesia dicit gloriantur. Iuda. de quo christus. Iuda .i. christus est rex meus
ad protegendum et regendum. Moab .i. superbi ex gentibus. de quibus
Ieremias. Audivimus superbiam moab, superbus est valde. est
lebes spei mee. quasi dicat. ipsi superbi ex gentibus fervidi. et erunt
vasa ignita caritate. in quibus erit spes mea. quia proficiant
et alios post se trahent. Supra dixit. olla spei mee. quod
idem est. in ydumeam. Idumea interpretatur sanguinea. et significat cu-
pidos et avaros, qui rapiunt ea que pauperum sunt. Unde Ecclesiastici
xxxiiii. panis egencium vita pauperum, qui defraudat illum
vir sanguinum est. In ydumeam ego ecclesia per predicatores meos
extendam calciamentum meum, quo calefio in caritate .i. huma-
nitatem christi, qua divinitas ad nos. quasi calciata venit, cuius cal-
ciamenti corrigiam. Iohannes. solvere .i. racionem exponere indignus
fuit. per hoc calciamentum. michi. scilicet ecclesie alienigene. scilicet superbi
avari et luxuriosi. amici facti sunt. mutato amore malo
in bonum. et ecce ternarius superborum avarorum. et luxuriosorum
per ternarium commendabilem. scilicet caritatem, fidem, et spem

reparatur. quis deducet me. dicat xpus. i. fidem incarnacionis
mee. in civitatem munitam. i. in mundum incredulum et rebel-
lem. de quo d. vidi iniquitatem et contradictionem in civitate.
hec civitas est munita muris diviciarum. quantum ad avaros, quomodo civitas munita.
que crescunt et decrescunt. fossatis voluptatum quantum ad luxu-
riosos. prov. fovea profunda meretrix. turribus elacionum
quantum ad superbos ysa. ii. dies domini super omnem superbum turrim
excelsam. armis detractionum quantum ad invidos et iracundos.
ps. filii hominum dentes eorum arma et sagitte. superfluitatibus
ciborum quantum ad gulosos ysa. omnes mense replete sunt vomitu.
ysa. xxviii. multitudine peccatorum quantum ad stultos. eccl. i. stul-
torum infinitus est numerus. contra hec ii. cor. x. arma milicie
nostre non sunt carnalia sed potencia deo ad destructionem munitionum.
quis deducet me usque in ydumeam. i. in civitatem sanguineam.
pro peccatorum abhominatione, in qua sanguis sanguinem tangit. premissa
questione sequitur responsio. nonne tu deus. q. d. sic.
cum ysaia. xxvi. omnia opera nostra operatus es in nobis domine
deus meus. qui repulisti nos. tribulacionibus exponendo. ac si non
curares nos. sed contra d. dicat. non repellet dominus plebem
suam. hic enim repellit ad tempus. tribulari permittendo. sed
non finaliter dampnando. et non egrediens deus. te exterius mani-
festando. in virtutibus nostris. nobis scilicet a te datis. sicut facere con-
sueveras patribus antiquis. et quia tu solus et non alius
hoc facere potes. ideo rogamus. da nobis auxilium de tribulacione.
nos ab ea liberando. quia vana est salus hominis. i. ab homine
expectata et non a deo. in deo ergo faciemus virtutes. i. opera virtu-
osa. et ipse ad nichilum deducet. i. debilitabit. inimicos nostros.
mundum cum occupacionibus suis, carnem cum concupiscentiis
suis, dyabolum cum fallaciis suis. unde deut. xxvi. ne dicas
in corde tuo. fortitudo manus mee et robur. hoc michi pre-
stiterunt, sed recordaberis domini dei tui, quod ipse tibi vires prestiterit.

Deus laudem meam ne tacueris. Intencio monet. Iudeorum
malicia declinare. et xpi humilitatem imitari. xpus
ergo secundum quod homo ad patrem orans ait. o deus qui

solus es tentialit' verax. ne tacueris laudē meā. cū lau-
danti est credendū. vera enī laus veritas dei est, tu enī scis
paciēciā meam, et hūilitatē meam, tu lauda .i. laudari me
ab hominibus facias, quia os pctoris . inde qui anthonomasice
pctor dicit'. et os dolosi aptū est sup me .i. cōtra .d. Quid
voltis michi dare &c. nō solum iudas sz etiā alij . locuti
sūt aduersū me lingua dolosa . foris blandiendo . et intus se-
uiendo .d. Magister scim' quia verax es &c. et sermonibus
odij circūdederūt me . apte clamantes, Tolle tolle crucifige
eum . et expugnauerūt me gratis .i. sine causa . pro eo ut me
diligerent .i. pro eo quod me diligere debebant . quod infirmos corporaliter curabat
&c. detrahebant michi . in publico negantes me esse filium dei di-
centes me in beezebub eicere demonia . plus enī in ecclesia de-
hentes, qui animas credentiū infirmantur . quam qui eius carnem mor-
tuam resurrectionem pemerūt, et est sensus quod pro bono malū reddebant
sic . ego autem orabam . pro ipsis . bonū pro malo reddendo. Post
ingratitudinē ostensam verbis, hic ostendit exhibitam ex
factis . dicit ergo. et posuerunt facto . aduersū me mala
pro bonis . que mala . pro quibus bonis . ecce . odium pro dilectione
mea . et hic est maximus reatus malorum. Tribus ergo modis
hoc malum contrahit'. Primus modus est, nō reddere bonum
pro bonis . Secundus reddere . mala pro malis . Tertius reddere
mala pro bonis. Hoc tertius iudei elegerunt . ut christo odium
redderent pro dilectione . Contra hec sunt alia tria . Primum est dare
bona pro bonis . Secundum nō reddere mala pro malis . Tertium red-
dere bona pro malis . Constitue . ubi christus orat pro iude et sibi
similium deiectione . et facit hoc nō optando sz predicendo . dicit ergo.
Constitue sup eum pctorem .i. dyabolum . qui dicitur antho^{ce} pctor, ut
dnetur eius . qui christo noluit esse subiectus, et dyabolus stet
a dextris eius .i. occupet pociora bona eius, quia hoc cuique
est dextrum . quod alijs preponit. Unde et Iudas et sui seq^aces
auariciā sue preposuerunt saluti . de quibus infra . dextera eorum
dextera iniquitatis . dyabolus ergo est a dextris illis, quibus
aufert spiritualia bona . de quibus .i. Reg. xi. Naas voluit erui
ere . oculos dextros viris Iabes galaad . A sinistris est illis.

quibus aufert temporalia bona. Ante facie est illis qui peccat
ex certa scientia. A tergo qui peccat ex ignorantia vel infirmitate
supra quos conculcat ut dominus. Iusta qui enim conculcat. Cum
iudicatur exeat condempnatus. quia noluit esse talis cui diceretur.
Intra in gaudium domini dei tui. Sit de quo dicitur. proicite eum
in tenebras exteriores. et ne putetur ab imminente dampnatione
posse liberari. dicit. et oratio eius fiat in peccatum. quia psalmus xxx
iiii. dicit. Qui declinat aurem suam ne audiat legem. oratio eius
erit execrabilis. Fiat dies eius pauci. quia ut dicit psalmus lv. dies
impiorum breviabuntur. et episcopatum eius id est dignitatem accipiat
alter. de Iuda completum est. ut legitur in actibus apostolorum.
Timeat ergo malus acceleratione mortis. amissione dignitatis. et
exemplum de divite epulone. et etiam psalmus. Sedes ducum superborum
destruxit. et sedere fecit mites pro eis. Fiant filii eius orphani. et
uxor eius vidua. post mortem Iude. et non solum sint orphani
sed etiam sint nutantes. exteriori instabilitate vagando sicut Cayn
transferantur de loco ad locum. et mendicent pre inopia. et eiciantur quasi
odiosi de habitationibus suis. omni presidio destituti. Quod eis taliter
contingit. Scrutetur fenerator omnem substantiam eius. quia Iudas loculos
habebat. et que furabatur domino. filiis et uxori mittebat. sed hoc
non venit eis in prosperum. quia et alieni diripiant labores eius
hoc ad hoc dicit. quia et boni temptantur. sed habent adiutorem
deum. mali autem non habent. maxime ad tuenda eius posteritatem.

quia furta cum labore et timore acquiruntur. Non sit illi adiutor. hoc ideo dicit

Et ne illa sit ad vindices dicit. Fiant nati eius in interitum. id est peccata
augmentis plus faciet. sed et in generatione una deleatur nomen eius. Stipen-
dia enim peccati mors temporalis et eterna. Et hic dicitur de filiis imitatori-
bus paternam nequitiam. qui intereunt cum patribus. alias filius bonus
non portabit iniquitatem patris eternaliter. sed sepe contingit quod puniuntur
temporaliter. In memoriam. quasi dicat. non solum puniatur in successoribus quibus
malum dedit exemplum. sed etiam in antecessoribus a quibus ma-
lum exemplum accepit. et dicit. In memoriam redeat iniquitas
patrum eius in conspectu domini. et peccatum matris eius non deleatur. peccata
patrum redduntur illis. qui a malis eorum non recedunt. Qui autem
mutati sunt in Christo. iam non sunt filii iniquorum. quia non imitantur
mores eorum. Si ergo Iudas tenuisset adoptionem quam acceperat

non noceret ei. vel sua peccata preterita vel patrum. Sed quia re-
diit ad sua vetusta mala, rediit iniquitas patrum eius in con-
spectu domini. ut in ea puniretur. Unde alibi dicitur. Reddam peccata pa-
trum in filios, quod intelligitur de imitatoribus. De conversis autem
ad deum dicitur. Filius non portabit iniquitatem patris. Fiant
tales parentes talium filiorum contra dominum semper. non ut adversentur
domino. sed ut mala merita eorum non deleantur. ut semper puniantur. tanquam
semper rebelles. et dispereat de terra memoria eorum. per delectionem
filiorum. Vel memoria eorum. si quid laudabile fuit in eis. cito ve-
niat in oblivionem. et reddit causam. pro eo quod excecatus cupiditate
vel concupiscentia. non est recordatus facere misericordiam. et propterea iudi-
cium sine misericordia fit illi. qui non facit misericordiam. et persecutus est homi-
nem inopem et mendicum. id est christum. qui fuit sine ope humani auxilii
et mendicus. quia nichil voluit eorum que mundus diligit. et con-
punctum corde. voluit et vult mortificare. Judas et sequaces
sui, quod tamen potius refertur ad membra christi. que passa
sunt persecutionem. post mortem christi. Compungitur enim qui habet
penitentiam pro peccato, quod in capite non fuit sed in membris. Et hec
persecutio christi fuit prefigurata. in David et Saule in Cayn et Abe-
le. in Jacob et Esau. Et dilexit. Judas et populus iudeorum maledic-
tionem et veniet ei. quando dixerunt Sanguis eius super nos et super
filios nostros. noluit benedictionem. scilicet christum. et elongabitur ab eo. quia
longe a peccatoribus salus, quia dixerunt ceco. Tu discipulus
eius sis, nos discipuli moysi erimus. Et quia odivit populus
ille bonum, et dilexit malum. propterea induit maledictionem
id est peccatum. sicut vestimentum. De quo dicit ysaias. ix. Vestimentum
mixtum sanguine erit in combustionem. quia sicut vestimentum
calefacit corpus, ita vitium malitie cupiditatis et concupis-
centie animam, quod factum est in tradicione christi. et intravit
malitia sicut aqua in interiora eius. id est in animam per volunta-
riam deliberationem. Aqua enim faciliter illabitur. infrigidat
et corrumpit, et impedit digestionem. Job. Sicut frigidam facit
cisterna aquam, sic frigidam facit malicia animam. per hoc enim
intelligitur quod depravata anima foris in corpore et intus in
voluntate maledictionem habet. ut merito intret in man… eius

qui corpus et animam mittet in iehennam. Et maledictio intrauit in ossibus eius, in consensum rationis, ubi debet esse maior fortitudo hominis. sicut oleum, quod blande ingreditur et penetrat, oleum enim rem unctam facit mollem et flexibilem, et significat quod facilis est inclinatio ad peccatum de quo infra. oleum peccatoris non impinguet caput meum. Fiat ei malitia vel maledictio. sicut uestimentum quo operitur. videtur idem dicere quod supra. Induit maledictionem sicut vestimentum, sed differt, quia supra dixit, vestimentum quo induitur, sicut est tunica. Hic autem dicitur quo operitur, sicut est pallium quod significat in conspectu omnium, de iniquitate gloriari. et sicut zona qua semper precingitur. i. ut sit ad malum perpetrandum expeditus quia ad hoc cinguntur. ut sint ad opera concepta expediti. hoc opus eorum qui detrahunt michi apud dominum. et non dicat merces sed opus. patet ergo quod vestimento. aqua. oleo. et zona opera describit, quibus maledictio etiam comparatur. Dicit autem pluraliter eorum qui detrahunt. quia unus est Judas, sed multi sunt qui detrahunt et imitantur Judam dicentes, me non esse, quem lex et prophete pronunciauerunt. qui locuntur mala aduersus animam meam. i. contradicunt potentie mee. d. Non potest resumere animam in resurrectione dixerunt enim. domine recordati sumus quia seductor ille adhuc viuens etc. Et tu domine domine. Geminatio significat affectum orantis, sed non sine causa posita est coniunctio, et. q. d. Ego facio et tu facias, sequitur. Et tu domine. fac mecum. quia indiuisa sunt opera trinitatis. et est sensus, fac mecum iustitiam. i. operare ut ego, vasa mee vel fac mecum misericordiam. i. adiuua me secundum hominem propter nomen tuum. glorificandum. quia suauis est misericordia tua. vnde etiam. Speciosa misericordia in die tribulationis. Sicut nubes pluuie in tempore siccitatis. Suauis. quia queris per me quod periit libera me. a passione quia egenus et pauper sum ego. Egestas et paupertas christi, infirmitas est mea ex qua crucifixus est cor meum conturbatum est intra me. Vnde dixit. Tristis est anima mea usque ad mortem. Cor christi potuit turbari. sicut caro crucifigi. In quibus vera hominis apparuit natura. sicut umbra cum declinat ablatus sum. i. per mortem. hec enim est conditio

nature humane. que subito cadit. dum stare putatur. et ex
cussus sum sicut locusta. hoc iam de membris intelligi
potest. qui tempore passionis dispersi sunt. Similiter de fideli
bus ecclesie primitiue intelligitur. qui admodum locustarum
salierunt de loco ad locum. iuxta illud. Si vos persecuti fue
rint in ciuitate vna. fugite in aliam. genua mea. i. fortes
quibus tamquam genibus sustentabar. infirmata sunt a ieiu
nio. i. propter mei carentiam. quos tamquam panibus doctrina
mea reficiebam. quod apparuit in petro. sed illa infirmitas
non fuit ad mortem. Vnde subditur. et caro mea. i. corpus ec
clesie. immutata est. in melius. propter oleum. i. gratiam spiritus
sancti. quo accepto fortiter egerunt. et ego. caput ecclesie. factus
sum obprobrium illis. s. iudeis scandalum. et gentibus stulti
cia. viderunt me pendentem in cruce. et non resurgere. viderunt
quod genua infirmata sunt. sed carnem immutatam non viderunt
et mouerunt capita sua. tamquam furiosi in signum derisionis
et ideo rogo. o domine deus adiuua me. caput et corpus ~~corpus~~
~~corpus~~ saluum me fac. a morte per resurrectionem. et corpus
a timore per gratiam. secundum misericordiam tuam. Et sic orauit dicens
In manus tuas commendo. pro corpore. pater serua eos in nomine
tuo Io. xvii. et sciant boni qui tunc erant inter illusores et
mali blasphematores. quia manus tua hec. i. cognoscant me esse
filium tuum. per quem tu tamquam per manum operaris bona bonis
et mala malis. Vnde infra. Emitte manum tuam de alto.
Et Io. xviii. Cum exaltaueritis filium hominis tunc scietis
quia ego ipse sum. et ecclesia sciat. quia tu domine pater. fecisti eam.
s. manum tuam. i. incarnari constituisti. Vnde Io. verbum caro
factum est. maliciosi et blasphemi. maledicent illi. s. ma
nui tue. i. christo. et tu. bonis et suauis benedices. quia vana
est maledictio prauorum. quia vertit dominus maledictionem in bene
dictionem. et confundantur. i. confundentur in pena eterna. qui in
surgunt in me. i. contra me. quod erit. cum dominus cum membris.
exaltatus fuerit super sidera. seruus autem tuus letabitur. cum
viderit vindictam. Induantur pudore. i. pudeat eos vel pu
debit. qui detrahunt michi. siue in corpore siue in capite.

et induant̄ cōfusione sicut diploide, quod est duplex paliū
.i. cōfundant̄ duplici cōfusione publica, s. exteriori et inte-
riori. quod erit in iudicio finali. Unde Jere. duplici cōtricōe
cōtere eos. Et ysa. Suscepit de manu dñi duplicia p omnibȝ
pctis suis. s. Judas et xpus neq̄. confitebor. q. d. Illi cōfun
dant̄. s̷ ego in mēbris meis confitebor dño. laude nimis.
.i. valde. ut noter habundanciā nō supfluitatē. in ore meo. quā
ore cōfessio fit ad salutē. et laudabo eū ī medio multoꝝ. i. in
cōmuni. Hoc est quod alibi dicit̄. Jn medio ecclie laudabo
te. Vel in medio multoꝝ. i. in corde multoꝝ, quia corde cre
dit̄ ad iusticiā. Et ꝓpter hoc cōfitebor. Quia astitit. tamq̄
muniens et cōseruans. a dextris paupis. ut ipse dñs sit dextra
eius. Quia iustus nichil h̄t sinistrum. s̷ totum dextrum.
Unde ex illa pte dyabolus plus impugnat. Unde pma Thy. ult.
Dñs astitit michi. et cōfortauit me. Astitit autem non ut di
uitias mūdi augeret. nō ut honores affectaret. sed ut saluā
faceret a p̄secutībȝ aīam meam. ne infirmitate uel paupertate
succūbat. Hoc aūt adiutoriū corpi xpi datum est. Ut
hic cōsueta̅ p grām. et ibi pducant̄ ad gloriam. Ad quā
pducat nos. etiam ultima mēbra sua. Qui uiuit ꝛc.



ixit dominus dño meo. Dñs pater.
qui est dñs essencialiter. dixit. i. ab et
no preordinauit. quia suū dicē facē
est. dño meo. i. xpo. qui scdm huma-
nitatem filius est dauid. et dñs scdm
diuinitatem. p hoc q dicit. dñs dño.
idem repetendo psonas discernē du-
as. et unam potenciam. et unam essenciā. Quid dixit pr
filio. sede a dextris meis. i. michi p omnia equalis cōregna.
occultus quidem ꝓpter fidei meritum. ad tempus. quia post
generale mūdi iudiciū regnabis manifestus. et tunc vide-
bunt impii quem pupugerunt. Unde et subdit̄. Donec po-
nam inimicos tuos. scabellū pedū tuoꝝ. p scabellū plena
subiectio. p pedes stabilitas designat̄. Dicit ergo. sede don̄.
.i. eternaliter. ut subiciant̄ tibi inimici tui nolentes et

Sunt inscriptis sacris pfunda mis-
teria. q ad hoc absconduntur
ne vilescant. Ad hoc
scribuntur ut exerce-
ant. Ad h̄ aperi-
unt̄ ut pascant.
Scriptura ei sacra
si inscriptis ap-
ta eēt nō
te pasceret.
si inscriptis
occulta
nō te exp-
erce-
ret

volentes, ut sis omnia in omnibus. et tunc erit unus pastor
et unum ovile, et pacata erunt omnia. Virgam virtutis tue emit
tet dominus ex syon. dominare in medio inimicorum tuorum. Habito de sublima
cione christi, quantum ad patris consessum, hic agit de dilatacione
regni sui temporalis. et primo ubi incipit. et dicit, Virgam virtutis
tue emittet dominus ex syon. i. incipies regnare in ierusalem. Iuxta
illud. De syon exibit lex etc., et non loquitur hic propheta, de
regno suo eterno. sed de illo dispensatorio regno, quo nos
per mediacionem carnis sue. vocavit ad eternitatem. ut in
nobis regnet. et regni eius non sit finis. Virgam. quia virtutis
i. sceptrum regie potestatis, qua sustentantur boni, et conde
nantur mali. emittet dominus ex syon. quia ex iudeis salus. domi
nare in medio inimicorum tuorum. i. in ecclesia inter malos constituta.
vel de medio malorum collecta, et dicit dominare. non opprime
quia dominorum est protegere, non opprimere servos. tecum principium
in die virtutis etc. ponit propheta racionem sublimacionis christi et
dicit pater filio. O christe dominare. quia tecum michi est unum
principium. quia ego et tu unum sumus. in die virtutis tue. i. meum
ubi virtus dei conspicietur a sanctis, tunc enim videbitur in forma
dei. qui modo visus est in forma servi, a qua visione tollitur
impius ne videat gloriam dei. in splendoribus sanctorum. i. quando sancti
erunt fulgentes in splendore. et tunc videbitur principium cum
filio, licet et nunc sit. sed non videtur. Viderat philippus filium
formam servi et fuit obiurgatus, pro eo quod non agnosceret
patrem in filio, unde et dicebat, domine ostende nobis patrem
etc. et audivit. Qui videt me videt et patrem meum. Non cre
dis quia ego in patre. et pater in me est. q. d. quod videre
non dum potes. crede, ut videas incarnatus filium in patre, et
patrem in filio, et qualiter pater cum eo principium est. hec
autem visio. vita est eterna, Sequitur. Ex utero genui te. ineffa
biliter. ex occulta et secreta substancia. ante luciferum. i. ante
tempora. Et hic lucifer ponitur pro omnibus stellis et sideribus
per que tempora designantur, et ponitur pars pro toto. Vel ante luciferum
i. ante omnem creaturam. Sequitur. Iuravit dominus et non penitebit
eum. etc. quia supra ostensum est. quod christo pater dedit reg

Penitere enim deus dicitur more
nostro. In deo enim nulla cadit peni
tencia. Scit enim quid agat.
nec mutat consilium. Sed verbo
penitencie significatur mutacio
rerum, que aliter eveniunt quam sperabat. Quando enim tu cum aliquid
te penitet fecisse, doles factum quod fecisti. Sic quando deus
aliquid preter quam homines sperant. mutat in aliud. penitere se dicitur.
Ita quod de pena nostra penitere se dicat, si nos de nostra mala
vita penituerimus. Ergo dicitur non penitebit eum. quia aliter non eveniet
quam sperabat.

nem eternum. et temporale. Modo ostendit aliam sublimationem christi dicens / iuravit dominus .i. firmiter promisit. et non penitebit eum .i. non mutabit. tu es sacerdos in eternum .i. in perpetuum duraturus. non sicut aaron cuius sacerdotium transiuit una cum lege. Et hoc. secundum ordinem melchisedech .i. ad similitudinem ipsius qui gessit typum christi. primo ratione generis. quia sine patre et matre. Quia rex salem .i. pacis. quia benedixit abrahe. Quia abraham ei obtulit panem et vinum. Et quia decimas ei dedit abraham. Dominus a dextris etc. Hic fit conversio ad patrem et dicit. O domine pater. dominus christus. cui dedisti sedere a dextris tuis et conregnare. in die ire tue .i. iusti iudicii confregit reges. rebelles fidei et iusticie tue. De quibus dicitur. Astiterunt reges terre adversus dominum et adversus christum eius. Et idem dominus christus iudicabit in nationibus .i. omnes gentes. implebit ruinas .i. corpora que ruerunt per mortem. implebit animabus per resurrectionem. Et vide ordinem. confregit reges. propter superbiam. iudicabit gentes. propter communia peccata. et conquassabit capita multorum .i. tirannos. qui per potentiam vel officia fuerunt capita aliorum. in terra .i. in hac vita. quia tunc deperient pax et securitas. Vel capita erecta per superbia humiliabit in terra .i. in terrenorum habundantia. Iuxta illud. Prosperitas stultorum perdet eos. De torrente in via bibet. Hic sacrificium declaratur christi. christus rex et sacerdos. qui conquassavit capita. confregit reges. iudicavit nationes. de torrente .i. de impetuosa tribulatione sed transitoria bibit in via .i. in cruce. Vel in via .i. in tota vita sua. que tota fuit a cunabulis usque ad mortem. fuit continua crux vel tormentum. propterea deus pater. exaltavit caput ipsius .i. sublimavit. quia dedit ei nomen. quod est super omne nomen. Ut in nomine ihesu omne genu etc.

Confitebor tibi domine. Iste psalmus est primus in quo ostenduntur perfecti laudatores. Dicit ergo. confitebor .i. laudabo te. quia alia est confessio laudis. et hec leticiam habet. alia luctus pro peccatis. et habet dolorem. in toto corde meo. non in labiis tantum. sicut illi de quibus dicitur. Populus hic labiis me honorat. in consilio iustorum .i. in consilio dei. quod datum est iustis. sicut est illud. Vade et vende omnia et da pauperibus

si uis pfectus ee qr e districtissima laus. quia in paupertate
obediencia et castitate. cum humilitate et pseuerancia deus
plene laudat. et hoc in congregacione iustorum. Iuxta illud
Ubi duo ul' tres congregati fuerint in nomine meo. in medio
eorum sum. Vel qd intelligat de futuro. Ubi plene sancti lau
dabunt sine defectu. Confitebor in toto corde meo. ab
omnibus malis liberatus, laudabo et amabo. qn oculo
ad oculum videbo. in consilio iustorum. i. in iudicio. qn cum
deo sancti iudicabunt. et congregacione. i. qn de toto mundo col
ligentur sancti in unum, inter quos nullus erit iniquus nll'
ypocrita, nullus symon, nullus Iudas, nullus nero,
magna opa dni. in hoc tpe. ut creacio mundi. iustificacio
impii, que sunt causa laudis diuine. exquisita. i. intellecta.
ad hoc simplr. ut eant in omnes uoluntates eius. i. ut omnia
obediant preceptis eius, quia omnia que sunt in hoc mundo siue
bona siue mala, uoluntati seruiunt diuine. Confessio pctor
et magnificencia. i. iustificacio impiorum, et omne bonum qd opa
mur. opus eius est. Iuxta illud. Qui operatur in nobis ue
le et pficere. p bona uoluntate. Quia in ipso uiuimus moue
mur et sumus. Non ergo glorietur homo in se. qui iusticiam no ope
ratur. nisi iustificatus. Quid enim habes quod no accepisti. Ini
quus est deus. qui cui uult miseretur. et quem uult indurat. No
sz iusticia eius manet in sclm scli. quia sapia dei est ppetua.
et immortalis. memoriam fecit mirabilium suorum. i. significa
cione eorum que in ueteri lege opabatur. quia omnia hec scripta
sunt ad nrm doctrinam scripta sunt. escam dedit timentibz se.
hoc de historia ueteri tractum est. Ubi deus mirabilia fecit
in eductione ppli de egipto. que carne auium et manna fouit
cui aquam de petra pduxit. quia sicut illum pplm de egipto.
ita istum. s. xpianm. eduxit de mundo. uel inferno. et hoc per
mare. i. p baptismum. Sicut illum pane celi, sic istum nu
triit carne sua. Sicut illum aqua de petra, sic istum sangne
de latere suo. Et hanc. escam dedit timentibus se. i. gratiam siue
in intelligencia scripturarum, siue sacramenti percepcione cum gratia.
dat hominibus bone uoluntatis. no rebellibus. no contemptoribus

memor erit .i. memorem se esse ostendit. testamenti veteris significantis novum. ut in oblatione abrahe. melchisedech et abel per que christi oblatio significabatur. in seculum. quia post hoc aliud non erit. virtutem .i. significatum. operum suorum antiquorum. annunciavit per scripturas et predicatores. populo suo .i. credentibus. ut det illis hereditatem gentium .i. ad hoc fecit deus mirabilia sua. ut credant in deum gentes. Vel ut det illis etc. .i. christum. opera manuum eius .i. virtutes sunt. veritas quo ad salvandos. et iudicium quo ad puniendos. fidelia omnia mandata eius. et non fallentia. quia servant servantes se. et sunt confirmata in seculum seculi .i. non sunt emissa incassum ut verba humana. et sunt facta .i. completa. non dicta tantum in veritate et equitate. quia omnia complentur in libra equitatis. redemptionem misit dominus populo suo .i. christum quem promisit per quem populum suum a morte redemit. qui mandavit servare in eternum testamentum suum .i. ewangelium suum. per cuius observantiam dat eternum gaudium. et dicit in eternum. quia nullum huic succedit. sanctum et terribile nomen eius. qui tanta mirabilia fecit ab initio. merito amandus est bonis. et timendus malis. quia est advocatus piorum. et iustus iudex impiorum. Initium sapientie timor domini .i. qui sic timet incipit illuminari adeo. ut bonus proficiat. et malus resipiscat. et quia timor dei. metus iudicii. ianua est salutis. intellectus bonus .i. ipse timor per intelligentiam cognitus. bonus est. sed facientibus eum. quia servus sciens voluntatem domini sui. et non faciens. dignus vapulabit. etc. Et qui sic per timorem dei ascendit ad amorem per operis exhibitionem. nunquam quiescet per desidiam. Non. sed laudatio eius qua hic incipit manet in seculum seculi .i. eterna gloria perpetue consummabit. et sicut psalmus a laude incipit ita et in laude consummat. et hec est hereditas novi testamenti.

Beatus vir qui timet dominum. etc. Superius dixit. Initium sapientie timor domini. Nunc dicit illum timentem beatum. qui recedit a malo et facit bonum. dicit ergo. beatus vir qui timet dominum. non mundum. quo

Primo agit. quanta bona beatus vir mereatur. .L.II.

timore esset miser. quia timor dei ordinat hominem
ad beatitudinem. in mandatis eius volet nimis. i. affectuo-
sa voluntate optat implere mandata dei. quia non suf-
alias nisi faciendi desit facultas. — ficit bona voluntas, ubi faciendi non desit facultas.
potens in terra erit semen eius. i. propositum in corde erit
firmum contra omnem temptationem. potens erit contra dyabolum
per iusticiam, contra carnem per continentiam, contra mundum
per patientiam. Ita quod neque mors, neque vita separet a caritate
dei. generatio rectorum. i. opera eorum qui recte vivunt. benedi-
cetur eterna retributione, cum dicetur. venite benedicti patris
mei percipite regnum etc. gloria et divitie. i. affluentia vir-
tutum cum gloria conscientie. in domo eius. i. in secreto cordis
ubi divitie eterne cum gloria reponuntur. et iusticia eius
manet in seculum seculi. i. merces iusticie eius, erit plenum
hic agit de adventu domini qui facit beatos ex peccatoribus — gaudium. Et apparet ex hoc, quod timens deum non querit
temporaliter remunerari. exortum est lumen iusticie in tene-
bris rectis. ad hoc ut tenebras expellat, et faciat rec-
tos. tenebre sunt peccata excecantia. lumen est dominus miseri-
cors naturaliter et miserator exhibitione. et iustus iudicii re-
tributione, qui est misericors penitentibus, et iustus contemp-
nentibus. iocundus homo. i. benignus. et est acceptus
deo, qui miseretur primo ex animo compatiendo. et commo-
dat opere misericordiam exhibendo. disponet sermones suos in iu-
dicio rationis ut scilicet non loquatur aspere pauperi. cum adu-
latione diviti. et omnibus sine superfluitate. Vel dispo-
net sermones suos in iudicio. i. quibus defendatur in iudicio
futuro. Iuxta illud abbacuk. ii. Contemplabor ut videam
quid dicatur michi, et quid respondeam ad arguentem
me. Hic talis non commovebitur in eternum. i. sic compatiens
et misericors et in sermone discretus ab hiis bonis
in eternum non commovebitur. quia radix iustorum non commo-
vebitur. In memoria eterna erit iustus. ut nullo modo in obli-
vionem vadat. adeo quia generatio rectorum benedicetur. ab audi-
tione mala non timebit. quando audiet malam. Ite maledicti
in ignem eternum. paratum etc. q. d. Et unde hec gratia illi.

Audet. Quia paratum cor eius sperare in domino. non in mundo vel the-
sauris. Confirmatum est cor eius. quia nulli temptationi cedit ulla
re mollescit. et non commovebitur. videns alios ridere in hac terra
morientium. et se deprimi non commovebitur. a spe et a fide. per quam
credit deum iustum remuneratorem. donec despiciat inimicos
suos. i. donec illud tempus veniat. quo despiciat despicientes
se et similiter. donec per ut s. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
dispersit dedit pauperibus. ponit causam. quare non commovebitur.
quia dispersit. non dissipavit. dedit non vendidit. pauperibus
non divitibus. non sicut ille prodigus. qui dissipavit substantiam
suam cum meretricibus. iusticia eius. i. ipse qui facit iusticiam
am sic dando sua. manet in seculum seculi. quia deo custode nil
perit de operibus pietatis. cornu eius. cuius humilitas. modo contemp-
nebat a superbis. exaltabitur in gloria. s. eterna. ipsa gloria
domini colliget te. Peccator videbit et irascetur. q. d. quia humiles
exaltabuntur. Tunc peccator videbit hoc. et irascetur sibi ipsi sera
et infructuosa penitentia dicens. Quid nobis profuit su-
perbia nostra et iactancia diviciarum. quid contulit nobis. dentibus
bus suis fremet. pre invidia de bonorum gloria quam amisit et
tabescet. in iniquitatibus suis. desiderium peccatorum peribit a beatis
quia nichil desiderabilium habere poterit. nec presencium nec futurorum
quia omnia evanuerunt a beatis tamquam umbra.

Laudate pueri dominum. psalmus iste sicut et alii pre-
cedentes agit de laude. et merito laudandus est
qui merito humilitatis gentes assumit. Unde
tales digne deum laudant. quibus non obstat superbia. Pro-
terea puer in medio stans. concludit laudem. d. Benedictus
domino. dicat igitur. laudate pueri. O vos pueri. i. puri et sim-
plices. non sensu sed malicia pueri. non superbi sed humiles.
laudate dominum in essentia. laudate nomen domini. Nomen domini
laudat. qui virtutes eius predicat. et qui operatur quod predicat
Ecce dixit qui et quem laudare debet. Nunc subdit quomodo
d. Sit nomen domini benedictum. modo in predicatione. modo in gratiarum
actione. modo in cantu glorie. et hoc non ad horam. sed
ex hoc tempore. nunc et usque in seculum. futurum. Et vere qui non cessat

∴ hic adversa impiis evenire dicit.

Aug. Sit senectus tua puerilis et puericia senilis ut nec sapientia tua sit cum superbia nec humilitas sine sapientia ut laudes deum in seculum seculi.

¶ B[er]n[ardus]. Nichil adeo repn̄tat
q[u]oddam celest[is] h[ab]itac[i]o
nis statum / sic[ut]
alacritas
laudanci[um]
deum.

laudare nome[n] d[omi]ni in hac miseria / no[n] cessabit laudare
eum in eterna patria. a solis ortu usq[ue] ad occasu[m]. p[er] hoc
i[n]nuit q[uod] ubiq[ue] laudandus est deus / v[nde] in p[re]f[atione]. nos tibi s[em]p[er] et
ubiq[ue] gr[ati]as agere dignu[m] est, excelsus sup[er] o[mn]es gentes
d[omi]n[u]s. dicit ta[m]e[n] quare sit laudand[us] et dicit. excels[us] s[upe]r o[mn]es
ge[n]tes d[omi]n[u]s. i. sup[er] o[mn]ia t[er]rena, [et] sup[er] celos. i. celestia gloria
eius. Quis sicut d[omi]n[u]s, hic p[ro]pheta met laudat deu[m] d[icens]. Quis
sicut d[omi]n[u]s deus n[oste]r. tam magnus / tam pote[n]s. tam benig
nus / qui in altis h[ab]itat. i. in sanctis quos altos facit
et in h[u]militate [con]servat. et h[u]milia respicit. no[n] despicit
in celo. h[u]miles angelos [con]firmando. et in t[er]ra. h[u]miles pe
nitentes iustificando. ysa. Ad que[m] respicia[m] nisi ad paup[er]
culum et h[u]milem et treme[n]tem sermo[n]es meos. Suscitans
sola gracia inopem, qui nec opem nec opes habebat g[ra]ti[e].
a terra. i. a terrenor[um] cupiditate. et de stercore. carnalis vo
luptat[is]. erigens pauperem. quia voluptas carnis aufert
et res et intellect[u]m et vires / talem pauperem ad hoc erigit
ut collocet eum. tunc inopem et miseru[m]. modo [con]sum[m]atu[m]
et divitem cu[m] p[ri]ncipib[us] p[o]p[u]li sui. i. cum angelis. vel cu[m] ap[osto]lis
Unde. felix talis pauper / cui[us] vita ap[osto]lica / et gl[ori]a angelica
qui h[ab]itare facit sterile[m] in domo. i. illam a[n]i[m]am. que prius
erat sterilis ab om[n]i bono. p[er] respectum gracie. facit eam
fructificare in bonis opibus. usq[ue] ad eternam gloria[m]. ma
tre[m] filior[um] letante[m]. i. facit eam matre[m] letatem. de operum
sp[irit]ualiu[m] multiplicac[i]o[n]e. Vel p[otes]t intelligi de gentilitate
que sterilis fuit / et postea seme[n] eius crevit in milia
Iuxta ill[u]d. Ego sterilis. et istos quis genuit / de quibus
letat[ur] m[at]r ecc[lesi]a militante / et habebit plenu[m] gaudi[um] i[n] triu[m]phante.

In exitu isr[ae]l de egipto. In sup[er]iori ps[alm]o. laudabatur
deus p[ro]pter vocac[i]o[n]e[m] genciu[m]. hic laudat[ur] p[ro]pter
vocac[i]o[n]e[m] iudeor[um] / dicit ergo. In exitu isr[ae]l. i. qu[ando]
exivit p[o]p[u]l[u]s sp[irit]ualis isr[ae]l de egipto. i. de tenebris et de angus
tia. quia hec egiptus int[er]p[re]tat[ur]. quia p[e]cc[atu]m facit tenebras
p[ro]pter erroneam elecc[i]o[n]e[m]. et facit angustias p[ro]pter [con]scie[n]
ciam remordentem. domus iacob. q[uo]d idem est. de populo

barbaro .i. de infideli vel malorum consortio. Tunc facta est iu-
dea sanctificatio eius .i. tunc per fidem confessus deum et sanctificata
est et israel potestas eius .i. per hoc israel factus est potens et virtuosus
qui prius in peccato seruus erat. quia dedit eis potestatem filios
dei fieri. Et hoc mare uidit et fugit .i. amaricati homines
seculi. Videntes hec mirabilia dei. alii conuersi sunt relinquentes
amaritudinem peccati. alii fugati locum dederunt iusticie et veri-
tati. et iordanis. quod interpretatur descensus. sicut humiles bap-
tisatos. hii conuersi sunt retrorsum .i. redierunt ad deum vnde
orti sunt. et sic conuerterunt deum ante faciem. quem retro habuerunt
et tunc posteriorum obliti. in ea que ante sunt extendebantur. hoc
considerantes montes .i. apostoli. graues per maturitatem. subli-
mes per auctoritatem. prius sole illuminati per intelligentiam. aquam
fundentes per predicationem. exultauerunt. laudantes deum qui sunt
ut arietes. duces populi. qui cornibus vtriusque testamenti hereticos
et supersticiosos debellant. inobedientes ecclesie. et fidei sancte
potenter extirpant. et nemo poterat resistere eis. et colles
.i. minores sancti successores apostolorum. simplices. mansueti et be-
nigni. Sap. xix°. tamquam agni exultauerunt. magnificantes
te domine. qui liberasti eos. quid est tibi mare quod fugisti .i. quo
actum est quod impedimenta secularia. que detinebant homines
a salute. cesserunt et euanuerunt. et tu iordanis quia conuersus
es retrorsum .i. vos qui vanis desideriis aliquando defluxistis. quomodo
conuersi estis retrorsum .i. a vanis viciis desideriis separati estis.
montes exultastis. Sequitur repeticio gaudii apostolorum et discipulorum
christi. super multiplicacione fidelium. qui viderunt homines mundiales
et carnales. cum domino et pro domino vsque ad mortem humiliari et
fieri. sicut agnos vel oues. occisionis tota die. A facie domini
mota est terra. ipsi qui considerat ridet. quia vnus auctor est
qui iordanem et mare fecit obstupescere. et montes et colles
exultare. Ideo hec facta sunt quia terra .i. terrenus. que prius pigra
erat ad bonum operandum. mota est. a sua supersticione. et hoc. A
facie domini .i. ex presencia domini. qui dicit vobiscum sum vsque ad
consummacionem seculi. Vel a facie domini .i. a cognicione domini. vel a
facie domini .i. ab ira eius. quam preuidet futuram. a facie dei iacob.

i. qui facit suos fortiter luctari cum viciis et concupiscenciis suis. Qui convertit etc. q. d. ille est solus auctor omnium bonorum qui convertit petram durissimam i. cor durum in stagna aquarum i. gracie et virtutum. et rupem id est cor. vel apostolum in fontes aquarum i. in habundanciam scripturarum fluencium ad alios / per predicacionem ut in paulo. Non nobis. q. d. deus convertit nos et non ipsi nos / Ideo. o domine non nobis. quia nichil habemus ex nobis ex eo. quia omnes peccaverunt. et egent gloria dei. Et quid habes quod non accepisti. sed nomini tuo da gloriam. ut pro bonis nobis datis / gloriosus appareas. super misericordia tua etc. q. d. de bono nostro non nobis / sed tibi gloria / quia a te habemus / quidquid habemus supra v. de misericordia tua. Tit. iii. Non ex operibus iusticie que fecimus nos / sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. et veritate tua qua promisisti. et adimplesti. sicut de aduentu filii / et de iustificacione impii. Vel et veritate tua. quia iusto et vero iudicio tuo. aliquos in errore dimittis / frequenter coniungitur in scriptura misericordia preces / et veritas puniens / nequando dicant gentes. q. d. domine deus glorifica nomen tuum / nequando i. aliquando dicant gentes volentes deum videre oculis / sicut idola sua. ubi est deus eorum. q. d. nusquam est. qui visibilis non est. Unde ps. dicit. fuerunt michi lacrime mee panes die ac nocte / dum dicitur michi per singulos dies ubi est deus eorum. Et ridet eorum derisive questionem dicens deus autem noster in celo i. per manifestam apparenciam. Iuxta illud Celum michi sedes est. omnia quecumque voluit fecit. Iuxta illud omne consilium meum stabit / et omnis voluntas mea fiet / Simulachra gencium argentum et aurum opera manuum hominum. os habent et non loquentur. oculos habent et non videbunt. etc. usque similes illis que omnia ad literam patent / quia dii gencium sunt insensibiles / et per consequens vivens bestia melior est illis. Unde materia eorum est ex hiis que creavit deus / sed forma est ab homine in malum suum. Sed hiis arguuntur prelati specialiter licet possit moraliter ad omnem christianum extendi. arguuntur quantum ad ingressum / quantum ad progressum / et quantum ad egressum. Ingressus malus primo quia mouetur ambicione honorum / cupiditate diuiciarum / et voluptate deliciarum / et sic dicitur argentum et aurum.

Scdo. quia placatores eorum fabricant. non adeo, sed fallacias
aduocatorum et carnalium amicorum precibus et tunc dicitur opera
manuum hominum. de illis dicitur ozee. Regnauerunt et non ex
me. principes extiterunt, et non cognoui. Egressus eorum peior.
quia sunt muti ad docendum. et sic dicitur. os habent et non loquen-
tur. Et quia ignari sunt ad cognoscendum. Ideo dicitur oculos
habent et non videbunt. de talibus dicitur. ysa. lvi. pastores ignorauerunt
intelligentiam, quia erubescunt discere. Ideo dicitur aures habent
et non audient. dicitur tamen eis. Sap. vi. Audite reges et intelligi-
te. discite iudices finium terre. et illud. Erudimini qui etc. quia
indiscreti sunt. ad iudicandum inter bonum et malum, inter
lepram et lepram, sic dicitur de eis, nares habent et non odora-
bunt. contra quos dicitur ysa. et erit pro suaui odore fetor, quia
sunt pigri ad dandum boni operis exemplum. Ideo dicitur.
manus habent et non palpabunt. Prouerbiorum dicitur de pigro. Noluerunt
quidquam manus eius operari, unde si quando bene dicunt, non tamen
faciunt. gen. Vox quidem vox iacob. sed manus sunt esau.
Egressus eorum pessimus, quinto quia deuiant a via recta, et
sic pedes habent et non ambulabunt. sed quia non cantant in
choro, Ideo non clamabunt in gutture suo. ysa. non tacebunt
tota die et tota nocte laudare dominum. Similes illis fiant qui fa-
ciunt ea et omnes qui confidunt in eis. hoc non dicitur voto maledi-
centis sed predicentis, quia sicut idolum nichil est, sic qui illud
veneratus fuerit. propter illud peccatum in nichilum veniet.
Vel sic. similes illis fiant. i. intelligant se esse illis similes
et orent et laborent ut illis dissimiles fiant, ad deum vere
se conuertendo. domus israel sperauit. ostensis vanitatibus deorum
falsorum gentilium. hic ondit christiane religionis vtilitatem.
q. d. gentes confidunt in simulacris et errant, sed domus israel.
i. generalis fidelium ecclesia. sperauit in domino. mundo abiecto, sed
non dimitte possent in pacia. deus adiutor eorum. in bonis
agendis. et protector eorum est. contra fraudes dyaboli. et contra
violencias tirannorum. domus aaron. q. d. non sola israel.
communis vz populus, sed et aaron. i. principes. sperauit in domino. non
in simulachris surdis et mutis, vel domus aaron. fortes,

Canes muti non
valentes la-
trare.

s. doctores ecclie. sperauerunt in dno. Iuxta illud auxilium meum ad.
qui timet dnm speravit in dno. i. qui habent hec duo s. timo
rem et spem puenient ad btitudinem p adiutoriu et ptec
tione dei. quia timuimus et speravimus. Ideo dns memor fu
it ut p filiu suu missum confortet nos. et post confusionem
benedixit nobis hic infundendo gram et tande consumando
ad gloriam. benedixit domui isrl. i. fideli comunitati. benedixit
domui aaron. i. ordini sacerdotali. illis ut humilit obedi
rent, istis ut humilit imparent. benedixit oibz qui timent dnm
pusillis cu maioribz. Sicut dr act. In veritate compi, quia
no est psonarum acceptor deus, sz in omni gente. qui timet
deum. et opatur iusticiam acceptus est illi. Et Sap. vi. pusil
lum et magnum ipse fecit, et equalit cura est illi de oibz
et ex hoc patet lra adiciat dns sr nos. q. d. o vos magni
addiciat dns sup vos. i. ad mum vrm crescatis numero et mo
r sup filios vros. sicut fcm est quia crevit nus magnorum
pdicatorum, sic ecc suscitet dns filios abrahe de lapidibus
gentilitatis. et crescat nus discipulorum et obedienciu pplorum
Ergo vos utriqz ptres et filii magni et pui. benedicti. estis
dno. p gracie diffusione. qui fecit celu et terram. i. omez nam
s. terrena et celestem. celu celi dno. ad lram patet, sz celu
celi dno. quia benedixit pusillis et magnis, aliquos
magnos p semet instruendo. ut paulu. et ceteros aplos
quia hii sunt celi in quibus xpc habitas. terram aut dedit filiis
hominu. i. minores sanctos. qui quasi terra sunt. ordinarie
instrui p alios sanctos. et qui no recipiunt vitam p pdi
cacionem aplorum et successorum suorum moriuntur. et a mortuo
quasi ab eo qui no est. perit confessio. pptea subdit. no mor
tui. in pcto ignorancie laudabunt te, quia no est spe
ciosa laus in ore pctoris. et sine fide impossibile est
placere deo, et credere no possumus sine pdicante. neqz oes
qui descendunt in infernum. i. in pfundum pctorum, quia pctor cu
in pfundum venit contempnit. sz nos qui vivimus vita
gracie benedicimus dno. i. laudamus dnm. ex hoc. i. ex quo
cepimus. nunc. s. pgrediendo, et usqz in seculum. i. sine fine.

Quam videbimus et amabimus, amabimus et laudabimus dominum
deorum, in secula seculorum amen.
Dilexi quoniam exaudiet dominus. Intencio psalmiste est laudare deum
pro liberacione a captiuitate peccatorum. quia iudei et
gentiles in vnitatem conuenientes fidei, qui vno
ore laudantes dicunt. dilexi. non propter temporalia quibus habun
dant, sed quoniam exaudiet dominus vocem oracionis mee. dando michi
spem et desiderium. perfectionis bonis. scilicet redempcionis. quia inclinauit
aurem suam michi. dominum pro nobis filium suum misit. et in diebus
meis. id est in diebus miserie mee, quam michi feci peccando. inuocabo. scilicet in fide orabo. et gratias pro redempcione mea agam
et nondum. quod dicit. Inclinauit aurem, quia auris dei patris est filius
quia per autem vox venit ad adam, sic per filium oracio nostra ad
patrem. et propter hoc omnes oraciones ecclesie terminantur per filium,
per dominum nostrum etc. hanc aurem inclinauit, quia filium incarnari
fecit. Vnde modo sunt dies mei ad inuocandum, quia inclina
ta est auris dei ad exaudiendum. quia quicumque inuocauit nomen
domini hic saluus erit. circumdederunt me dolores mortis. id est morta
litas et passibilitas que faciunt me mori. et pericula inferni
id est temptaciones peccatorum mortalium, quibus ducatur ad infernum
quesierunt et inuenerunt me. id est irruerunt in me. conturbauerunt
me. tribulacionem et dolorem inueni. quasi dicat. prius me dolores inue
nerunt nescientem Sed ego iam tribulacionem adeo uel ab ho
mine michi inflictam et dolorem. id est penalitatem inueni. id est
cognoui esse vtilem, et propterea nomen domini inuocabo. id est lauda
bo, et ut misericordie conseruet orabo. dicens. Da nobis
auxilium de tribulacione. adhuc orat. dicens. o domine qui es miseri
cors, libera. ab hac miseria animam meam. Sicut et paulus
orabat. dicens. Infelix ego homo, quis me liberabit a corpore mortis
huius. misericors dominus. hoc est quod paulus subdit. dicens.
Gracia dei per ihesum christum dominum nostrum, et nullus dubitet
de deo, quia misericors dominus. quia inclinauit in aurem suam
et iustus quia flagellat. et deus noster. iterum miseretur. quia
tandem purgatum et emundatum, ad beatitudinem eternam
inducat, et hic flagellat omnem filium quem recipit, quia dominus

est custodiens, ut pastor, parvulos, i. humiles, quos grandes
querit facere heredes, et propter hoc ego humiliatus sum, ex corde
Deo liberavit me. Convertere anima mea, plena affectione et de-
siderio, in requiem tuam tibi promissam. Iuxta illud: festinemus
ingredi in illam requiem. Vel in requiem tuam, i. in deum, quia
non est requies mentis nisi in deo. Quia dominus benefecit tibi,
i. memor sis, o anima, beneficiorum dei, scilicet creationis, redemptionis
et iustificationis, et super omnia conservationis, et grandium pro
beneficio glorificationis. Quia eripuit animam meam de morte,
i. infidelitate, que mortem operatur, oculos meos a lacrimis
non devotionis, pro desiderio vite, sed afflictionis pro timore inferni,
pedes meos, i. affectiones, a lapsu recidivi. Sed hec modo
in spe, postea habituri sumus in re. Ubi absterget deus omnem
lacrimam etc. Et tandem placebo domino perfecte, quia nullus lap-
sus erit ambulancium pedum, nullum lubricum erit infir-
mitatis, et hoc in regione vivorum, i. in celo, quia infernus
est regio mortuorum, mundus regio morientium. Ibi quoque plene
placebo gloriose confortatus, qui prius displicui turpiter defor-
matus. Ad quam regionem perducat nos Ihesus Christus. Amen etc.

C19 Credidi, propter quod locutus sum. Iste psalmus agit de constancia
fidei in tribulatione, et de pacientia martirum. Propheta
ergo in persona martirum, commemorans dei beneficia,
primum beneficium dicens fidem, secundum confessionem, et dicit: Credi-
di firmiter christianam veritatem, propter quod locutus sum, quia
corde creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad salutem. Unde
qui perfecte credit ex amore, non tacet, sed qui audit dicat veni,
tamen non contentus, si solus salvetur. Et est rectus ordo, ut
primum credat, et postea loquatur. Non enim perfecte credit, qui
quod credit non loquitur. Ego autem, qui locutus sum non ipsum
verbum, humiliatus sum nimis, i. vehementer afflictus et vilifica-
tus ab incredulis. Ego dixi in excessu meo, q. d. nec virtus et
effectus verbi dei homini attribuetur, quia dicit: non enim vos estis qui loqui-
mini sed spiritus patris vestri qui etc. Ego igitur in excessu, i. in contemplatione
eternorum vidi, et dixi: omnis homo mendax, i. per se sine adiutorio
dei est falsitas et vanitas, nichil potest predicatione efficere.

¶ Ego dixi in excessu meo. Ubi consi-
deravi quod deus, a quo omnia bona fluunt,
quasi de fonte et refluunt, hic solus
verus est, et ideo veritas est, omne enim
quod est, verum est, quod non est, falsum est.
Et deus vere est, ergo veritas est. Creata autem ei collata quasi non est. Et ideo
quasi falsitas est ad veritatem. Omne enim quod ex nichilo esse cepit, in nichilum
redigi potest. Sed omnis creatura adeo ex nichilo producta, ad aliquid esse est producta.
Igitur si ei comparatur, nichil esse probatur.

nisi deus det voti virtutem. et quia per confessionem fidei humi-
liari meruit. gratus de dei beneficio dicit. Quid retribuam domino.
cum sim miser et egenus et pauper. pro omnibus que retribuit michi
quia creavit me cum non eram, recreavit cum perieram.
ad mortalem descendit mortem pro me sustinuit. Certe Ca-
licem salutaris accipiam. i. potionem passionis ihesu bibam
et dicit calicem. quia passio sub mensura datur. Iuxta illud
fidelis est deus, qui non patietur vos temptari super id quod
potestis ferre. Salutaris dei. i. ihesu. Iuxta illud potestis bibere
calicem quem ego bibiturus sum. Accipiam dicit. propter desiderium
et amorem. i. hilariter recipiam. quia hilarem datorem diligit
deus, et nomen domini invocabo. i. gratias agam. et laudabo. vel
in tribulacione auxilium a deo postulabo. d. da nobis auxilium
de tribulacione, et quia desidero calicem domini. vota mea. s. deside-
ria mortis domino reddam. sicut ipse pro me, sic ego pro eo moriar
coram omni populo eius. non erubescens fidem eius, sicut illa que
letanter ibat ad carcerem, nec mirum quia preciosa in conspectu domi-
ni mors sanctorum eius. Iuxta illud. Beati mortui qui in domino moriuntur
O domine quia ego servus tuus. iure s. creacionis. ego servus tuus.
iure redempcionis. et filius ancille tue. i. ecclesie catholice. alias
martirium non valeret. dirupisti vincula mea. i. peccata. vel
sensualitatem me ligantem. Iuxta illud. Habeo aliam legem
in membris meis etc. que vincula rumpuntur quia omnia
sanguine christi abluuntur. Et quia dirupisti. ideo sacrificabo
tibi hostiam laudis. i. meipsum. et nomen domini invocabo. i.
laudabo et gratias agam. quia ligatus funibus peccatorum
et malarum concupiscenciarum. nichil horum facere potest. vota mea.
i. meipsum. qui sum ymago eius, et illa deo reddenda est. Iuxta
illud. Reddite que sunt cesaris cesari. domino reddam. a quo me
per peccatum disrupi. in conspectu omnis populi eius. ut omnis edificetur. Iuxta
Sic luceat lux vestra etc. in atriis domus dei tui. i. in fide catho-
lica. in medio tui iherusalem. i. pacifice et benigne. In medio ecclesie
est concordia. ut sic infimum per medium reducatur ad summum. ad quod.

Laudate dominum omnes gentes. Iste psalmus intendit laudem
dei. per confirmacionem ecclesie. ex gentibus et iudeis congregate.

> Hic versus tante virtutis dicitur ut peccata dimittat. si in fine vite dicatur trina confessione ut dicit glosa ordinaria.

Et dicat. laudate dominum omnes gentes. pro eo quod ab eo estis creatae et ad fidem vocatae ex gentilitate. laudate eum omnes populi. i. ex iudeis conversi. Et huius laudis causam subdit. d. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius. i. in eo quod nos misericorditer ad suam misericordiam adduxit per praedicationem, et spiritus sancti missionem et veritas domini. i. christus, qui est via veritas, et vita. Veritas inquam promittens et implens. manet in eternum. quia dixit vobiscum sum. usque ad consummationem seculi per gratiam gubernantem. et conservantem.

Confitemini domino quoniam bonus. Iste psalmus sicut et ceteri priores monet ad laudandum deum. et dicit. confitemini. i. laudate dominum. quoniam bonus, solus essentialiter, a quo omne bonum participatur, et in hoc patet bonitas eius. quoniam in seculum misericordia eius. i. eternaliter duratura bona concedit. dicat nunc israel. i. videns deum. populus videlicet christianus illuminatus per fidem dicat laudem nunc. i. statim sine dilatione pro eadem causa sicut prius, quoniam bonus. et in seculum misericordia eius. dicat nunc domus aaron. i. ordo sacerdotalis, etiam laudet dominum pro singulari misericordia, qua nunc dotatus est, et in futuro pro bene administrato officio, dotabitur dote perfecta. dicat. hoc idem nunc omnes qui timent dominum. i. pusilli et magni. quoniam in seculum misericordia eius: pro qua mundum. carnem et dyabolum vicit. Confitemini domino. quia de tribulatione. i. de afflictione pene. et de temptatione culpe. in qua arctiabar et pene suffocabar invocavi dominum. i. ad orationem confugi. et exaudivit me in latitudine. quia de angustiis liberavit me. Vel in latitudine praemiorum. posuit per fidem et caritatem. dominus mihi adiutor. Ecce quo exaudivit. dominus mihi adiutor. confortans et dirigens, et ideo. non timebo quid faciat mihi homo. affligens per iniuriam. Vel homo. i. sensualitas temptans per carnem. quia illi vincam per patientiam, istum per innocentiam et [illegible] per fidem et constantiam. dominus mihi adiutor. et ego despiciam inimicos meos. prius dixit non timebo. hic dicit despiciam. quod plus est, et hoc completum est in martiribus. qui tirannos tamquam culices despiciebant. vel non timebo pro constantiam in presenti, sed despiciam

in futo. vbi psecuitatem derisui erunt inimici. Et ex q° dns
est adiutor. ergo bonu est i. melius est. cofidere in dno. cot
mala quecuq3 seculi vl dyabli. q cofide in hoie carnali. quia
maledictus qui cofidit in hoie. et ponit carne brachiu suu
et est abusiua compacio. quia no in homine cofidendu. ymo
quod plus est. bonu est i. melius est. spare in dno. q spare i
pncipib3. i. in angelis. qui dicunt pncipes. sm p. pueneru
pncipes councti psallentib3. Unde nec in hominib3 nec in an-
gelis est sperandum. nisi inqntu sut ministri dei. et qn nos redu-
cunt ministerialit ad deum. s3 in solo deo sperandum est. quia
solus bonus potens et sapiens. et cotines vniusa. Omes
gentes circuierut me. dicit eccla pmitiua. quia totus mund9
cotra xpm. que extingue volentes. xpianos psecuti st.
querendo explorando. nuc minis. nuc trroribus. temptan
tes me auertere adeo. et no pualuerut. quia dns m adiutor
erat. s3 in noie dni ultus su in eos. quia alij couersi. penas
sustinuerut penitendo. alij obstinati. tormetis deputati st
sempiternis. Circudederut me. qi in obsidione. p9
gentes nominate sunt. nuc dicit de iudeis. qui pus capt intm
i. xpm. postea mebra ei extingue conati sut. s3 eo mo fcm
est de eis. sicut de gentibus. quia in noie dni ult9 su in eis
vt d. circudederut me sicut apes. adhuc dicit eccla de se in mebs
et de capite suo xpo. circudederut me. ut apes suis dolis. quia
apes mel gerit. et aculeum. In xpo sic. Magister scim9 qa
verax es. ecce mel. deinde. crucifige eum. ecce aculeus. Mem
bris aut eius. aculeu in passionib3 et plagis. mel vo in hbti
litate mei. ministrauerut. et exarserut sicut ignis in spinis.
quia erat iracundi et inuidi. Inuidia cobruit. et ira sonat.
et vtroq3 vicio. tamq fumo. maligni excecati sunt. qui in
malicia psistert. alij ad lacmas compulacois p cofusione et
penitencia. peruenerut. et hoc est quod sequit. in noie dni. qa
ultus su i eis. Impulsus euersus su. q. d. exarserut in me minim
i. sicut ignis. in tm. q impulsus su. temptamentis corp. et eu
sus su. quada animi vacillacoe. fere. ut caderem a statu grace
Et quia no psumpsi de me. dns suscepit me. ne caderem. qa

ipse est fortitudo mea. sine quo nichil valeo. et laus mea. iuxta
illud. dominus fortitudo mea et laus mea. et factus est michi in salutem.
vox exultacionis et salutis in tabernaculis iustorum. id est in secreto cordis
quia secura mens. quasi iuge convivium. quia licet boni afflicti
sint exterius, tamen gaudent de spe future, et hoc mali non vident.
Sed unde eis hoc. quod gloriantur in tribulacione, statim ostendit
cum subdit. dextera domini. id est potencia patris per christum qui est dextera
patris. fecit virtutem. in anima mea. per quam dyabolum expulit
et peccatum. dextera domini exaltavit me. in operibus virtuosis promo-
vendo. Magna enim virtus est exaltare humilem, deificare homi-
nem, prebere in infirmitate perfectionem, de subiectione gloriam, de passione
victoriam. Propter hoc subdit. dextera domini fecit virtutem. et ex
quo tanta bona fecit michi dominus, confidenter dicam laudan-
do et gracias agendo, non moriar morte culpe. sed vivam. vita
gracie, et narrabo. predicando. opera domini. quanta fecit anime mee.
castigans castigavit me dominus. repeticio frequenciam significat
id est correpit me et emendavit me ad vitam. Nichil ergo sibi assi-
gnabat impius. si seviunt in iustos, quia deus castigat. et morti
non tradidit me. morti enim non traditur, cuius vicia purgantur.
quia sepe pater per nequam servos, emendat filios, cum tamen
illis penam, istis preparet hereditatem, et ex quo castigati
tribulacionibus, debent hereditare vitam eternam. Tunc er-
go vos crudeles carnifices, qui habetis hanc in me admo-
nitatem. aperite michi portas iusticie. id est vos persecutores pe-
nas ingerite, quibus soluta carne per mortem, a iusto
deo inflictas. ingressus in eas per mortem. confitebor domino. id est
laudabo dominum. hec porta domini. per quam dominus ihesus dans exem-
plum martiribus. per mortem crucis intravit ad gloriam
suam. iusti intrabunt in eam. id est per eam ad vitam eternam
quam non omnibus sed specialibus suis, concedit dominus ihesus. ut s-
per iusticia tribulentur. quia talium est regnum celorum. Ingres-
sus autem in eam. quid faciam. Ibi. confitebor domino. id est laudabo
gracias agens. quoniam exaudisti me. in tribulacione clamantem ad te.
et factus es michi. via recta. in salutem. id est in vita eterna
ubi est laus perpetua. et leticia sempiterna. lapidem quem

Vel aliter. vos predicatores aperite
michi portas iusticie prescriptas
ut ego cognita via ingrediar
ad vitam, et merear laudare
deum. et tamen non arrogetis
vobis per superbiam, ac si vos ap-
peruissetis michi. Scitote quia hec
est porta domini. et ipse per vos
vel per se aperit, et iusti. id est iusti-
ficati intrabunt in eam, et
permanebunt ipso adiuvante,
et illuminante.

reprobauerunt edificantes. Ecce per quem factus est michi in salu-
tem. per lapidem angularem .i. xpistum. quem edificantes reproba-
uerunt. Ubi nota quod iudei soli erant edificantes se et alios in cultu di-
uino per legis obseruacionem, alijs omnibus per ydolatriam destruc-
tis. sed iudei preciosum lapidem abscisum sine manibus in lege
et prophetis inuenerunt. quem postquam humilem viderunt eum de-
spicientes reprobauerunt tunc quando flagellatum mortificauerunt.
qui post resurrectionem factus est in caput anguli .i. angula-
ris. quoniam per fidem iudeorum et gencium populos coniunxit. ut sit
unum ouile et unus pastor. A domino factum est illud. non a iude-
is. sed adeo consilium processit. ut xpistus per redempcione humani generis
moreretur. licet non poterat fieri. nisi per passionem, quia opor-
tebat xpistum pati et sic .in. et est mirabile in oculis nostris
.i. amabile. quod eius reprobacione sumus electi, eius humiliacione
sumus exaltati, per eius mortem viuificati. Hec est dies
quam fecit dominus. licet omnes dies fecerit dominus, tamen anthonomastice
dicitur fecisse hunc diem. scilicet redempcionis. uel diem resurreccionis
vel generaliter. hec dies .i. totum tempus vite. Iuxta illud Ecce
nunc tempus acceptabile. ecce nunc dies salutis, in quo exul-
temus per fidem, et letemur per dileccionem. O domine saluum .q. d.
O domine vnitus sum membris ecclesie per te lapidem angu-
larem. saluum me fac. dando perseueranciam et constanciam
in mundanis periculis. O domine bene prosperare .i. dirige nos per
temet ipsum, quia tu es via, dirige nos ad te. qui es vita
Benedictus est xpistus. qui uenit in nomine domini .i. ad hoc ut sal-
uos faceret credentes et tamquam vero domino obedientes. Benedi-
ximus vobis. q. d. licet xpistus dominus saluauit nos omnes paruos
et magnos, Tamen nos ecclesie apostoli, et alij prelati successores
eorum. ministri xpisti benediximus sacramenta ministrando vobis de
domo domini .i. in ecclesia fidelibus in qua dantur benedicciones sacra-
mentorum et predicacionum. Et ex hijs deus qui creauit dominus
qui protegit. et illuxit .i. per manifestam fidei cognicionem
reuelari dignatus est nobis, tam hijs qui ex caritate
ministrant, quam hijs qui humiliter cum gratia beneficia spiritualia per-
cipiunt. Unde vos omnes qui tanta cognoscatis vos recepisse ad-

cōstituite. firmiter in animo. diem sollēpnē. i. vacate a ma-
lis opibus. in cōdensis. i. in multitudine v̄tutum. usqꝫ ad
cornu altaris. i. usqꝫ ad imitacōm passionis xpi. v̄l usqꝫ
ad cornu altaris. i. usqꝫ ad maifestā visionē deitatꝭ. que est
cornu. i. sublimitas hūanitatꝭ xpi. que hūanitas est nr̄m
altare. quia in fide eius offerim⁹ deo opa nr̄a. deus meus es
tu. o dn̄e ihū. tu es deus meus. et v̄niusoꝝ. et qui me re-
demisti. cōfitebor tibi. i. laudabo te. deus meus es tu. qui ad
celum ascendisti. et exaltabo te. i. exaltatū p̄dicabo. cōfite-
bor tibi. cōfessione laudis. qm̄ exaudisti me. invocantē in
temptacōne. et factus es michi in salutē. i. p̄ te saluatus sū
cōfitemī dn̄o qm̄ bonꝰ. etc̄. ut s̄. dcm̄ est. et repeticio eiusdem
freqēter innuit deum debere laudari. et merito qui debēt
in eterna vita eternalit̄ laudare. debent hic p̄ suo valore
laudem dei usitare. ¶ Sed iste psalmus fere p̄ totum
potest intelligi de ecclia triūphante. ut si dicat eis. vos
omēs v̄niūsalit̄ pusilli et magni. qui videtis deum. modo cō-
ram. isrl̄ et aaron. i. cōfessores et m̄res. et qui timentes
deum amastis. et recessistis a malo. qui habuistis deū adiu-
torē et p̄tectorem. in quē sp̄astis potius q̄ in homīb; et p̄n-
cipibus. qui vos de cīrcūdantibus. et trucientib; dolis. et dolo-
rib; liberauit. et vl̄cōnē de inimicꝭ v̄ris fecit. qui vos ne
caderetꝭ. post impulsionē suscepit. qui dexterā sua mirabilit̄
ne moreremī p̄texit. qui vos p̄ lapidem angularē in por-
tas iusticie introduxit. et p̄ eum salutem vobis tribuit
In die quā vobis fecit dn̄s. cōstituite sollēpnitatē. et cōfi-
temī dn̄o. qm̄ bonus est ut cernitꝭ. qui nō v̄ris meritis.
s; sua bonitate fecit vob̄ hec omīa. laudate et supexaltate
eum in secula. et g̃a cōgaudem⁹ vob̄. cōpatimini nob̄. ꝉ

118 Beati imaculati in via. Iste psalmus est singlaris
laus dei. in quo p̄mo agit de incipientibus
et postea de p̄ficientib;. ibi. legem pone. et
demū de p̄fectis. ibi. mirabilia. In quo singli
octonarij. hn̄t singulas lr̄as de alphabeto hebraico p̄notā-
tas. ut sicut pueri p̄ p̄mas lr̄as usum legendi capiunt.

Ita et nos p huiusmodi elementa vsum bti vivendi capientes
ad maturitate pfectois veniamus. Singule aut lre sut qi
tituli suorum viij versuum. cotinentia eorum declarantes huius aut
octonarij titulus est aleph. i. laus dei, quia in his vere deus
laudat. in quibus est remissio pctorum de qua agit in ps. vt
patebit. Aleph prima lra inspirat doctrina. quod est gne toti
ps. quia redolet doctrina, et est qi prologus aliorum octonariorum
tangens breviter que in aliis cotinet. Et quia costat. q omnes
boni et mali, volut esse beati. adeptis que cupiunt, et ne
errent in via, et modo querendi dr eis. Beati. et vere beati
sut illi, qui sut imaculati. i. sine macula culpe. in via huius
vite, vel in via. i. in xpo, qui est vera via. sine devio. et qui am=
bulat ex affectu. in lege dni. i. pceptis custodiendo et obedie=
do. et bti qui scrutat testimonia eius. i. scripturas ad intellige=
dum. in toto corde non diviso. exquirunt eum. i. pfecte qrunt
eum, no aliud tpale, quia ad hoc debet legi et investigari
scripture. vt deus cognoscat et diligat, et tandem possidе=
at. Et vide hic ordine doctrina plenum. Ante est enim vita q
doctrina, quia cepit ihs face, et postea docere. Et hic dr prius
bti imaculati. i. bone vite, et postea bti q scrutat testimonia
ad docendum. Et apls docet epm. prius ee sobrium pudicum
et irreprehensibilem, et postea doctore, vt prius cosuescat
bona agere. et postea doce. Et legalis sacerdos induebat
prius suphumeale et postea rōle. Non enim. q. d. hij sut
beati qui ambulat in lege dni, et sut immaculati. sz mali
sicut sut heretici et pharisei, qui sedebant in cathedra moysi
aliud facientes et aliud docentes, non sut bti, et hoc est quod
subdit. non enim qui opant iniquitate. i. sut actu in pcto. vl
voluntate peccandi. in viis eius ambulaverunt. i. in doctrina
aplorum et pphetarum. Via aut in singulari dicit xps, et hic
p iniquitatem. no notat pctm veniale, sine quibus pp
corruptam natura. nemo est, sed notat mortale sine ppo=
sito emendandi. Tu mandasti. q. d. bti sut. qui scrutant
testimonia, quia tu mandasti. in pphetis. in lege ptermet=
tam vt p aplos tuos, mandata tua custodiri nimis. i. valde.

Non dr imaculati in pslo. vt no de xpo sed de fidelibus accipi at.

ita q vnu iota no p̄tereat. Unde ag. Si vis ingredi ad vitam
serua madata. Sed tu deus madasti madata tua custo
diri, sz nisi tu adiuues nullus custodiet. Ideo precor. vti
nam dirigant a te recto duce uie mee .i. desideria mea vba
et opa. ad custodiedas iustificaciones tuas .i. madata tua que
iustificant. Et tunc. cu pspexero .i. pfecte aspexero. no solum
audiendo. et intelligendo. sz ope implendo, quia si quis au
ditor est obliuiosus, et non factor opis. hic compa. etc.
in omnibus madatis tuis. no in aliquibus tm. Iuxta illud
Si quis offenderit in vno. omn reus erit. s. quo ad penam
dampni. no confundar. quia glosa mentes datur. bn opanti
hic et in futuro. Et cum fuero factor opis. tunc confitebor tibi
laudabo. gras agam, et bnficia tua pdicabo. in directione
cordis .i. in corde directo. in eo .i. p eo. q didici. te reuelante
iudicia. que sunt abissus multa. iusticie tue. qua punis
condempnando supbos, et pmias confitentes, iustificaciones
tuas custodiam .i. opa iusticie faciam. no me derelinquas usque
quaque .i. finaliter. Deus enim aliquando ad modicum suos derelin
quit. vt pbet. vel ne psumpcionem aufferat. In quo corrigit
Iste enim quasi confusus de lasciuia fluxe etatis. iam iuuenis
sobria mente. deliberat errata corrigere, et quo via pbita
tis assumat, optat dirigi. d. In quo corrigit viam suam
distortam et lubricam, et in huius mala consuetudine. Adolescentior
pcior; quia in hac etate homo pnior est ad omne malum
ppterea dicit. pu. fili in iuuentute tua excipe disciplinam, et
usque ad canos inuenies sapiam, et reuera in hac etate ad
huc cuiuis nescia, melius est tunc q corrige, et post lap
sum dicere. Delicta iuuentutis mee etc. Unde. Bonum est viro cum
portauit iugum ab adolescencia sua. Facilius est enim re
trahi. ab ingressu, q a cepto itinere praue consuetudinis reuocari
in custodiendo .i. ope complendo. sermones tuos .i. mandata tua
et non. q no dicit legendo uel memorando. sz custodiendo, quia
frustra custodit memoria. si no custodit vita. In toto corde
q. d. quia in huius est correccio. Ideo in toto corde meo exqui
siui te .i. querendo rogaui, quod est donum tuum. ne repellas me

a mandatis tuis .i. ab intelligentia legis vel ab excecatione
voluntatis tue. Vel a mandatis tuis .i. addiscendis et annun-
ciandis, a quibus negligentes repellitur, ne occupet locum
melioris. Et hic est tepidus qui evomitur ab ore dei, quia
non fervet devotione, calidus qui fervet caritate, frigidus
qui non urit vitiorum libidine, dicitur. Quo utinam calidus esses
aut frigidus etc. In corde meo, quasi dicat ne repellas me, quia abs-
condi tamquam thesaurum preciosum eloquia tua .i. mandata tua
in corde meo ad memoriter tenendum. Ut non peccem tibi, quia
scripture divine preservant a peccato. Vel abscondi in corde meo elo-
quia tua, non dando sanctum canibus, et margaritas porcis. Benedictus
es qui omnibus benedictionem das, et omnes mentes visitas, doce me
iustificationes tuas, non solum legere et intelligere, sed etiam
facere. In labiis meis. Postquam habeo gratiam operandi iusticiam
dei, cepi tunc libere pronunciare .i. predicare confidenter omnia iu-
dicia presentia et futura oris tui .i. que inveniuntur in scripturis aposto-
lorum et prophetarum, qui sunt os dei, quia per eos locutus est deus.
Et ex hoc delectatus sum in via testimoniorum tuorum .i. in Christo in quo
sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. Et Christus dicitur via
testimoniorum dei patris, quia per Christum cognoscimus scripturas, et per
scripturas intelligimus voluntatem dei, et hoc sicut in omnibus divi-
tiis aliquis terrenus delectatur, ita delectatus sum in Christo. In
mandatis tuis exercebor disputando et predicando, et consideralo
corde vias tuas, que sunt misericordia et veritas, et hee vie inveniun-
tur in Christo. Ecce quanta bona sequuntur ex operatione iusticie
exercitatio et meditatio. Unde sequitur In iustificationibus .i. in ce-
rimonialibus preceptis, spirituales iustificationes continentes, me-
ditabor profunde studendo. Non obliviscar sermones tuos, sed
eam in corde, quia in libro scribam. Huic octonario preposi-
ta Beth, quod interpretatur confusio, quia qui confunditur et
erubescit de via sua mala, de facili corrigit illam. Unde
Ecclesiastici iiii°. etc. Est confusio adducens gloriam etc.

Retribue servo tuo etc. Superius petivi mala mea
corrigi, sed ut ulterius assurgam ad bona, peto
Domine retribue, quia multa prius tribuisti.

retribue. i. iterum tribue totum ex gratia pro merito nichil
servo tuo. quia ad hoc creatus sum. non dico filio, quia in-
dignus sum, vivifica me. vita gracie in presenti et vita glorie in re.
Vel vivifica me per fidem. ex qua vivit iustus. et custodiam
sermones tuos. in voluntate preceptorum, in manu operacionum.
sed quia non possunt custodiri preceptorum, nisi prius videantur
per intelligenciam. Addit. revela oculos meos. per peccatum originale
ignorancia velatos. et considerabo mirabilia tua. de lege veteri
sicut de transitu maris, de manna in deserto. de agno typico.
Et in nova. dilectionem inimicorum, beatitudinem pauperum. vir-
ginis partum. et de dei lege. quomodo sit multiplex. vide in
moralium libro. Incola ego sum. i. advena non civis. in terra
quia non habemus hic manentem civitatem. et peregrinus sum ego
sicut omnes patres mei. s. iusti. propterea. revela oculos meos. et
non abscondas. non celes, a me mandata tua. ut sciam quid
acceptum sit coram te omni tempore. et hoc scire volens proclama-
uit. concupiuit anima mea. ubi notandum quod non ait desiderauit, sed
concupiuit desiderare. Videmus enim plurimos quod utiles sunt iusti-
ficaciones dei. i. opera iusticie, sed infirmius eas desideramus. prece-
dit intellectus et tardus, vel nullus sequitur affectus. Scimus
bonum. nec delectat agere. et cupimus ut delectet. ita
iste olim concupiscebat desiderare, que bona esse cernebat.
dicat ergo. concupiui desiderare iustificaciones tuas. i. opera iusti-
cie in omni tempore. i. semper. in omni eventu prosperitatis. et adver-
sitatis. increpasti superbos. quia tibi displicet. et dixisti.
quid superbis terra et cinis. et illud Adam ubi es. Unde tota
erumpna miserorum. quia quedam dei increpacio est. maledicti
non solum primi transgressores, sed et nunc qui declinant a
mandatis tuis. per superbiam. quia aliud est contempnere ex su-
perbia. aliud est non implere ex infirmitate vel ignorancia.
Cognita ista maledictione, orat nunc ut alii fideles dicentes
aufer a me obprobrium verborum quod audio. et contemptum factorum
quem sentio. quia male de me locuti, et male michi fecerunt
per iniuriam. propterea. quia testimonia tua exquisiui. Ecce propter
hec patitur iste. Unde eos, qui propter veritatem paciuntur non latet

testes, sed contra mites vocantur. etenim principes .i. iudices vel perse-
cutores sederunt cum deliberatione iudicantes, et loquebantur adversum
me testificando, quod est contra ius, quia idem non debet esse
iudex et testis, quod factum est tempore martirum, et nunc contra eos qui
diligunt iusticiam, quia qui pie volunt vivere in Christo, necesse est
ut persecutionem paciatur. Et hoc est quod dicitur. servus autem tuus
exercebatur in iustificationibus tuis .i. tamquam miles coactum sustinet pro
iusticia dei. nam et testimonia tua .i. pene martirum tuorum, et aliorum
iustorum tribulationes. vel testimonia tua .i. passiones tue, quas
pro me sustinuisti meditatio mea est. que meditata dolores me-
os mitigat, cum illis compati cum locuste videmur. et consilium
meum iustificationes tue. Ecce consilium contra consilium, quia consilium
sedentium principum fuit sanctos perdere, et consilium iustorum diligere
inimicos, et pro illis ut salvarentur orare. Unde recte huic octonario
premittitur littera Gymel. quod interpretatur retributio, quia sancti
retribuebant bona pro malis, et pro odio dilectionem. Adhesit pa-
vimento anima mea. q. d. licet consilium meum sit iustificationes
tue, et licet ut supra dixi delectatus sim in testimoniis tuis sicut
in omnibus diviciis, tamen anima mea velit nolit pavimento
.i. terrenis vel corpori, quod fugere non possum, sed ferre et nutrire
necesse est, adhesit per affectum. quia quantumcumque aliquis perfecerit
habet tamen mortalis carnis affectum, circa hec terrena, et ab hoc
affectu tamquam a morte frequenter reminiscitur. Unde subdit. Sed tu
o domine vivifica me, ut conversatio mentis mee sit in celo, et hoc
secundum verbum tuum .i. promissum tuum. cum dixisti. Nolo mortem
peccatoris etc. Vel secundum verbum tuum incarnatum .s. filium, qui est via
veritas et vita. Rogo vivifica me. quia ego vias meas enun-
tiavi .i. peccata mea confessus sum. et exaudisti me, peccata dimit-
tendo. Doce me iustificationes tuas. ac si diceret, delesti vias meas
doce me tuas, .s. virtutes infundendo, quibus possim animam
iustificare, viam iustificationum .i. ordinem mandatorum tuorum. instrue
me per inspirationem tuam, et ego cognito ordine exercebor. usu
operis, tamquam ille in palestra exercitatur in actu militari, et hoc
in mirabilibus tuis .i. in dictis et factis apostolorum et prophetarum. Dormita-
vit. Supra primo dixit. adhesit anima mea pavimento. Hic dicit

Ps. dicit iniquitates tuas ut iustificeris. Iustus in principio accusator est sui. Si enim accusat se iustus, voce pati accusatoris excludit.

Scire ordinem iusticie est initium ordinis memoriam, conturbat negociorum ... et formam virtutum. peccat enim qui preposterc agit.

¶ via iniquitatis est originale peccatum vel fomes peccati, quod non dicitur iniquitas sed via iniquitatis quia per istam viam nisi violenter reprimatur ducitur ad recidivum, et dicit: viam iniquitatis amove a me, id est comprime motus declinantes ad malum.

dormitavit anima mea pre vel michil boni faciendo pre tedio quod
incurri ex dilacione boni quod concupisco, vel ex consideracione ma-
bilium tuorum, que penetrare non potui, sed conforta me in verbis tuis ut
que dixisti, confidite quia ego vici malignum, et illis quid timidi
estis modice fidei. viam iniquitatis quam multi tenent, quia lata
est via que ducit ad perdicionem, et multi ambulant per eam. amove
a me, auferendo eciam desiderium mali quo pervenitur ad peccatum. et de
lege tua miserere mei, id est caritate tua, que singulariter dicitur lex dei
pro eo quia ex sola misericordia dei salvamur. viam ergo iniquitatis amo-
ve a me, et de lege tua miserere mei, id est mala dele et bona confer. mi-
serere mei quia viam veritatis, id est vitam christi elegi, relicta falsi-
tate et sensualitate. iudicia tua quibus iudicas in presenti, que
sunt occulta, et iudicia futura que aperta erunt, non sum oblitus, ad
hoc ut timor eorum semper sit in corde, quia nescimus si sumus odio
digni aut dileccione, et ex hoc nescimus si simus electis vel cum agnis
deputandi sumus in futuro. vel viam veritatis elegi, quasi dicat: amove
a me viam iniquitatis, quia feci quod iussisti; da quod peto. et
adhesi testimoniis tuis domine, quasi dicat: licet prius adhesi pavimento iam
de gracia tua adhesi testimoniis tuis mundo et pompis eius
renunciando, curam carnis spernendo, cupiditatem fugiendo.
Et ideo noli me confundere ab expectacione mea, pro qua mortifi-
cor tota die, et existimor sicut ovis occisionis. Adhuc plus
feci quia viam mandatorum tuorum cucurri hilariter et fortiter sicut
equus dei, quia christus eciam habet equos suos de quibus propheta dicit:
Ascendisti equos tuos et quadrige tue salvacio. Cum id est ex quo
dilatasti cor meum infundendo dileccionem, quia dileccio dicitur
quasi dilatacio. Cordis enim dilatacio est iusticie delectacio, ut
non timore sed amore agatur. Et iste versus exponit ea que su-
perius dicta sunt, scilicet elegi, non sum oblitus, adhesi testimoniis,
per hoc quod dicit dilatasti cor meum, quia non ex me, sed dono
tuo hec predicta feci.

Legem pone michi domine, quia iam dilatasti cor meum;
quid proderit michi si non custodis dona tua? Unde
peto: pone michi legem, non veterem, que nimis
onerat, sed novam suaviter ligantem, viam iustificacionum tuarum.

Nota. duplex est via in hac vita tendencium ad patriam. scilicet via preceptorum et semita consiliorum, pro semita petiuit ibi, deduc me domine in semita mandatorum tuorum, et hanc ostendit per votum paupertatis emissum, ibi Inclina cor meum in testimonia tua et non in avariciam, quod est contra voto paupertatis voluntarie, deinde exprimit votum castitatis et continentie, cum dicit Averte oculos meos ne videant vanitatem, quia vanitas voluptatis est contra voto castitatis. In versu autem septimo exprimit votum obedientie, quod perficitur in timore reverentie. unde subdit Statue servo tuo eloquium tuum in timore tuo. scilicet timore obedientie et reverentie.

i. fidei que per dilectionem operatur. et exquiram eam semper perficiendo. quia quamdiu hic vivimus tam diu proficimus et in futuro qui hic profecerit ibi perficietur. Et ut exquiram sine errore. Da michi intellectum ut sciam et intelligam quid quero, et quid ad eius altitudinem perveniam. et scrutabor ut diligenter investigem legem tuam. i. precepta caritatis et custodiam illam in toto corde meo. i. diligam dominum in toto corde meo et tota anima mea etc. et proximum meum sicut me ipsum. Dicto hoc quod scilicet implevit precepta, anhelat modo ad consilia perfectionis, qua possit etiam diligere inimicos. Dicit ergo. Deduc me per teipsum vel per te in semita. i. per consilia mandatorum tuorum, quia consilia arctiora sunt quam precepta. quia ipsam scilicet semitam volui. i. elegi tamquam tuciorem, et compendiosiorem viam, qua citius perveniam ad patriam meam, et quia illa eadem voluntas a deo est. ideo adiungit Inclina cor meum per humilitatem ut plus velim in testimonia tua. i. in dicta scripturarum, ex quibus armatus testimonium perhibeam veritati. et non in avariciam. i. gratis sine aliquo respectu temporalis remuneracionis, sicut coluit deum Job. et ut hoc possit rogat dicens Averte per gratiam tuam oculos scilicet corporis, qui sunt nuncii cordis ne videant vanitatem. i. ne visa ambiant, quia per oculos tamquam per fenestras mors intravit. morbum trahere. Unde non licet intueri quod non licet concupiscere. et hoc quod hic petit. potius in futuro dabitur in patria quam in via. Vel aliter. Averte oculos meos. videlicet interiores ne videant vanitatem. i. non affectet vanam gloriam in operibus que deus operatur per nos, ne simus fures et raptores glorie, que solum deum concernit. qui dicit, gloriam meam alteri non dabo. In via tua vivifica me. i. in christo qui est via per quam itur ad patrem, et beatus qui vadit illa via, quia nichil adducit de vanitate. Deinde ponit per quid avertatur a vanitate. Statue. i. firma eloquium tuum. i. filium tuum, per quem dixisti, et facta sunt omnia. servo tuo. a vanitate averso. Ut illi videlicet filio firmiter inhereat, quod neque mors neque vita, neque angustia aliqua separet eum a caritate que est in christo ihesu domino nostro, et hoc in timore tuo. scilicet filiali, qui permanet in seculum seculi, et illo omnis homo retrahitur a malo. Amputa. Falce gratie tue. quod suspicatus sum. in aliis obprobrium meum. Homo enim malum quod in se habet. vel cito facere si audet,

Alius timet adultera, alius uxor viri, illa ne veniat, ista ne deseat

Vel sic Amputa obprobrium meum. i. peccatum quod suspicatus sum. i. timeo, ex peccato enim obprobrium venit

de facili malo suspicatur contra consilium domini dicentis Nolite iudica-
re et cetera quia ubi homo non videt cito errat in iudicio. Ampu-
ta ergo a me obprobrium et cetera .i. iudicia suspiciosa. quia iudicia tua
infallibilia et vera sunt iocunda .i. suavia diligentibus veritatem.
Sed iudicia hominum de occultis non sunt iocunda. quia sunt temera-
ria. Ecce concupivi mandata tua. q.d. suavia sunt iudicia tua.
Ideo concupivi mandata tua. que sunt multa propter diversitatem
operis. sed unum est ex radice caritatis. vivifica me .i. fac me vivere
in equitate tua. qui iustificas quos vis gratiam infundendo. et
condempnas gratiam subtrahendo. Vel in equitate tua .i. in christo
cuius equitas omnibus sufficit ad salutem. Et veniat et cetera q.d.
concupivi mandata tua ad faciendum et petivi iustificari. ideo
peto quod misericordia tua veniat super me. que non consuevit opprimere. sed illu-
minare confortare et protegere. salutare tuum .s. filius tuus christus
secundum eloquium tuum .i. sicut promisisti patribus. Abraham et semi-
ni eius. Ait enim Jacob. genesis. Salutare tuum expectabo domine. Et re-
spondebo in corde pergratum. respondebo audacter exprobrantibus michi
de fide iudeis. quibus est fides christi scandalum. et gentibus quibus
est stulticia. verbum incarnatum pro nobis. quia speravi fideliter
in sermonibus tuis. quibus dixisti Non enim vos estis qui loquimini. dabitur
enim vobis in illa hora quod loquamini. Et ne auferas de ore meo .i. ne
permittas auferri .s. in peccatum me cadere permittendo. ut incurrar auditorem
quare tu enarras iusticias meas et cetera. quia permanens in peccato
ab officio predicationis prohibetur. de ore meo verbum veritatis predican-
de. Vel verbum veritatis .i. christum. ut non tantum corde ubi deus videt
credam. sed etiam ore in conspectu hominum sperando publice confitear
non obstantibus periculis quibuscumque. usque quaque .i. in fine. Et non
quod non dicat. de corde. sed de ore. quia timor ad tempus abstulit
verbum veritatis de ore petri. sed tamen in corde veritas remansit quia
flevit amare. rediit que ad gratiam dei. et iudiciis tuis. quibus
iuste flagella permittis. supersperavi .i. ultra humanas vires speravi
Job. Et si me occiderit in eum sperabo. et custodiam legem tuam. q.d. si
non abstuleris verbum veritatis a me. tunc custodiam. propria legem
tuam. non mosaycam. sed novam .i. caritatem. semper in seculum seculi .i. nunc
et in futuro. et ambulabam in latitudine. q.d. peccatis et obtentis [illegible]

iusticie. et veritat. gras agens dicit. et ambulabam in latitudine.
i. in caritate. que dicit. latum mandatum. in qua tota lex
pendet et prophete. que diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum.
quia mandata tua exquisivi. querendo. petendo pulsando. et vi=
gilando. et talibus offert se deus. quia preoccupat querentes se.
Et quia petebat ne auferat sibi verbum de ore. Ecce iam certat
pro eo usque ad mortem. et loquebar. audacter de testimoniis tuis. i.
fidei et iusticie eius. in conspectu regum. ubi maior esse poterat timor
et non confundebar. pro scandalo crucis. que michi est gloria. Suavis
est vox. que in dei testimoniis loquebatur. decora facies. que in conspectu
regum non confundebatur. et meditabar. prudenter deliberando. fide=
liter confidendo. in mandatis tuis que dilexi. vehementer. et levavi manus
meas. operando ad mandata tua. et non ad terrena ambulanda. q. d.
intentione superiorum manus meas posui ad operandum. que dilexi
i. hoc feci non timore sed amore. et exercebar in iustificationibus tuis.
hoc est frequenter meditabar et operabar opera iusticie.

Memor esto. q. d. Ego meditabar in mandatis tuis. et
exercitabar in eis. et levavi manus puras cum cor=
de ad te. Supplico o domine esto memor verbi tui. i. cito da
quod promisisti. servo tuo. cuius sortes sunt in manu tua. Non quod vere
se dignum ostendit. q. d. non usurpo iure. sed servus sum. peto alimen=
gratis . i . frustrati sunt in machinacionibus suis . quia non vicerunt me . vel principes . i . tirampni multi . persecuti sunt me . s . corpus christi quod est ecclesia . multis tribulacionibus et mortibus . gratis . i . innocentes . quia sicut oves mortificantur tota die . et tamen in tribulacionibus angustiis a verbis tuis formidavit cor meum . quibus dixisti nolite timere pusillus grex eos qui occidunt corpus , potius timete eum , qui potest perdere corpus et animam , et mittere in gehennam . letabor ego sic dicatus , super eloquia tua . i . pro eloquia tua ... cum vos oderunt homines , exultate et gaudete . ecce enim merces vestra copiosa est in celis . letabor inquam . sicut ille qui invenit spolia multa . et hoc similitudo capitur a victoribus . qui detrahunt spolia cum leticia . sic isti victores . qui vicerunt se et tirannos et demones letantur . quum considerant spolia meritorum . quia percussi fatigati et mortificati comparaverunt . vel qui habent quantum scripturarum . plus letantur in eis . quam in omnibus diviciis . Iniquitatem odio habui et abhominatus sum . non hominem . legem autem tuam dilexi . i . precepta caritatis que prohibet peccatum . septies in die . i . in claritate spiritus sancti . que datur per septem dona . laudem dixi tibi . i . laudavi te . vel septies . ad literam . i . per septem horas diei . vel septies . i . semper . per omne tempus . quod per vii dies volvitur . super iudicia iusticie tue . quibus corrigis et iustificas filios quos recipis . dixi legem tuam dilexi . et hoc merito quia pax multa . pax multa . non una et cetera . Non pax mundi . qui facit servis dei . ymo eciam suis pressuram . pax multa diligentibus legem tuam . i . humiliter obtemperantibus deo . secundum formam datam in lege . quia pax hominibus bone voluntatis . et non est illis scandalum . i . nullum offendunt . et eciam quecumque tribulentur . non scandalisantur per titubacionem in fide . vel non scandalisantur in scriptura legis . si quid non intelligunt . honorant et committunt spiritui sancto . Sic habens pacem . expectabam cum desiderio salutare tuum . i . christum . quia antiqui expectabant primum adventum . nos expectamus secundum . et mandata tua dilexi . que consistunt in dileccione dei et proximi . custodivit anima mea . in quo notatur affectus . testimonia tua . i . veritatem tuam .

Timor dei excludit timorem corporis licet per scribar et expellar . occidar vinculis laniet . ignem vrar vinibus dilanier plus tamen timui tua verba . quam corporis mala .

Septenarius numerus ponitur pro universitate ut ibi . Septies in die cadit iustus et resurgit , Cadit quidem non per caritatem . quia tunc iustus non esset . sed cadit per humilitatem et resurgit per perfectionem .

p qua etiam minimum tollero. et dilexit eam uehementer. et hec pertinet
ad amorem caritatis. quam aque multarum tribulacionum ex-
tinguere non poterant. nec possunt in sanctis. Custodivi mandata tua
et testimonia tua .i. precepta tua. et sustinui martiria
quia omnes vie mee in conspectu tuo. q. d. per hoc potui custodire.
et seruare. ipse deus dignatus est dirigere et adiuuare. Appro-
pinquet deprecacio mea in conspectu tuo .i. oracio mea que fit per fidem in
conspectu tuo exaudiatur. da michi intellectum. iuxta eloquium tuum.
quo dixisti. Intellectum tibi dabo et instruam te etc. Vel da michi
etc. .i. sic intelligam scripturas quod non excidam a fide, nec sapiam
plus quam oportet sapere. sed sapiam ad sobrietatem. Intret postu-
lacio mea. que est de malis amouendis, que est in conspectu tuo
facta. secundum eloquium tuum eripe me. Vbi notandum quod supra petiuit
secundum eloquium dei dari sibi intellectum. ut scilicet superna intelligat.
hic pridem eloquium petit. ut a concupiscencie labe ereptus
purgetur. Et bene iste accipiendo intellectum eripitur. quia per se ipsum
non intelligendo decipitur. Eructabunt labia mea ex habundancia
plenitudinis ympnum .i. laudem. et hoc fit tunc cum lingua non humano sensu sed
diuino famulatur. sed hoc non erit in me. nisi cum docueris me iusti-
ficaciones tuas. quia tu es unus solus magister qui corda doces domine.
et tunc non solum doces memoria. et intelligencia. sed etiam instau-
rantur operacione. ut sit non in te. sed in domino glorieris. Et postquam didi-
ci ex tunc. ut sim minister eius. lingua mea pronunciabit predi-
cando. testificando eloquium tuum .i. incarnacionem filii. Vel
eloquium tuum. non ero amplius ociose verbosus. unde reddenda est racio.
quia omnia mandata tua equitas .i. equitate plena. Fiat manus tua
.i. adiutorium tuum. Vel aliter. Fiat manus tua .i. oro. ut filius tuus
incarnetur. ut saluet me. quia ipse solus saluum faciet populum suum
a peccatis eorum. aliter deficiam in labore uel tribulacione. quoniam mandata
tua elegi. libere ad docendum et faciendum. Concupiui salutare
tuum domine. q. d. alii alia a te querunt, ego autem a te michil aliud
nisi salutare tuum .i. te ipsum. concupiui. Et alibi. et a te quid
volui super terram. q. d. michil. unde omnia que dedisti tolle, et te solum
concupiscenti da. et satis est. Nimis autem auarus est. cui non

Iro dupliciter via ad malum. scilicet vie hominis
interior alia exterior. Via exterior est
que dat occasionem ad malum. ut oppor-
tunitas cause loci et temporis. aspectus
et illectus per species exteriores de quibus
dicitur. hec via illorum scandalum ipsis. Et
ante oculos meos ne videam vanitatem. Via
interior est dupliciter. aliquando enim procedit vo-
luntas temptatoris quod volunt peccatum per
excogitatam maliciam. aliquando temptacio
precedit voluntatem. quod volunt peccatum vin-
cente concupiscencia et nequicia.
quod dicitur Non insurrexit veritas scilicet insur-
rectio malicie et nequicie.

sufficiat deus. ad hoc autem obtinendum confiteor. quia de tua
gratia lex tua meditatio mea est. quia frequenter hoc cogitamus quod
amamus. viuet anima mea et laudabit te. i. conuertetur tibi. qui eius
vita mea fuit laudabo te. quia si vixero in te amabo te, et non
quiescam. sed laudabo te. et iudicia tua fucam. adiuuabit me
quia qui credit non dampnabitur. proderit enim ei fides ad veniam iuxta
illud. qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Erraui etc.
Nunc aperitur quod iste psalmus in persona generalis hominis redimendi loque
batur. dicens. ego erraui. in lege patris per deuia multa. sicut ouis que
luporum morsibus patuit. Sed tu o domine xpe. requere seruum tuum quia
infirmus homo te querere non potest. Unde perfice redemptionem quam cepisti
et reduc ouem centesimam ad ouile. Sicut per ezechielem prophetam
promisisti. quod perierat requiram. Ne memineris pastor bone
iniquitatis mee, licet errauerim. seductorem ad malum sequendo, tamen
mandata tua non sum oblitus. q. d. et licet peccauerim, tamen fidem
tuam quam michi indidisti sine obliuione seruaui. et eam
nunquam negaui. Cognoscens ergo post gradus multorum recolit
veteres colluuiones, ut de sua perfectione non superbiat, sed humiliter
deo totum tribuat. quia non ex operibus iusticie que fecimus nos.
sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Ut cum omnia bona fecerimus dicamus.
Serui inutiles sumus. quod debuimus facere fecimus. Hac professione
humilitatis liberari meremur. Unde in ezech. illi soli liberantur in quorum
frontibus thau scriptum reperitur, quia aliter humana condicio lapsa
non reparatur. nisi abdicatis veteris vite erroribus, et fides inno
uata virtute humilitatis insignatur. Inde est quod paulo post
omnia dicenti. Benedicamus domino. sermones alta voce respondet, deo
gratias. ut quanto perfectiores, tanto humiliores et ad deum omnia
referant. se velud imperfectos reputantes. et cum puerili sim
plicitate si post omnia gratias agentes. Ideo post omnia ponitur a
Quia in templo salomonis erant xv. gradus per quos
ascendebatur. in quibus figurabatur ascensus ad templum celeste,
ad quod hiis gradibus ascenditur. et Jacob vidit scalam per quam
angeli ascendebant et descendebant. Per figurantur doctores ecclesie. qui
per quasdam scalas ascendunt proficientes, usque ad intellectum spiritua
lium. et qui descendunt dum se paruulis contemperant. non tamen cadentes.

qui nec fugere nec sua virtute
liberari potuit.

Cadit qui desiat. descedit qui se cotpat pu[er]is. Cecidit ada
p[er] sup[er]bia intumescens, descedit xp[ist]us p[er] miam nob[is] codescen-
des. Sic et paulus qui dicit. Siue em mete excedim[us] deo. siue
sobrij sum[us] vobis. Grad[us] aut isti tantu ascendentiu sunt.
Est aut iste ascensus no pedu. s[ed] affectuu. ut ascendat de
virtute in virtute. et ideo ubi aliq[ui]s diligit. plus ascedit. q[uia]
caritas mouet pedem. Un[de] et titul[us] p[re]ponit[ur]. canticu g[ra]duu.
i. mentis exultatio de ascensu sp[irit]uali. S[ed] videndu est q[ui]s ascen-
dit. ubi. unde. in quid. et p[er] que ascedit. omis vir iust[us].
ubi in corde. unde a conualle ploracionis. In quid. q[uo]d oculus
no vidit. nec auris au. &c. p[er] que. p[er] v[er]bu in carnatu. quod
descendit ut nos p[er] eu ascendem[us]. qui calice bibens passi-
onis. sicut est nob[is] conuall[is] ploracionis. mansit in se ut ce[ss]et
tibi mons ad que ascedens. Ab exemplo ergo humiliacionis
eius ascedit[ur] ad sublimitate deitatis eius. P[ri]m[us] g[ra]d[us] est
a malis s[e]c[u]li exire. et vanitati renunciare. carnalia vicia
relinque. et d[e]o supplicare. quia op[or]tet queq[ue] vetem hoiem
exuere. et deinde nouu induere. et sic d[o]mino p[er]vitio mancipa-
ri. h[ic] g[ra]dus ad et[er]na b[ea]titudine. quib[us]da g[ra]dib[us] succes-
sive p[er]uenit[ur]. Sequit[ur] p[ri]m[us] gradus.

In p[ri]mo gradu. iustus volens exire de piculis s[e]c[u]li
q[ui]b[us] p[re]mebat[ur]. dicit se clamasse ad d[omi]n[u]m p[ro] adiu-
torio. et dicit. Cum tribularer. p[ro]p[ri]is p[er]p[et]ue et
alienis. clamaui ad d[omi]n[u]m. ut educeret me. et exaudiuit me
constituendo me in gradu ascensionis. ubi iteru orat. cont[ra] alia
temptacionu. s[cilicet]. cont[ra] detractionu. d[omi]ne libera. Cum homo incipit
ascendere. et cogitat contempto s[e]c[u]lo p[ro]ficere. Incipit pati linguas
detrahenciu. et adu[er]sanciu. et quod grauius est. q[ui] consulendo
a salute auertant. has ergo q[uan]do pati[tur]. q[uan]do incepit
p[ro]ficere. et cont[ra] has orat d[icens]. o d[omi]ne libera a[n]i[m]a[m] mea a labijs iniq[ui]s
que iniq[ui]tates suadent. et a lingua dolosa. que sp[eci]e consulendi pl[us]
nocet. et hac lingua p[ri]m[us] h[om]o corruit. q[ui]a datu est ei dolose.
Erit[is] sicut dij &c. S[ed] d[omi]n[u]s excitet istu. et q[uo]d in t[er]logando dicit
Tu qui times lingua dic. Quid detur t[ibi]. aut q[ui]d apponatur tibi.
quo te munias. ad. i. cont[ra] lingua dolosa. difficile inuenit[ur].

Ascensiones i[n] corde suo dispo-
suit in valle lac[hri]-
mar[um]

Nota quod scripture sacre uel plate sunt quasi sagitte quibus vulneratur cor ad amorem. Carbones vero sunt exempla sanctorum conversorum qui accendunt mortuos in peccatis sine exemplis, que exempla sequitur post sagittas, quia conversio fit post exhortationem scripture etc.

Sed dñs fidelis medicus: cõsulit. d. Sepi aures tuas spinis et noli audire lingua neq̃. et hec e͂ quod dicit sagitte .i. auctoritates scripture potentis dei acute .i. penetrabiliores omni gladio ancipiti. cum carbonibus desolatoriis .i. exemplis conversorum ad deum sicut conversio augustini. pauli et magdalene, et dicuntur vastatores. quia devastant omne carnalitates. Et licet accepi sagittas et exempla tamen adhuc gemo, quia fere sum triticum mancans in horreo celesti ubi palea mixta premor, quia videt malos quos cum deus esset malus non videat. et dicit heu mihi quia incolatus meus in generacione huius seculi prolongatus est. sicut michi videtur. quia licet tempus vite mee breue sit. tamen in dolore et tribulacione longum videtur. unde gemens. quia habitavi. non cum bonis. sed cum habitantibus cedar .i. cum malis quia cedar interpretatur tenebre, unde dicit ezechiel fili hominis incredibili et subversores sunt tecum, et cum scorpionibus habitas. multum incola fuit anima mea .i. a vero bono. per distractionem malorum impediebar. quia dicit anima. non putes corporalem peregrinationem. sed spiritualem alienationem, quia corpus peregrinatur locis, et anima affectibus. Unde amando deum. ad deum ascendit. Si vero terram amat. a deo peregrinatur. Cum hiis qui oderunt pacem. q. d. habitavi cum malis, et tamen cum hiis qui oderunt pacem .i. unitatem fidei et ecclesie eram pacificus. per unam pacem. sicut lilium inter spinas. et cum loquebar illis. per exhortationem et predicationem. impugnabant me. persequendo gratis. sine causa. iuxta illud prophete. Quia odio habuerunt me gratis.

Nota quod cedar filius fuit ysmael unde descenderunt sarraceni. qui potius deberent dici. ab agar agareni. quia sara sterilis fuit, et quia dicti erant odiosi. ideo in solitudine habitabat.

Levavi oculos meos. spirituales in montes .i. in sanctos qui prius illuminati sunt sole iustitie, per quos apte sunt nobis scripture. Unde .i. ex quibus. veniat auxilium michi. quia sancti suis orationibus nos adiuvant. Sed in illis non est ponendus finis spei Sed auxilium meum a domino. tamquam ab auctore. Illi illuminati. deus vero illuminans. qui fecit celum et terram .i. omnem creaturam celestium et terrenorum. Non det in commotionem pedem tuum. q. d. orandum est tibi. ut sis firmus in gradu tuo. non det pedem tuum .i. cogitationem in commotionem. ut cadas per superbiam. sicut angelus de celo, quia superbia facit casum. humilitas autem elevationem. neque dormitet qui custodit te .i. non

Titulus qui supra. et idem sensus est. Quia ascendendum est in deum per fidem perfectus quoque gradus est. Secundus vero gradus est petere divinam protectionem, cum quoque exeunti de mundo pericula occurrunt. exposcere debet auxilium divinum. Cogitur quoque qui superius gemebat inter insidias malorum, hic orat contra eas. ut adiuvetur. Non enim est imprudens sicut ille pater familias evangelicus qui nesciat qua fur venturus sit. et dormivit. et ideo ipsum subito occupat hora furis. per quem significantur illi qui in divitiis sunt presumentes, absorbti deliciis opprimuntur humiles. hii sunt qui imbuuntur et edificantur a deo presentes. non humiliantur. et ideo comprehendit eos hora furis. Sed filios lucis qui vigilant et non permittunt perfodi domum suam. fur non comprehendit. talis iste est qui levavit oculos ad deum. dicens. levavi oculos. etc.

Nō q̄ p dextera etna · p sinistra vō tpalia / et utraq̄ adeo hēm . s; tȝ tpalia ad cosolaconē · etna vō ad btitudinē leua ei' sb capite meo · ȝ dext illi' aplexabit' me · et pū . logi · dier · et am vitei dext eius · et ī sinistra eius diuicie ȝ glā . Ideo ad dextera locādi st̄ · q etna q̄rūt · ad leua qui tṗna s; qdā cruātos q' altnat · hūtes sinistra p dextra · sicut illi q dicūt · btin dixerūt p'plin cui h st̄ · s · tpalia · Et q̄s dūs d' · nesciat sinistra tua · qd faciat dextra · i · p tpalib' nō facias s; p etnis · Ideo d' nesciat · ut nec p tpin se ad misceat · ut p tin celo / p tin mūdo pmat . / ∴

sinat te pigritari in fide / quia si dormit fides in te · dormit tibi xp̄s / quia t'lis ē ip̄e nobis · / quales nos sum' ei · ecce nō dormitabit neq; dormiet · q' custodit isrl' · q · d · ut t' nō dormiat xp̄s · esto isrl' · i · fidelis / qui p fidem modo videt postea per spem · cui g' credit · q natus de v'gine xp̄s est et passus · et resurrexit · isrl' est · et huic nō dormit xp̄s · dn̄s custo- dit te · in bono quod habes · dn̄s ptectio tua · a malo quod times · et ne recidiues · sup manū dextā tuā · i · plus et fortius · q' posset v'tus tua · Vel s' manū dextā tuā · i · s' ptatē fidei tue · qua habes ptatē collocari a dextris · et ee filius dei / dn̄s fideles ptegit et custodit · ne sup id q' d possūt temptet' · p diem sol nō uret te · dn̄o custodiēte · non ureris elatōe in psp'is · neq; luna p nocte · i · nō succubes de pssione adu'sitat' · et est dcm a silī · sicut actū est cū antiq' ppl'o · qui ī nocte hēbat colūpnā ignis · et in die colūpnam nubis · et ut breuit' cōcluda' · dn̄s custodit te · potet' et to- talit' · ab omī malo · i · a pcc'o · custodiat aiā; tuā dn̄s · ne ca- das in pic'lm p'fidie · ppt' p'secucoz · et sic custodiūt sci · occi- di pūt / flecti nō pūt · dn̄s custodiat potet' · introitū tuū · ꝛ exitū tuū · i · bonis inicijs bonū exitū tbuat · Sed q' est introitus et exitus in' · ecce qn̄ temptam' intram' · et tūc custodit dn̄s · ne temptem' ultra vires · cum vincim' exim' · et tūc custodit · ne vento sup'bie · cecperimus · ex hoc instā- ti · q' d · nūc · est · ꝛ usq; in sclm · i · semper . ∴

Letat' sū · gaudet se ee admonitū · ut illuc pgat ubi ut sci secuti iudicabūt cū xp̄o · et d' letat' sū · i · expse habui gaudiū · in hijs q dcā st̄ m a spūs sc'o p p'phas et apl'os · qui porro viderūt · p'cam a mo' uerūt · ut post eos itam' · que st̄ q' audisti · in domū dn̄i · nō manufactā · speciosam et spaciosā · ibim' · nō passib' pedū · s; affectōib' amoris · stantes erāt pedes nri · h' ideo d' · quia ibi omīa stāt · nichil trāsit ul' cadit · Ibi nichil tur- bat · nichil maculat / s; ibi pax est cōsumata · in atrijs tuis iħrlm · nō illius · q occidit p'phas · q seruit cū filijs suis · s; iħrlm sup'na · que edificat' · viuis lapidib' · que

Tc'a gradus est magis gaudiū q' d hēt vir sc's · eo q se et alios p amo- re ad celestia sbleuat · Amor ei' q'lis cumq; sit vacare nō pt · Si t're' est aiam ad cōcupiscencia et cupi- ditate inclinat · Si vō celest' ad celestia sbuehit ad etna iflamat obligata aīa t'reno amore sicut ī penis hēt · volare nō pt · s; a dor sctis · ab hoc sisco lib' est ad celeste iħrlm sublenat · ad cōciues suos · angelos · — ʃ 2

Ciuitas · qi ciuiu unitas /
in qua lex est caritas
et in qua rex est
veritas ·

v̓tutib; cōsurgit · et sto͡rꝫ societate nunꝙ̄ dissoluenda cōstruit ·
ut ciuitas · i · ad similitudinē ciuitatꝭ · ꝓpt̓ unitatē animoꝝ
que ibi ꝑfecte inueniet̃ · quia si in ecclīa ꝑmitiua erat multi
credenciū cor unū · et anima una / q̄nto fmi' hoc credim' in
ecclīa triumphante · cui' ciuitatꝭ · ꝑticipacō · i · vniformis fu
cio · eius qui' tendes · in idipsū · i · in deum · qui est inuariabile
et indeficiēs bonū · et quid est · in idipsū · qd sp eodē m̄ est · i ·
deus qui de se dr̃ · Ego sum qui sū · et illud · qui est misit
me · zc̄ · et subdit · unde spat se ascēsuꝝ ad illā ciuitatē
dicit · illuc enī ascēderūt tribꝫ · nō q̄libꝫ · ſꝫ tribꝫ dn̄i · in qua
sūt minores et maiores sine accepcōe ꝑsonaꝝ · dūmodo
sit · de sorte dn̄i · testīō · isrl · i · qui sūt videntes deum ꝑ fidē
et h̄nt testiōnm ꝑ opa caritatꝭ · ascēderūt tales · ad cōfi
tendū nōi dn̄i · i · ad laudandū deum · et hij nō sunt supbi qui
se laudat · ſꝫ humiles · qui totū quod faciūt · in auctorē glīam
refundūt · quia illic · i · in supna ierlm · sederūt · i · sedebūt · in
iudicio · sedes · i · scī · et iusti · in quibus deus · tamꝙ̄ in trono sedꝫ
et ꝑ eos sua iudicia decernit · vn̄ dicit̃ · anima iusti sedes sa
piencie · sedes inꝙ̄ · sup domū dauid · i · sup totā familiā xp̄i
quib; dederūt mensurā tritici · ꝑdicando regēdo · et vita ꝑcedē
do · Iudicabūt inꝙ̄ illi · qui om̄ia relinquēdo · secuti sūt xp̄m
vos igit̃ iudices ecce · qui in p̄nti habetis claues regni · Roga
te · i · diligēt̃ interogate · Incūbit enī vobis · quia iudicē opor
tet cuncta rimari · que ad pacē sūt ierlm · i · quō pacē ordinetis
auctē iudicij vr̄i · hijs qui spectāt · ad ierlm celestem · vt sitis
de nūo illoꝝ de quib; dr̃ · Bti pacifici · qm filij dei vocabūtur
et h̄ndancia diligētib; te · i · q̄rite · quō ꝑfectores crescāt / et
nūo et merito · Vel alit̃ · Vos om̄s pusilli et magni · rogate
humilit̃ petendo a deo ea · que sūt valencia · ad pacē · i · ad cari
tatē · ierlm · i · ecclīe militātꝭ · et nō tm̄ sitꝭ solliciti de pace /
ſꝫ eciā rogate ꝑ h̄ndancia diligētib; te · i · ut crescāt fideles
in caritate · Fiat pax in v̓tute tua · dixit · rogate · et ego rogo
o dn̄e · ds · fiat pax ī v̓tute tua · i · caritate tua · que fortis est ut
mors · ex qua gn̄at̃ pax · ad galat · v° · Fruct' sp̄us gaudiū et
pax · et h̄ndancia · s · pacis · in turribus tuis · i · ī maiorib; ecclīe

Dr̃ ys · xxxij° · Sedebit ꝑpls meus
ī pulchri(tudi)ne pacꝭ · in taber
naculis fiducie · ī requie
opulenta · et ysaie xlviij° ·
Vtinā attendisses
ad mādata mea
fcā fuissꝫ · qi
flumen
pax
tua

iniustitiis tuis, de quibus quasi de tabulis dominus protegit suos in presenti
sed quia caritas non habet que sua sunt sed aliorum. Ideo dicit O ierusalem
civitas celestis. Ego loquebar predicando annunciabam pacem
quam ex scripturis sumpsi de te. et propter fratres meos fide et proximos
meos caritate. ut scilicet eos orando promoverem, predicando allicerem
propter domum domini dei nostri id est propter ecclesiam ad celestia promovendam
que est domus domini ihesu in qua sicut in domo habitat per gratiam,
quesivi bona tibi; attraxi cives predicando et laborando tibi
id est ad honorem dei, et gaudium tuum.

Ad te levavi oculos. prius in tribulatione positus leva-
vit oculos suos in montes, nunc letior filius levat
altius dicens. O domine qui habitas in celis materialibus licet
ubique sis vel spiritualibus scilicet in angelis et sanctis hominibus per caritatem
dilectionis. Ad te non ad opes per cupiditatem unde propheta. Non respi-
cias ad opes quas habere non potes. non ad vanitatem per curiositatem
unde propheta. oculi stultorum in finibus terre. solum qui es requies labo-
rantium. levavi oculos cordis et corporis per intentionem et desiderium.
Et quam sollicite levat. ostendit dicens. Ecce sicut oculi servorum. time-
ntium vel amantium. sunt in manibus dominorum suorum id est intenta sunt sollici-
te. pati facere iussa. iuxta nutum manuum dominorum. et sicut oculi
ancille. sunt humiliter intenti in manibus domine sue. a qua remunera-
tionem expectat pro labore. Ita oculi nostri. interiores. scilicet intentio
qui est dexter, et voluntas qui est sinister. ad dominum deum no-
strum. et hoc tam diu. donec misereatur nostri. quia speciosa misericordia in
tempore tribulationis. quasi nubes pluvie in tempore siccitatis. Non compa-
ratione cognitionis mistice. Servus est populus fidelis. dominus christus. An-
cilla ecclesia. domina virtus vel sapientia dei. Manus potestas dei. Un-
de dat similitudinem, de servo et ancilla. de domino et domina; ne debi-
lior sexus se exceptum aliqua putet. Nam hic per flagellum
iustitie cedimur. per misericordiam ibi protegemur nobis. Servus ergo qui va-
pulat. oculos ad dominum levat. et in orbis voce erumpit dicens.
miserere nostri. absolvendo a passione. miserere nostri. ducendo ad im-
passibilitatem. et geminat. miserere nostri. quia corpus passionibus
et anima repletur illusionibus et obprobriis. et necesse est ut mi-
serearis. quia multum repleti sumus despectione id est valde despecti

Quartus gradus est. inter quaslibet
angustias. constanter
de deo presumere. do-
nec misereatur
exaudi-
at
C 2

Non quia hic. donec teneretur
inclusive, quia etiam
et post liberatio-
nem. levandi
sunt oculi
in ce-
lum.

Item q dyab. p suos corruptores deglutit hoies vivos .i. bonos puerendo et suo corpi p maliciam ut ydolatria in corpando, qui timore sacientes q ydolu nichil est consentit tiranno. alios absorbet mortuos, q putat ydolu deu ee. sequitur dyab. usq ad dapnacoz. p oppos at petrus .i. ecclia absorbet multos. sed no vivos. cui dr macta et manduca. nullu q manducat .i. membris suis inserit. nisi mactatu .i. renunciate dyabolo et concupiscenciis pprus. mactat q i malo et vivificat in bono. ille que petrus manducat. Sz econtrio accidit que dya deglutit, qu ei mens ho audit suggestionem. ia est in ore dyab. qu delectat iam masticat. qu vo consentit iam deglutit.

sum ab infidelibus, q insultant nob. dicentes. Ubi est deus tuus in que credis. ubi est. q redditus sit ab inferis, Ecce ego video quod credo, et flagellam. maledicim. ieiunijs et vigilijs maceram. Un rogo miserere. qa multu repleta est aia nra .i. tota vita amaritudine et quia pauperes sum. et sumus obpbriu habundantib .i. divitib. hui mundi, qui felices dicunt eos. qui tpalib habundant. et supbis sum respectu. qa humiles sum. Sicut mykol sprevit david, herodes xpm. Contra q dr. ys. Ve qui spernis. nonne sperneris.

123 Quintus gradus est attribue deo victoriam.

Nisi qa dns erat i nob. Sca post victoria tentacionum et tribulacionum. no sibi sed deo glam ascribit. sic dd. isrl .i. pple fidelis. videns deum p fidem. dicat nunc. gras agens. cu hoies potentes et tirranni. qui insurgunt videlicet irronabiles exsurgerent i nos. psequendo. forte deglutisset nos i mala pfidie in ducendo. vivos .i. videntes et malu cognoscentes. nisi qa dns erat i nob. dando ptate resistendi. nisi dns erat i nob. dando vtute supandi. Un ps. nisi qa dns adiuvit me paulo minus habitasset i inferno aia mea, generaco eni est nimia et multa. forte. id est qa aliqui consenserunt. cu irasceretur furor eorz .i. irracionabilis. qa ptereps. forsitan aque .i. ppli peccatores. ad infidelitate impellentes absorbuisset nos. trahendo nos in consorcium sui. ac si dicere. nisi dns erat i nob. mortui fuissem more egiptorum no transissem mare more isrltarum. Sz qualis est ista aq absorbens ptransivit .i. pfecte transivit. torrente .i. veloce tribulacionem a dyabolo ut ei membris illata. de qua ipse qui est caput nrm i via bibit. forsitan qd i greco dicit putasne. ptransiret aia nra. aqua i tollerabile .i. temptacionem a carne que est valde intollerabilis. vel qa in greco het aqua si sba .i. vicium ut pctm. qd in se no ht sbaz quia pvacio est. q.d. nullo modo transire possem hunc lubricum mundum. nisi dns eet in nob nos adiuvando. Ideo sencientes sa gras agentes dicunt. bndcs dns. q no dedit .i. dari no pmisit nos in escam dentibus eorz. qui moe ferre sicut sanguinem meum. Sz licz corpus afflictu sit. et penis dilaniatu. tn. aia nra erepta est de laqueo venanciu .i. de dulcedine mundi. q sicut laqueus decipit. et

Pu ppun. impetu contrarii spus quibus se pt.

Torrens est aq impetuosa. cito ptransiens et signt tribulacionem psente q cito tnsiet.

illaqat se diligetes. et h' sicut passer .i. exeplo xpi q' in
fict' sac' altius passeris occisi .i. carnis euolauit i agro
amenissimu .i. i celu. laqus cotrit' est. diuiciaru deliciaru et ho
noru. q' a tuisit mud' et cocupiscecia ei'. sy a' em illaqat p'cul
pa. et i carcerat p cosuetudinem, s; dns laqum cotere, et car
cere frangit. et nos libati sum' p gram sua. q' a adiutoriu
xxi° nrm i noie dni. q' a no est sapia. no est prudecia, no est cosi
liu cotra dnm. qui fecit celu i tra .i. oia celestia i trena.

Qui cofidut. In h' gradu ostedit. cofidetes in dno. no
posse moueri. et d' Illi. qui cofidut i dno. no i alia
q'cuq; re mudi. sut p costacia fortitudis. sic' mos
sion p'cedpato; ad lrtam. et ille q' hitat i irlm .i. i ecclia p fide
opante et diligete. no comouebit' i etnu. p' firmitate fudat'
i xpi qui est petra stabilis. Nota. q' p'ralit' d' cofidut. et p'
singlarit' hitat. in h' note. q' in nosa est vnitas fidelium. q' a
mlti st' nuo. et vnu sut caritate. q' a mltitudis credetiu erat
cor vnu et aia vna. Deinde describit illa irlm. d. motes i
circuitu. q. d. no comouebit' q' hitat i irlm. q' a motes .i. ageli
p'phe et apli. et sci viuetes. p'dicatores et custodes ecclie st'
i circuitu eius. q' i muni' vn ys. et erit dns muni' et an muralc sed
ne i motib; remaneas addit et dns q' hitat i motib; est i circui
tu p'pli sui. ys. et erit sp'at' i vertice motiu, mos dom' dni. et
nece est. q' a adusari' nr dyab'. tanq' leo circuit. q'res que deuoret
exh' nuc i usq; i sclm. q. d. noli timere. no recedet a te. no ces
sabit custodire te, q' a p'misit d. vobiscu sum usq; ad cosumat'
scli. Quos em assumit. vt sit p'pls eius. costringit i vnii vinculo
caritatis et pacis. vt inecliui. no comoueat'. q' a no derelinquet al's relinquet.
virga peccato; st' sorte iustoz .i. sup iustos sorte vocacois electos
qui sut sors et hereditas dei. sup hos. dns no derelinquet virga.
.i. dnm. peccato;. quia ex p'missione dei dnant' bois p'pt' dis
ciplina. sic' d' ut no extedat iusti ad iniqtate man' suas. sed
h' no erit ip. q' a d' no delinqt virga. s; cito amoueb' ea. vt sci
intelligetes h' pond' tribulacoim. ad tps breue duraturu.
pacie' ferat'. Sicut em cogaudas au en omes getes. et tuc

Notat' fortis illaqato
ru d' cotrit' quod
spectat ad ferru
quia si esset
stuppa. di
ceret rup
tus.

Sextus gradus. ¶ 2[…]

secuntur hedi ab agnis et erit plena requies gratiarum quod modo
gemit sub virga. Et hoc modo orat. Domine benefac domine bonis et rectis corde.
qui conservaverunt pacem in tribulatione et non incurvaverunt cor ad psi-
am. nec cesserunt cupiditati. fac eis bene inducendo et conducendo in ierusalem
celestem. declinantes autem a bono et a iussis dei in obligationes i.
in peccata que obligant animas erroribus. adducet dominus ad supplicium cum o-
perantibus iniquitatem. quorum actus sunt secuti. quorum pravitates consolationes
amaverunt. Ecce pacem summa precavit. infideles non confusos. sicut
fideles a fide pulsos. sed pax super israel i. christus dominus qui est vera pax
patria et hereditas fidelium suorum. Augustinus. nichil brevius nichil
valentius dici poterat quam pax super israhel.

c29 Septimus gradus.

In convertendo etc. Psalmus. istius gradus monet ad gaudium pro
spirituali liberatione. universum mundum occupaverat captivi-
tas viciorum que soluta est illucescente sole iusticie christo et
per eius illustrationem libertas reddita est. Syon ipsa est ierusalem. in
angelis et sanctis assumptis eterna. in hominibus vero de gentibus captiva.
Hoc civis ierusalem creatus est sed sub peccato venundatus factus est peregrinus
de quo nati sumus captivi et servi passionum. quam captivitatem
dominus convertit. dum syon sanguine suo redemit. Redempti ergo gaudentes
cantant. In convertendo dominus i. laboravit dominus ut converteret captivitatem
syon in libertatem. et ex hoc facti sumus sicut consolati. nos quasi similes
in hoc mari navigantes. et dicit sicut. quia ad comparacionem quod sit futuri
in patria non sumus plene consolati. excepto quia spes nostra est cer-
ta. scilicet in conversione. Os nostrum repletum est gaudio. non mundi. sed
redemptionis. quo in spe gaudet civis. Et tunc lingua nostra exultatione
i. quodam iubilo. quod leticia est inexplicabilis. hic os potest
accipi pro archano cordis. unde procedit bonum et malum. quod mun-
dat et inquinat. Unde evangelium. quod procedit de ore scilicet cordis. non carnis
hoc coinquinat hominem. et lingua spiritualis pro desiderio in sancto accipitur
sicut dictum est. quid clamas ad me. tunc dicent aliqui inter gentes
considerantes et videntes gratiam christianorum tam copiosam. Magni-
ficavit dominus facere cum eis i. magnifice eos dotavit. quia virtutibus di-
tavit. signis glorificavit. in celestibus exaltavit. Et ipsi cum gratiarum ac-
tione laudantes dicunt. Magnificavit dominus facere nobiscum i. magna
fecit nobis. de sordibus abluit. novum nomen imposuit. Ut

vel sicut consolati i. valde consolati

filii dei nominemur et sumus. Unde i. hoc contemplantes facti sumus letantes hic in spe per fidem, et ibi in re per plenam oculo ad oculum visionem post conversionem priorem qua sumus liberati a servitute originalis peccati facti sumus sicut consolati. Sed adhuc invenimus aliam legem in membris nostris captivantem nos in lege peccati per diversas passiones a quibus petit liberari. O domine converte captivitatem nostram i. ad captivitatem nostram qua tenemur captivi sub potestate diaboli quia tempore David nulla captivitas fuit. Ad literam converte sicut dando copiosam gratiam, ut fluant aromata lacrimarum sicut fluit torrens flante austro i. resolvantur glacies cordium nostrorum per gratiam spiritus sancti. Hic ideo profert orando, quia hec captivitas solius dei gratia et adiutorio solvitur in libertatem convertitur. Sic flante spiritu solvimur a peccatis et convertimur ad patriam, in quo tamen licet labor sit tamen non est desistendum, quia qui seminant in lacrimis i. qui in hac lacrimosa valle seminant opera nostra per elemosinam vel predicationem vel orationem vel si hec predicta facere non potest, tunc habeat saltem bonam voluntatem, quia sufficit bona voluntas si desit operandi facultas, flentes in exultatione metent vitam eternam pro retributione. Euntes ibant et flebant si de martiribus intelligere volumus. tunc euntes ad mortem ibant ad supplicia et flebant i. flenda sustinebant mittentes semina sua i. facientes bona exempla pro posteris in ecclesia relinquenda. Hii tales perfecti victores venientes ad patriam per gladium et mortem venient in exultatione inenarrabili gratias agentes adiutori et miseratori Christo portantes manipulos suos i. multorum operum mitam commutata in vitam eternam. Vel sic quod ponat totum unum euntes per mundum, venientes ad celum, ibant laborando sed venient quiescendo flebant compaciendo, sed exultabunt nil paciendo, mittentes semina bonorum operum, sed portantes manipulos retributionis.

Nisi dominus edificaverit. Canticum graduum Salomonis, in quo agit de edificatione templi i. ecclesie per verum Salomonem i. Christum construende dicens et dicit. Nisi dominus i. quod dicit Christus edificat sine quo frustra laborant edificantes predicatione vel exemplorum operatione. quia domus dei populus dei, templum dei civitas dei. Ad hanc ascendit omnis qui proficit. Ab hac cadit omnis qui deficit. Amando deum ascendis. Amando mundum descendis. Nisi ergo dominus edificaverit.

Aquilo constringit aquas in glaciem et in nives et auster flando resolvit et facit torrentes.

Octavus gradus. Cxl

hac domum. in vanum laboraverunt qui edificant eam. quia neque qui plantat
est aliquid, neque qui rigat. sed qui incrementum dat deus. huius domus
edificatores sunt predicatores. tamquam ministri dei. Sed quid valet
edificatio. si non adesset custodia. et modo de domo vadit ad
civitatem. quod idem erit. ut ecclesia catholica vel anima fidelis
que cum fuit erecta per sanctorum verba et exempla. necesse habet custodiri
ad quam custodiendam nullus prevalet. nisi solus deus. et hoc est quod
subditur. nisi dominus custodierit civitatem. frustra vigilat qui custodit eam.
Ipse est custos de quo per ysaiam prophetam. Custos quid de nocte. custos quasi
dicat non. qui habet sub se alios custodes. angelos videlicet qui custodiunt
ex caritate. prelatos qui custodiunt ex necessitate. Vanum est vo
bis etc. quasi dicat. omnis profectus et prosperitas a deo est. et ideo va
num est vobis surgere. id est velle exaltari ad securitatem. ante lucem.
id est ante christum. qui est lux vera illuminans omnem hominem veni
entem in hunc mundum. cuius gratia custodimur et exaltamur. Surgi
te postquam sederitis. id est prius humiliamini postea exaltamini. quasi dicat se
cundus est christus. audiendus est christus in suis humilitatibus. ut exaltemini
ab eo qui manducatis panem doloris. id est qui in hac valle miserie
vivitis de pane dolorose penitentie. Panem doloris manducat qui
gemit tamquam in peregrinatione cognoscens se esse in valle ploratus.
et quasi breviter dicit. Vos qui in hac vita gemendo moramini.
humiliamini in terra coram domino. ut exaltemini inter angelos in celo.
et tunc hoc erit. cum dederit dilectis suis sompnum. id est cum dederit sanctis suis
post mortem requiem. sancti enim modo quasi dormiunt in sepulchris
quorum anime in dulci pace requiescunt. post panem doloris. id est post
tribulationem. et talibus dabitur merces. hereditas domini filii. id est christi
cuius coheredes erunt sancti. hec merces vel hereditas est fructus ventris
id est utilitas. quia christus de ventre virginis factus est homo. per hunc fructum apostoli
et alii sancti hereditatem domini iam adepti sunt quia hic se humiliaverunt.
Vel ita. ecce hereditas. quasi dicat. qui sunt dilecti. videlicet. ecce hereditas domini. scilicet
filii renati ex aqua et spiritu sancto. isti sunt hereditas. id est qui celestis
merces fructus ventris. id est sunt merces reddita homini christo. qui est
fructus uteri virginalis. quia eos acquisivit per obedientiam passionis
Unde dicitur. postula a me. dabo tibi gentes hereditatem tuam. Deinde adhuc

subdit. sicut sagitte. q. d. hereditas facta est et collatio filii per sagittas
et d. sicut sagitte. i. prophete. quorum unus dixit. In pharetra
sua abscondit me. in manu potentis. i. dei. qui est fortis armatus
et iste sagitte valent ad destructionem inimicorum. qui vz. prophete sunt
per xpm. excussi. i. declarati. quia fuerunt multis figuris involu-
ti. et hec tunc fecit. quando ea que de se scripta erant apostolis exposuit. ita fi-
lii excussorum. i. apostoli sequaces prophetarum fortes et veloces perfidia
gentium destruxerunt. sunt missi de manu dei. et hinc omnes et prophete
et apostoli sagittis comparantur. quia de arcu divine misericordie et iustitie
emissi ad predicandum celeriter. omnia transierunt nichil in mundo con-
cupiscentes et suo errore ferientes. nullum timentes ad premium celes-
te cum fructu animarum pervenerunt. beatus vir ille est qui implevit desiderium
suum ex ipsis. i. qui desiderat implere quod ipsi fecerunt. predicatoribus
eorum obtemperando. quod facit ille qui non amat seculum. cum ei desi-
derio mundi plenus est. non est quo intret quod illi predicaverunt. et
talis beatus non confundetur cum loquetur inimicis suis. i. demonibus quarentibus vel
accusantibus in porta. i. in morte vel in iudicio extremo. vel ille beatus
qui capit veritatem ex scriptura prophetarum et apostolorum non confundetur. sed
vincet inimicos suos in porta. i. aperte in qua testificando contra tir-
rannos et fidei oppressores. et cum triumpho gaudebit. Beati omnes qui timent.

Beati omnis. psalmus iste in possidenda intrabit. — Nonus gradus.

Ostendit morte ut solus pacificus qui edificat cu-
stodit et exaltat timeatur. unde et dicit beati omnis qui timent
dominum. i. omnis qui sancto timore deo adheret. ad eterna beatitudinem perti-
net. qui ambulant in viis eius. i. illi beati sunt qui fideliter in operibus
dilectionis perseveraverunt. et quia omnes fideles unum sunt in xpo et
eius caritate. ideo apostoli modo descendit ad singularem d. beatus es
q. d. o tu quicumque es qui manducabis labores manuum tuarum
i. quicumque de fructu operum tuorum eternis epulis reficieris beatus
es modo per spem. et bene tibi erit in futuro per speciem. quia venientes
venient cum exultatione portantes manipulos suos. et illud timen-
ti deum bene erit in extremis. et quod sit beatus. subdit. d. uxor
tua sicut vitis habundans in lateribus domus tue. quod quidem ad litteram non
convenit timenti deum. sed mistice. q. d. o tu qui times deum

C 2

omnes indifferenter quia apostolus deum non est acceptor personarum sed etc.

Vira cum ambulat in viis eius. i. mandatis eius obedientes que sunt via ad salutem

vel sic beatus es. quia sensualitas tua per omnia est subiecta rationi.

vere btus es. quia uxor tua. i. sapia. de q̃ Salom. ama
sapiam tamq̃ sponsã. et ipa amplexabit te. q̃ ut vit
is fecundos fructus bonorum operum facit, domus cognicois, cuius
latera sunt duo testamenta. in quibus medis sic in lateribus
domus solidatur. sicut vitis habundans. per multitudinem bonorum
operum delectanciũ deũ et hoies. in lateribus domus tue. per plenitudinem
tudine. et illa plenitudo procedit. ex cognicone informa
ta. ex lege et evangelio. filij tui. i. opa ex caritate et veritate.
et dicit filij et nõ filie. ppter firmitatẽ. quia fortia opa sunt. ppter
perseverantiã. sicut novelle olivarum. i. opa sic vincta oleo pie
tatis. in circuitu mense tue. quia qui talia fortia et recta ope
ra faciunt. pane celesti reficiunt. hic in sacramento per fidem.
et ibi per spem. et ecce sic bndicet ho q̃ timet dnm. nõ so
lum apli. sed omnes timentes deum. f. labores manducabis.
uxor sicut vitis, filij ut olive novelle, et hec bona spualiter
dantur timenti deum et recedenti a malo. bndicat te o timens
deum. dns deus, q̃ venit per natiuitatem corpalem ex syon. i. ex iude
is. vel ex syon specie decoris eius. bndicat inquã te. tribuen
do graciam et consilium. et videas bona ierlm. i. profectum ecclesie
militantis in psenti. vel in futuro gaudia ierlm celestis. omnibus
diebus vite tue. i. in eternum. et videas filios filiorum tuorum. i. fruc
tum bonorum operum tuorum vel filios filiorum tuorum. i. eos qui per te
crediderunt in deum. quos spualiter generabis deo, et subdit oia
concludendo. videas pacem super israel. i. xpm eternã pacẽ regna
natẽ super populum videntẽ. i. credentẽ quia interna pax est ho
minibus bone voluntatis. oia enim bona nominantur pax.

Ecce sic bndicetur ho. et hic vs extenditur ad prudentes. vel ad sequentes.

Decimus gradus.

C.28

Sepe expugnaverunt me. Iste gradus docet ut qui
caste deum timet. pro eo omnia ferat paciẽter. quod nunc
expedit eccle. inter malos gementi. mali enim cotti
die turbant ecclesiam. scandalis suis. et vexant tribulatione
vel ecclia. quasi consolando infirma membra sua. minimancia in
adversitate dicit. o filij. nolite ad ista. tamq̃ nova mala
respicere et trepidare. quia sepe. i. frequenter. expugnaverunt me
mitem a iuventute mea. i. a primo tpe etatis mee. incipi
endo ab abel primo iusto, usque ad ultimum solo fuit eccla per fide

et expugnata est a fratre suo. et hoc dicat nunc israel. cum licet
ut alii instruantur. dicat nunc et non timeat. cum senectus ex-
pugnatur consolet se de preteritis. dicat nunc in presenti. quia in futuro non
erit necesse. sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. malum in-
ferendo. adhuc faciunt. ut me ad iniquitatem pertrahent. violenter ut
tirannum. dolose ut heretici. maliciose ut dyabolus. et etiam non potuerunt
michi preualere. quia dominus adiutor meus. non timebo quid faciat
michi homo. et quia non preualuerunt ut me scilicet ecclesiam uniuersa-
lem exterminarent. licet quidam sanctorum ad celum sunt missi per tormen-
tum. non tamen submergere potuerunt nauiculam petri. ecclesie. ideo non po-
tuerunt. quia ecclesia fidelium crescit aduersis. et quia non po-
tuerunt prodire me publice persequendo. nisi sunt persequi occulte.
et hoc est quod dicitur supra dorsum. a tergo. fabricauerunt peccatores. id est
dyabolus per hereticos. et falsos catholicos. qui quia non audent
inuadere sicut omnes salte in angulo temptant. et corrumpunt quosdam.
et sicut sepe ita ecclesiam dominum. unde dicitur prolongauerunt iniquitatem suam. quia
numquam cessant mali persequi bonos. sed confidite iusti. quia
non in fine obliuiscetur dominus. dominus enim deus iustus concidet. id est humi-
liabit ceruices peccatorum. id est superbos ne temptent et affligant iu-
stos ultra uires. confundantur ipsi superbi in die dampnacionis eorum
et conuertantur retrorsum. id est uideant quod inefficaces fuerunt in malicia
sua. omnes qui oderunt syon. id est ecclesiam. quam non tantum persecutores
sed et qui ficte intrant oderunt. qui enim nolunt obseruare uerbum
dei oderunt eam. fiant sicut fenum tectorum. scilicet superbi persecutores. ad
modicum uirentes per temporalem prosperitatem. et subito sicut fenum
in tectis crescens arescant. antequam ueniat tempus collectionis generalis
nondum enim perducti sunt ad finale dei iudicium. et iam non habent su-
um uiriditatis sue. quia omnis potestatis breuis vita. ecce fenum
tectorum quod arescit. priusquam per messem euellatur. de quo non impleuit
quod dicitur angeli qui sunt messores dei. quibus in die iudicii dicetur alli-
gate primum zizania in fasciculos ad comburendum. dicitur quod sic. de quo
scilicet feno. id est de malis. qui metet. id est angelus. non implebitur manum
suam. id est non inueniet in eis aliquod boni operis. et sinum suum qui
manipulos colligit. id est idem angelus non inuenit aliqua bona cogi-
tacionum. quam possit offerre deo ex officio. ministerii sui. hic enim manum

Apparet enim fuit pugna inter
abel et cayn. inter ysmael et
ysaac. inter esau et iacob.
inter saul et dauid. inter
egiptum et filios israel. unde
fili accedens ad seruitu-
tem dei. prepara animam
tuam ad temp-
tacionem.

ad opa. sin vero ad constantiam refert. et non dixerunt q p. q. d. hos
non colliget angeli. quibus non predicaverunt apostoli. et hoc est quod
dicitur. Illi non colliget. quibus non dixerunt. illi. qui preteribant. s. apostoli
et prophete. benedictio domini sit super vos. Maxime in deis mos erat
quibus cuique operantibus hoc dicere. benedictio domini sit super vos. Hic autem
dicitur econtrario. quia iniquitatis operantibus nulla benedictio datur. Illi
autem qui preteribant sunt. qui per vitam istam transeundo. tendunt
ad patriam. ut prophete et apostoli. et eorum fideles imitatores
qui radicatos in caritate benedicunt. Superbis vero non dicunt
benedictio domini super vos. sed quia fucati sunt miseri. et non dixerunt. benediximus
vobis in nomine domini. quia bonis tantum benedicunt. Si ergo
bene vivis. vide te ibi benedictum. Omnes enim bene viventes bene
dicunt. sed non in nomine suo. sicut heretici. sed in nomine domini. a quo omne bonum
et boni sunt amica sponsi. que non usurpat sibi adulterando nomen sponsi.

Est et aliud profundum. de quo non clamatur. de spatio in peccato. de quo dicitur. peccator cum in profundum venit contempnit. Valde ei in profundo sunt qui non clamant videntes se peccatorum mole oppressos.

De profundis clamavi. Iste quidem introitus monet ad penitentiam. primo clamat se esse in profundo. a simili Ione. Attendat ergo quisque. de quo profundo. clamat ad dominum.
Clamabat yonas de profundo maris in ventre ceti. clamat iste
in persona ecclesie que est ymago dei. de profundis misericordie. domine
exaudi vocem meam. fiant aures tue intendentes in vocem deprecationis
mee. hac voce in orationibus deum placat. ut clementer audiat et
miseriam amoveat. Deinde ostendit profundum. unde clamat. dicit
si iniquitates. quibus te provocavi observaveris. rigide iudicando
domine domine. quis sustinebit. te durum iudicem. q. d. nullus. quia nullus
in tota natura humana potest gloriari se castum habere cor. et sic omnium conscientia
accusabit suis cogitationibus. et ergo non de iusticia. sed de misericordia
est presumendum. unde subdit. quia apud te propiciatio est. quam
considerando non despero. quia tu ipse es. qui factus oblatio ad propiciandum
deum. qui sanguinem tuum pro nobis fudisti. et propter hanc legem tuam. s. misericordie et
caritatis. que peccata condonat et iustificat. melius quam vetus. que
tantum gravabat. sustinui te domine. clementer iudicantem et expectantem.
Sustinuit anima mea in verbo eius. i. fideliter speravi in verbo eius
quo promisit misereri. et propterea sustinui flagellum. sustinui visi
tationem. sperans post veniam regnum. propter quod subdit. Speravit a

anima mea in domino · qui idem est dominus · qui et verbum · supple incarnatum · in quo monet sperandum · dicens · a custodia matutina usque ad noctem · speret israel in domino · id est iustus vel qui tendit ad iusticiam speret fideliter in dominum · qui non deserit sperantes in se · a mane usque ad vesperam · id est per totam vitam suam · et non aliud expectet optando quam immortalitatem · quia apud dominum misericordia · quia ille qui processit sine peccato · delet peccata · et apud eum · est copiosa redempcio · sanguis scilicet preciosus · quo tocius mundi peccata redimit · quia israel se vendere potuit · sed se redimere non potuit · et hoc est quod sequitur · et ipse misericors · apud quem est copiosa redempcio · redemit israel · propter plenitudinem · id est ecclesiam fidelium · ex omnibus iniquitatibus suis · qui captivus

Notate sunt materie laudis scilicet opera potencia magnificencia sancti tas mirabilia virtus terribilium magnitudo memoria iusticia que explicantur in littera

alias memores

Elatius explicat que breviter posuit quod merito in hymno laudabitur dominus

tua mala. erit seueritas eius in te. tunc quando dicet Ite male
dicti etc. et quia miseratio tua est in opa tua, ergo. o
dne. confiteantur tibi omnia opa tua. i. laudent te. omne
enim quod est laudat deum. vel per se. vel per racionales
creaturas. et sci tui bndicant tibi. i. homines vel angeli
visis mirabilibus dei. in celo et in terra. mari. et in omnibus
abissis. gloriam regni tui dicent. et potenciam tuam loquentur. i. lau
dabunt dicentes. quam potenter. quam mirabiliter omnia disponis
in regno tuo celesti et terrestri. Ut notam faciant filiis hominum
potenciam tuam. hoc quo ad malos. in quos ostendit
potenciam suam. potenter eos puniendo. quia habet
ptatem mittere in iehennam. et gloriam magnificencie
regni tui. quo ad bonos quibus coniat bonitatem. et
magnificenciam regni celorum. regnum tuum regnum omnium se
culorum. non unius tantum. Dan. vii°. Potestas eius po
testas eterna. et regnum eius non corrumpetur. et domi
natio tua. non in una generatione tamquam temporalis. sed
in generatione et generationem. quia regnum ipsius omnibus
durabit. Gloriosum igitur est tale regnum. et propter du
rabilitatem. et tantam societatem. fidelis dns in omnibus
verbis suis. et scus in omnibus opibus suis. q. d. verax est
in promissis implendis. ita scus in operatione sua. de vero
fidelis est deus. et absque ulla iniquitate. quia per hec que
dedit. fidem fecit de dandis. et hoc sumitur de habundanti
bonitate sua. allevat dns omnes. i. sublevat de habundancia
pietatis. eos qui corruunt. i. labi incipiunt. ad consummatio
nem pcti non permittendo. et erigit omnes elisos. i. suble
vat eos qui iam peccaverunt. ut emendent. Et propter tan
tam bonitatem. oculi interiores et exteriores omnium elec
torum. immo et iumentorum in te sperant. quia tues inquit
respiciunt oculi tocius israel. et tu solus das illis liberaliter
escam in tempore oportuno. sive corporalem. sive spiritualem. et
hoc quando et quantum expedit illis. Unde paulo non dedit
quod petebat. pro amocione s. temptationis ad utilitatem
et dyabolo dedit ptatem in Job ad condempnationem illi

Et in hoc est magna
pietas dei. quod alios pec
care non permittit. ali
os post peccata
resurgere fa
cit.

et purgatione isti. aperis tu. ad dandum manum tuam.
i. benignitatem potentie tue. et imples omne animal benedictione.
i. bonis temporalibus. que procedunt de dei benedictione. unde genesis
ecce odor filii mei. sicut odor agri pleni. cui benedixit
deus. vel omne animal. i. hominem implevit spiritualibus
bonis. quia omnia facta sunt propter hominem. iustus dominus
in omnibus viis suis. i. omnia in iustitia disponit. et sanctus
in omnibus operibus suis. i. cum pietate et patientia. das omnia
bona. vel sic iustus etc. i. iuste et pie omnia disponis.
ordinas et operaris. prope est dominus. i. paratus et promp-
tus ad audiendum. unde. Invocate eum dum prope est.
omnibus invocantibus eum. non illis qui ore sine corde
orant. sed omnibus invocantibus eum in veritate. i. in caritate
et fidei puritate. que est in christo. qui est veritas. vel in
veritate. i. qui non secundum vana desideria. que aliud que-
runt quam ipsum deum. quia quidquid petimus extra deum. vel
voluntatem eius. non petimus in veritate. voluntatem timenti-
um se faciet. timentium. i. diligentium. q. d. quod volunt boni fa-
ciet deus. et deprecationem eorum exaudiet. sicut audivit orationem
moysi et aliorum patrum. tam novi quam veteris testamenti.
et salvos faciet eos a malis presentis et futuri. custodit
dominus omnes diligentes se. quia bonus est. et bene facit bonis
et rectis corde. et omnes peccatores disperdet. quia iustus ulcis-
cens iniquitatem. in tertiam et quartam generationem. lau-
dationem domini loquetur os meum. predicando et meo exemplo.
et benedicat. i. laudet. omnis caro. i. omnis homo. nomini sancto
eius in seculum. et in seculum seculi. i. hic incipiendo. et in futuro
numquam terminando. Nota quod psalmus iste a laude incepit.
et in laude conclusit. ad innuendum. quod incepta laus. ad
finem vite debet continuari. quia sola perseverantia. a deo re-
muneratur. quia qui perseveravit usque in finem etc.
Lauda anima mea dominum. In hoc psalmo vir ius-
tus secundum rationem exhortatur animam suam. L99
ad laudem dei. ne in vanis otiosa occupetur.
dicit. ergo lauda anima mea dominum. q. d. Quid occuparis cir-

alia trãsitoria· collige te ad auctorẽ tuũ· qui est pax· et
securitas vera· Deinde anima ꝑgrauata curis corporis
rũdet· d· laudabo ꝑfecte· in uita mea· eterna· que est vere
vita· cui cum inhesero· separi non potero· psallam deo
meo q̃diu fuero· i· et in hac vita q̃diu durauero· psal
lam ꝑ possibilitate· infirmitatis mee· nolite confidere in
principibus· et in filiis hominum· i· in illis qui temporalia amare sua
dent· in quibus non est salus· sed in vno tamen principe· qui
princeps pacis dicitur· et deus fortis ad saluandum· et
qui est filius hominis vnius· qui saluum fecit et facit
ppl̃m suum a peccatis eorum· in eo sperate meo exemplo quia
cito exibit spiritus· hora qua non speras· et caro reuer
tetur in terram suam· vnde cepit originem· in illa die
mortis peribunt· i· frustrabuntur· omnes cogitationes eorum· que
tendebant in diuersos ambitus seculi· Iuxta illud· ve qui
cogitatis inutile· Deinde quasi quis diceret· In quo igitur spera
bimus· Respondet· beatus cuius deus iacob· non angelus· non
homo· i· beatus est qui sperat in illo· in quem Iacob
sperauit· adiutor eius· i· huius luctatoris veri· sicut fuit
illius actualis· spes eius in domino deo ipsius· et quia cultores
demonum sperant in deo suo· determinat in quo est sperandum
dicens· qui fecit celum et terram· mare· et omnia que in eis sunt
et hoc per totum psalmum istum describendo ostendit· qui cus
todit veritatem in seculum· i· qui est verax in omnibus promissis·
et hoc in seculum· i· in eternum· et facit iudicium· iustum pacientibus
iniuriam· i· de iniusta molestatione· quod enim iuste pacie
ris· non est iniuria· sed supplicium· vel pena peccati· Iniu
ria est iuri contraria· dat escam spiritualem esurientibus
illis de quibus dicitur· Beati qui esuriunt et siciunt iusticiam·
et corporalem dat· Iuxta illud· aperis tu manum tuam et im
ples omne animal benedictione· dominus soluit compeditos· morta
litatis compede· hos soluit faciendo immortales· Vel com
peditos culpis· soluit a peccatis· dominus illuminat sapiencia cecos
ignorancia· i· eos qui ceci sunt ignorancia facit sapientes
dominus erigit elisos· i· post lapsum peccati eleuat confractos in

sp̄irando. dñs diligit iustos .i. post pc̄cm̄ iustificatos. do-
minus custodit aduenas .i. eos qui dicunt corde et ore.
Non habem⁹ hic manentem ciuitatem. pupillum et uidu-
am suscipiet .i. eos qui omni auxilio. et consolacōe seculi
destituunt. quib; se dat in prem̄. et in sponsum. Regnab̄t
dñs in scl'a. exponit' sic. o syon. non babilon. dñs. quem
times. deus in quem credis / tuus quem diligis regnabit /
non ad tempus. sicut reges mundani s; in secula .i. inet̄nū.
et hoc in generacōe et generacōne .i. in omnibus / Sicut scrip-
tum est. et regnum ipsius omnibus dñabitur.

Laudate dñm qm̄ bonus est psalm⁹. In p̄ori psalmo
excitabat aīām ad laudem. / Hic aūt monet oēs
in differēter et dicit. laudate dominum. omēs gentes
et subdit cām. d. qm̄ bonus est psalm⁹. et hec est tota mer-
ces laudanciū. q. d. Ideo laudate. quia bonū est laudare
deum. Ipsa enim laus dei est beatitudo nr̄a. et ideo deo
nr̄o sit iocūda. ut sit ex animi deuocione. ut glorificet
deus. decora q; laudacio. ut sit sine deformitate peccati
cum maturitate. edificans ir'lm dñs .i. qui edificat cele-
stem ir'lm. de multitudine fideliū. vel t'restrem ecc'liam
in vnitate fidei adunando. et hoc est quod subdit. disper-
siones isr'l congregabit. ad vnam fidem u' ecc'liam. Qui
sanat contritos corde .i. eos q̄s congregat. ad edificiū ecc'le.
primū quidem conterit. compunccione inspirando / deinde
sanat veniā largiendo. et alligat contriciones eor̄. hoc fa-
ciet in fine. qn̄. absterget deus omem lacrimā ab oc'lis
eor̄ / et mors vltra nō erit. neq; vllus dolor. Qui nume-
rat multitudinē stellar̄. hoc ad l'ram non est mirabile
quia ip̄e. et capillos capitis n̄ratos h̄t. Sed stellas vocat
sanctos / qui lucent int' puersos / qui sūt nox h'ui⁹ mūdi
et tales n̄rat dñs inter suos. quia nouit qui sūt eius
et quos elegerit. qui numerat .i. discernit. stellar̄ m̄ltitudinē
.i. electorꝫ. et omnib; eis nōīa uocans. quia nōīa eorꝫ sc̄pta
sūt in celo. Vnde vni eorꝫ dicit. noui te ex nōīe. magnus
dñs. ip̄se. et magna u'tus eius. in opacōe. et sapiencie eius

Psalte plix⁹. laudate celi. et
exultet t'ra / Iubilate mōtes
laudem. glo. Celi angeli.
mōtes plati / t'ra subditi. Lxb

Vel s'. laudate dñm. qm̄ bo⁹ est ps⁹.
.i. illa laus bō. est. m̄g. cū voce cōcor-
dat opa. In psalt'io cū cātat ps'l. qui
manu tangit cordas. et lingua for-
mat vba. dō nr̄o iocūda sit laudā⁹.
q. d. nos laudem⁹ dñm. et aga⁹ q̄d
nr̄m est. Ip̄e v'o laudacōm nr̄am
iocūda faciat. ip̄e gratam. et
acceptabilem habeat.

non est numerus. quia nemo potest dicere / tantum vel tantum
sit deus / Dicis enim in libro sapientie / disponit deus omnia in
numero. pondere. et mensura. i. in se ipso. qui omnibus
modum ponit. Suscipiens mansuetos dominus. i. humiles. Si
ergo vis intelligere. mitis esto. quia dirigit mansuetos in
iudicio intelligentiarum. Si ergo vis intelligere. esto mitis
non obscura scripturarum accuses / que deus fecit ut te exer-
ceat. Neque dicas / Sic diceretur melius / Sic enim dictum est ut
dici debuit. Non corrigat eger medicinam. quam medicus
temperat. Novit medicus eam modificare. ei crede. qui
te curat. Ante ergo quam scias / quid quare dictum sit. non
iudices / Crede ita debuisse dici. ut dictum est. Et hec pie-
tas facit te capacem. Si autem resistis ad usus clausa dei.
Vide quid sequitur. Humilians autem peccatores. i. superbos obscu-
rans / usque ad terram. ut scilicet nichil curant nisi terrena. / et
in futuro usque ad iehennam. Precinite domino in confessione lau-
dis vel peccatorum. quia iustus in principio accusator est sui
et hoc non sufficit. Ideo subdidit. Psallite deo nostro in cythara
i. in mortificatione carnis. pro opera propria. qui operit celum
nubibus. i. qui operit sacram scripturam. in qua latet cognitio
veritatis. figuris et sacramentis. ut incitet ad querendum. et
inde parat. ex gratia. non ex meritis / pluviam terre. i. doc-
trinam ecclesie. quia doctrina magistrorum habet se ad modum
pluvie. pro eo quod desuper descendit. qui producit in montibus
fenum et herbam. Ecce fructus pluvie. non modo in terra
humilium. sed etiam in montibus. i. in excelsis seculi. quibus
date sunt a deo divitie. et quibus precepit. servituti ho-
minum. i. predicatoribus. qui hominibus serviunt. omnia enim
temporalia. que ministrant ecclesie. fenum et herba sunt. de
quibus apostolus. Si nos vobis ministramus spiritualia. magnum
non est. si vestra carnalia metamus. Vel sic. qui producit
in montibus fenum. i. in prophetis. dat historie sensum. ad ali-
mentum simplicium. et inde producit herbam servituti ho-
minum. i. allegoriam sapientibus. ad alimentum anime. quam
deus dat. spiritualem intellectum habens. qui serviunt aliis hominibus

Vel innata sunt Iudei portantes codices legis ad literam inspicientes. Sed pulli corvorum sunt filii paganorum i. christiani, quibus dat escam allegorice.

predicando. qui dat iunctis escam ipsorum i. simplicibus ecclesie quibus aperit per se aut per predicatores suos, que a sapientibus abscondit. et dat escam pullis corvorum. qui quamdiu sunt albi deseruntur a parentibus suis, quia non sunt eis conformes. et signant eos qui nolunt conformari huic seculo. et propterea contempnuntur et fugantur. sed pater celestis rore celi in quo non laboraverunt pascit eos, si tamen sunt fideles, propterea subdit. Invocantibus eum. hoc ideo addidit. quia multi sunt pauperes qui non invocant. sed blasphemant deum. hii a deo et ab hominibus contempnuntur. non in fortitudine equi habebit voluntatem i. superbi et arrogantes non placent deo. quia cervicem erigere signum est superbie. neque in tibiis viri beneplacitum erit ei i. in habitu composito et ornato, et incessu superbo non placent illi, quia dicitur ecclesiastici xix. Amictus corporis risus dencium et incessus hominis annunciat de illo. beneplacitum est domino etc. in hiis qui timent et sperant in domino. et iuste spem coniungit timori, quia unum sine alio non valet. quia timor causat desperationem. sicut in Iuda. Spes sine timore presumptionem. et hee sunt due mole. de quibus dicitur deuteronomii xxiiii. Superior est spes. inferior timor. inter quas teritur homo. ut fiat tibi beneplacens. et portetur ad cenam glorie celestis. Capitulum.

Lauda ierusalem dominum. Intentio monet sicut superiores psalmi ad laudem et dicit o Ierusalem celestis que vides patrem oculo ad oculum. lauda dominum. quia hoc solum est negocium tuum. lauda deum tuum syon i. presens ecclesia que in fide contemplatur per speculum. quod postea videt. patrem. qui confortavit seras portarum tuarum. vectium confortatio non fit nisi clausis ostiis. per hoc ergo notat clausam esse ianuam, admissis prudentibus et exclusis fatuis virginibus ut nemo iam intret vel exeat. et benedixit filiis tuis in te. quos olim pepisti. qui iam quiescunt in te. ubi quando filii sunt securi quiescunt. qui posuit fines tuos pacem. quidquid enim intus est pacatum est. et extra iehenna est. et adipe frumenti saciat te. quia satietas est et nulla indigencia. Ubi scriptum saciabit sanctos suos deus noster. quem

Currit sermo dei velociter de vicio ad virtutem convertendo, de virtute ad virtutem promovendo. de virtute ad gloriam producendo. Job xxxvii. cum descendit vehementissimo ymbri [illegible].

in hoc mundo. sola fide noscebamus, tunc facie ad faciem
videbimus sicut est. qui emittit eloquium suum terre. i. ipse qui
filium suum misit incarnandum ad terram. velociter currit
sermo eius. i. velociter implevit mundum cognitione sua. quia
vivus est sermo dei et efficax, et penetrabilior omni gla-
dio ancipiti. qui dat nivem sicut lanam. nix fit ex aqua
in nubibus congelata. que cadit in terram, et significat homines
a caritate elongatos pruina infrigidatos, qui descendunt
in terram per cupiditatem. et tamen inter illos sunt aliqui
de quibus factus est deus lanam. i. materiam vestis
sue. lana colligitur de ovibus, et convertitur in vestem. que
calefacit et significat quia per exempla sanctorum ad caritatem
incalescunt peccatores. nebulam sicut cinerem spargit. i. ob-
scuros in peccatis ad penitentiam convertit. quia cinis est signum
penitencie. mittit cristallum suum. i. obstinatos sed tamen
predestinatos, qui non solvuntur tam facile sicut nix. sicut
buccellas. i. sicut portiones panis, et notat predicatores
ex peccatoribus per solam dei gratiam conversos, qui pascunt ali-
os pane verbi dei, et exemplo vite lucent. sicut cristallus
propter persecutionem, et nitidus propter solam legis. Ante
faciem frigoris eius quis sustinebit. i. ante penitentiam predicatorum
eorum. qui prius fuerunt frigus, quis in frigore perfidie dura-
re poterit. Vel ante faciem frigoris eius. i. dei. Nam frigus
i. ariditas cordis dicitur eius, non quod faciat illud. sed quia
fieri sinit. quia scilicet deserit peccatorem. non vocat, non aperit
sensum, non infundit gratiam. Nisi ergo solvat ipse sol,
nullus solvit, et nullus sustinere potest. de hoc frigore
dicitur de pharaone. Ego indurabo eum. i. non dabo gratiam.
Et paulus. Video aliam legem in membris meis repug-
nantem legi mentis mee, et captivantem me in lege pec-
cati. Et quis liberabit me de carcere mortis huius. ac si
dicat. frigesco miser sum. nullus solvit a frigore isto
nisi gratia dei. Unde et subdit. emittet verbum suum. i. pater
mittet per incarnationem filium suum. et liquefaciet ea. scilicet nunc
nebulam et cristallum. Veniente namque filio dei per

quia alig[illegible] vermes [illegible] pugna[illegible] [illegible] stallus.

gr̃am. nec frigus ariditatis. nec obscuritas ignorancie.
nec obstinacõis duriciesi stare possũt. Salubriter eni
liquefiũt. et fluenta b̃nficiorꝫ spũalium. fluũt aliis dñ
subditum. Flauit spũs eius ⁊ fluent aque .i. visitante gr̃a
spũs sancti. fluũt gracie deuocõis et p̃dicacõis ĩ alios
qui annũciat v̰bũ suũ iacob .i. nouo populo luctatori
cum viciis et concupiscenciis. annunciat verbum
salutis. fidei. de trinitate. vnitate. Vel v̰bum veritatis
p̃ p̃dicatores suos et annũciat iusta iudicia sua isrl̃ .i.
iam illuiãt. q̃ non solum in iusti. sed etiã iusti paciũt.
nõ fecit taliter omni nacõi. ad l̃ram. Solis iudeis annũc
ciauit deus iusticiã p̃ p̃phas. et non gentibꝫ. Iuxta illud
Non sum missus nisi ad oues que pierũt domꝰ isrl.
Sꝫ mistice. omnibus inuocantibꝫ se. thesauros sciãꝝ et
diuiciarꝝ. aperit et illuiãt mẽtes sedenciũ in tenebris. et
in vmbra mortis. Sequit̃.

Laudate dominũ de celis. Intencõe sua monet
p̃s. omnem creaturã celestem. et terrestrem.
ad laudandum summũ creatorem. dicit ḡ sic
laudate dñm de celis. laudate eum in excelsis. laudate eũ
omñes angeli eius. laudate eũ omñes v̰tutes eius. q. d. o
beata ciuitas sup̃na. considerãtis mirabilibꝫ in ordine
celestiũ omĩ v̰tutum. In laudem dei p̃rumpe. sume ma
teriam laudis in celis in excelsis creature. omĩ videlꝫ an
gelorꝫ. Vel sic. laudate dñm de celis .i. vos creature in cel.
h̃ntes originem. laudate eũ in excelsis .i. vos qui in ex
celsis p̃mãsistis. ad l̃ram dicit cadentiũ. qui nõ sũt
in excelsis. laudate eũ omñes angeli eius .i. gñalit̃ omĩs
triũ ierarchiarꝫ angeli. et specialit̃. laudate eũ omñs vir
tutes eius .i. ordo v̰tutum. quia p̃ angelos illius ordis
fuit effectus mirabilis. in admiracõm diuine potencie.
homines inducentes ad laudem dei. De inde ad min⁹ dig
na descendens ait. laudate eũ sol et luna. laudate eum
omñes stelle ⁊ lumen. licet eñi corpa celestia sint inãĩata
tamẽ dicunt̃ laudare deum. quia sua pulchritudine

Angeli qui sine intermissione laudãt deum. nõ ammonẽ laudare. sꝫ oraui⁹ q̃ nos admitterent cum eis ad laude dei.

inducit homines ad laudandum deum. laudate eum
celi celorum .i. celum empireum. quod dicitur igneum. p
similitudine ignis propter claritatem. et aque que super
celos sunt .i. celum cristallinum. quod est supra celum sidere-
um / et dicitur aqueum. propter dyafanitatem. laudent
nomen domini .i. sunt hominibus considerantibus mate-
ria deum laudandi etc. Mistice sic. Sol xpus. luna Ma-
ria / Stelle prelati. lumen boni subditi / Celi celorum
apostoli et prophete. Aque super celos. omnes sancti marti-
res et confessores / De illis omnibus dicitur. Apok. laudem
dicite deo nostro. omnes sancti eius / quia in multitudine
electorum habebit laudem. Subdit racionem laudis / Quia
ipse. deus pater. dixit .i. filium genuit coeternum. per quem facta
sunt omnia / contra illos dicitur. qui dicunt mundum deo co-
eternum. ipse mandavit .i. per filium suum ordinavit. et crea-
ta sunt universa. quod est proprium solius deitatis ex nichilo /
videlicet creare omnia. statuit ea. omnia .s. superiora et celes-
tia. in seculum et in seculum seculi. quia licet erit celum novum
et terra nova. / deo tamen bene statuta dicuntur. que inno-
vantur per xpum. / et permanet meliorata. et est hic laus
a potencia. Omnipotens est. cuius opera non mutantur. pre-
ceptum posuit .i. legem dedit cursuum. in durabilitate
perpetua. et non preteribit. qui laudent deum. in se et in aliis
laudabilem creatorem suum ostendendo. laudate dominum
de terra. Enumeratis celestibus convertitur ad terrestria. hor-
tando ut corporum consideracione laudemus deum. Et dicit o vos
omnes qui estis de terra. dracones et omnes abissi. laudate
dominum. Ubi notandum. quod dracones sunt maiora animancia
super terram. qui habitant iuxta aquas / et exeuntes de spe-
luncis. feruntur in aera. / et conturbatur aer. / Abissi sunt pro-
funditates aquarum latencium / et maria omnia. Aer quoque
nebulosus ad abissum pertinet. Ubi sunt venti. tempesta-
tes pluvie. chorustaciones. tonitrua grando nix / et ge-
neraliter. quidquid de humido. et callido aere. volt deus fieri su-
btram. / totum terre nomine appellatur. / quia nimis mutabile

est. Hec autem omnia et si mutabilia et creata sunt, habent
tamen ordinem suum. et quomodo invitant ad laudem
dei. et decorem universi. Ipsa enim considerata. promovent
homines ad laudem dei. Ignis grando nix glacies spiritus
procellarum. laudent nomen domini. que faciunt verbum eius. Hoc ideo
dicit. quia visum fuit quibusdam. quod deus superiora regeret
sed despiceret hec inferiora, et regentur a casu. Montes et omnes
colles. ligna fructifera et omnes cedri. Bestie et universa peco-
ra. serpentes et volucres pennate. Deinde ad homines descendens
dicit. reges terre et omnes populi. principes et omnes iudices terre
Iuvenes et virgines. senes cum iunioribus. de omni sexu et omni
etate. laudent nomen domini. quia exaltatum est nomen eius solius
Deinde generaliter dicit de omnibus confessio. i. laus eius super ce-
lum. i. super omnia celestia. et terram. i. super omnia terrestria. quia
maior est laus eius ex ipso. quam ex creaturis, et magis est lau-
dandus propter se. quam propter creaturas, et exaltabit cornu populi sui
quod modo est humile. et abiectum in tribulatione. sed cum ve-
nerit dominus. tunc potestas populi sui exaltabitur. quando ponet
inimicos eius. scabellum pedum suorum. Et ex hoc est et erit.
ympnus. i. laudacio omnibus sanctis eius. et qui sunt illi. filiis
israel. populo appropinquanti sibi. non carne sed fide. Cantate domino. i. can-
tando laudate. canticum novum. pro misterio redempcionis, de pro-
missione eternitatis. laus eius in ecclesia sanctorum. s. catholica. vel
triumphanti. letetur israel. spe. licet hic multa paciatur adversa.
in eo qui fecit eum. qui non paciet temptari eum supra
id quod potest. et filie syon. i. anime infirme et fragiles, sed fide-
les, exultent. fide. in rege suo. xpo. qui est rex et sacerdos
ut rex pugnavit pro nobis. de cruce dyabolum vincens. Sa-
cerdos. seipsum pro nobis offerens. quia nichil invenit in homini-
bus. quod offerret. laudent nomen eius. Qualiter. in tym-
pano. i. carnis mortificacione. in choro. i. in concordia morum
in psalterio. i. in observacione mandatorum dei. psallant ei. i. laudent
eum. Et reddit racionem. quare laudandus est. quia beneplacitum
est domino in populo suo. cum peccata dimisit, et dedit ei regnum et sa-
cerdocium. Sicut dicitur. sap. Iudicabunt sancti naciones. et dominabuntur.

Hec omnia sunt hominibus
materia laudis,
quia in eis relu-
cet bonitas
divina.

Hic invitat specialiter
israel ad laudem.

Qui vult cantare hoc canticum
fiat novus homo, diligat
eterna, contempnat
terrena. vetus homo
cantat vetus.
diligit
terrena.

populis et exaltabit mansuetos in salute. i. iustos humiles qui ma
nu dei assueti sunt. et potissimum pacientes qui dulciter sustinent
oppressiones et iniurias tirannorum propter xpm. Adhuc de gloria
sanctorum subdit. exultabunt sancti in gloria. datorem tante glo
rie laudantes, dicentes illud apok. Regnavit dominus deus
noster. gaudeamus et exultemus et demus gloriam deo. letabun
tur in cubilibus suis. i. in quiete consciencie in presenti. In futuro
autem in pace eterne consolacionis et securitatis. Iuxta illud. ys.
Gaudium et leticia invenietur in ea. graciarum actio et vox lau
dis. et dicitur in ps. in cubilibus propter diversitatem premiorum
quia in domo patris mei mansiones multe sunt. exultaciones
dei. et non mundi. que vane sunt. non carnis que fetide sunt.
non dyaboli que perverse sunt. in gutture eorum. i. in corde et
lingua. ut non sibi tribuant quod iusti sunt. et gladii ancipites
i. bis acuti. s. sermo de novo et veteri testamento. in ma
nibus eorum. i. in potestate ut sciant et possint loqui quando ve
lint. et cui velint. ad faciendam vindictam in nacionibus.
i. ad hoc ut occidant peccatores illo gladio. et efficiant iusti
unde prov. verte impios et non erunt. Et illud. Ego occidam et
ego vivere faciam etc. Et ne putares sanguinem fundi, de
terminat subdendo. increpaciones in populis. i. ob increpaciones
quas qui hic audire noluit ad correccionem audiet in futuro
ad dampnacionem, de quibus prov. i. Increpaciones meas negle
xistis, ego autem in interitu vestro ridebo. Ad alligandos re
ges eorum in compedibus et nobiles eorum in manicis ferreis. man
data dei dicuntur vincula ferrea, quia dura sunt et insolubilia
Ut est illud. Quod deus coniunxit, homo non separet. Et illud.
Alligatus es uxori etc. Et non mechaberis. non occides
etc. Et hiis vinculis ligantur reges gencium. et nobiles scilicet
ab infirmis et contemptibilibus huius mundi, quos elegit deus
ut confundat forcia. Hiis dedit acutas frameas sancte et cor
reccionis. ut faciant in eis iudicium conscriptum. per legem et prophe
tas, quia longe ante scripta sunt. que hodie complentur.
Unde apostolus. An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt
Et tunc iudicium durissimum, de hiis qui presunt fiet, cum dominus

ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Gloria hec est
omnibus sanctis eius. scilicet iudiciaria potestas. qui pro Christo omnia
terrena reliquerunt. quos visuri sunt mali et dicturi. Hii
sunt quos aliquando habuimus in derisum. Ecce quomodo computati
sunt inter filios dei. De illa gloria dicitur. Exultabunt sancti in glo-
ria etc. Laudate dominum in sanctis eius. id est in societate sanctorum.
vel pro hiis que contulit sanctis. laudate eum in firmamento virtutis
eius. id est pro fortitudine virtutis qua firmati est ab eo. nunc in temp-
tacione. et postea perpetuo in resurrectione. ubi nichil aderit
quod timeat. Laudate eum in virtutibus eius. id est in effectibus
suis iam factis et fieri possibilibus. Et quia magnitudo
virtutis eius nobis est incomprehensibilis in hac vita. ideo
subditur. Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.
quod complebitur in patria tantum ab hiis. qui exonera-
ti continuo laudant deum. et est sensus. secundum multitudinem
id est sine fine. et dicitur hoc specialibus sanctis. qui secundum mul-
titudinem magnitudinis laudant. cum continuo laudant. Sed autem qui in corpore sunt secundum
multitudinem magnitudinis
laudant. cum se in eius laude
non sufficere confitentur. Laudate eum in sono tube. Laudate
eum in psalterio et cythara. In tuba signatur rex. In psalterio
deus. In cythara sponsus. et est sensus. laudate eum in so-
no tube. tamquam regem. qui in bello dyaboli victores facit. Lau-
date eum in psalterio. deum verum. qui vobis in celo tri-
buit locum. Laudate eum in cythara sponsum animarum
vestrarum. qui se vobis in eterno thalamo coniunxit. Laudate eum
in tympano. gratias agentes pro carnis maceracione. et choro.
id est pro cordium unitate. Vel in tympano et choro. id est in abstinencia
et fraterna concordia. quia unum sine altero deo non placet.
Laudate eum in cordis et organo. quod idem est. Tympanum
est cutis exsiccata et extenta. Et corde. viscera exsiccata
et extenta in ligno. Chorus concors unitas vocum hu-
manarum. et organum concordia fistularum. et significant utraque
in abstinencia caritatem. Laudate eum in cymbalis benesona-
tibus. Cymbala se invicem tangunt. ut sonent. et significant
labia. que ex amore cordis. tacere non possunt. ad modum
cuius domus ardet. qui tacere non novit. Et laudate.

eum in cymbalis iubilationis . i . in leticia inenarrabili . qua intus continere non potest quin erumpat, et foris explere non sufficit . iuxta affectum . Et ut hec omnia spiritualiter intelligant . subdit . dicens . Omnis spiritus . non caro que non prodest quidquam . Non sanguis . que utraque regnum dei non possidebunt . Non ambitus seculi . sed quod est in rerum natura . sublimius monetur ad laudem . quod sapit celestia . capit eterna . s . spiritus . et licet omnis spiritus . i . omnis creatura laudem dei laudabilem ostendat, tamen singulariter homines pro status sui qualitate deum laudare monentur . Unde Io . ip . Da gloriam deo . et apostolus . Thym . ultimo . Regi seculorum immortali invisibili . honor et gloria in secula seculorum Amen .

Explicit feria vi . die pasceue xvii . die mensis aprilis per manus Thome de Lipnik . Et hanc glosam psalterii scripsit . domino Wilhelmo canonico olom . et plebano sancti Mauricii . ibidem in Olomuncz .

Wilhelmus Kortelangen .

Explicit glosa super psalterio compilata ex auctoritate per Fredericum prepositum monasterii canonicorum regularium in Sternberg olomucensis dyocesis quam nuncupari volunt Abortivum . Wilhelmus Kortelangen .

Postqꝫ de psalmis que dns dedit
dixim᷑ l. supest ut de canticis que
sursum inspirauerit edisseramus
Canticum est iocunditas mentis
et laus spualis que fit tribus mo
dis. aut p victoria ut pplus isrl
sub merso pharaone canticu dno
cecinit. aut p gratiar actione ut ezechias pro
pcepta salute canticu edidit. aut p laude ut
cantica canticor. ut istud presens. q pp heta i
laudem dni cecinit. Sciendum aut q apd nos
canticum hoc aput hebreos carme vocat. Est
aut carmen q metrica lege pedibus currit. Canticu
vero q musice arti aptum psa deducit. Omnia quippe
sacre scripture cantica sut aput hebreos metrice composita
Tytulus huius est canticu ysaie pphete. ysayas dr salus dni
hic ppheta salutem humano generi p xpm ventura
in spiritu puidit. et hoc canticu in laudem eius sub
psona future eccle pmit. Hoc canticu in duo diuidr
quia tepus eccle in duo distiguit. s. in tempus pacis
et psecucionis vel in tps laboris et retribucois. una
diuisio est. Confitebor tibi dne. In qua psecuco eccle
et cosolaco p xpm memorat. Altera. Haurietis aqs
In qua baptismus vel ewangelica doctrina pdicat. Ma
teria est eccle psequuco et future vite retribuco. In
tencio est nos hortari ad laudandum deum in tribu
lacoe ut fruamur eterna cosolacoe. Verba supta sut de
populo dei sub pharaone afflicto sz p dnm liberato
qui aquas de rupibus pductas in heremo hausit et
dno grates p collatis bnficiis retulit. Sigt vo pplm
dyabo afflictum sz p xpm redemptum qui aquas de
fontibus saluatoris i. doctrinam ewangelicam de dono
spus sancti hausit. Vel aquas baptismatis de fontibus

salvatoris .i. de apostolis accepit. pro quibus gratias domino
egit (vox prophete sub persona ecclesie in persecutione demum lau-
dantis et presentia promissione. canticum hoc domino
cantantis. Sequitur. Confitebor.

Confitebor tibi domine. hoc est o domine ihesu christe lau-
dabo te non solum in prosperis. verum etiam in adver-
sis. quoniam iratus es michi .i. sensi te pro peccatis me-
is iratum in permissu inimicorum super me sevientium. Conversus
est furor tuus. peccata indulgendo. et consolatus es me. pacem
tribuendo. et vitam eternam per tribulationem promittendo. Beati
inquies. qui persecutionem patiuntur propter iusticiam. quoniam ipsorum
est regnum celorum. Merito gratulor quia. Ecce adest in
carne. deus salvator meus .s. christus ihesus. salvator mundi. et
ideo fiducialiter agam in tribulationibus. et non timebo. quid fa-
ciat michi homo. Quia fortitudo mea et laus mea dominus. per
quem adversarios vincam. non eis in malo consensum prebendo
et laus mea dominus. quem hic in penis. et post in eterna vita cum
angelis laudabo. et factus est michi in salutem .i. pro mea salute
factus est homo passibilis. per quem stabo in acie contra hos-
tes. fortis pro corona eterne salvationis. Sequitur consolatio spiritus
sancti. per prophetam fidelibus populis repromissa. vos qui esuritis
et sititis iusticiam. Haurietis aquas in gaudio de fontibus
salvatoris .i. evangelicam doctrinam. de septem donis
spiritus sancti percipientes vel gratiam baptismatis per apostolos in
totum orbem diffusam cum leticia sumetis. Fontes autem
salvatoris christi sunt dona spiritus sancti. de quibus fluunt flumina
aque vive .i. dogmata eterne vite. Vel apostoli qui sunt fontes aque
predicationis. ubicumque fundentes. Et has aquas suscipien-
tes. dicetis in illa die .i. in tempore gratie. Confitemini domino. hoc
est omnis refecti potu. laudate christum. quia illius est miseri-
cordie quod possumus. et invocate nomen eius. fide et opere. quia
eius clementia est omne quod vivimus. Et vos doctores. Notas
facite in populis predicando. adinventiones eius .i. leges eius
quas ad utilitatem hominibus adinvenit. Mementote quoniam
excelsum est nomen eius .i. in memoria habete quod filius qui

est nomē pris. in dextera dei exaltatus, in quo humanitas
nra assumpta. sup angelos est excelsa. et ideo vos ppli in
eum credentes. Cantate dño. bn̄ vivendo. qui magnifice
fecit. vos redimendo. et multa miracula mūdo ostendendo.
et hoc annunciate in univsa tra. i. p totū mūdū pdicate
hāc grām p hijs omnibus. exulta et lauda habitacō syon.
i. letare eccīa. etne vite specula. in sublimibus. collocata
xpi habitacō facta. quia magnus in medio tui scūs isrl. h.
est xps filius dei. olim pribus promissus in te regnat
rex regum. et glia scōr deum videncium. hoc canticū ideo
feria scda ad laudes cantat. quia fia ij. celum in medio
aquar collocat. qd sigt ecclīam. que in medio aquar
baptismatis et ewangelice doctrine fundat. ut in hoc canti
co memorat. Sz et xpus caput eccl̄ie. feria scda bapti
satus traditur. 3c.

Hoc canticū est grar actionis. p munere recepte
sanctitatis. precedens canticū continet saluacōnem
eccl̄ie. p grām baptismatis. hoc sequēs cantic vivi
ficacōnē hnāi gen̄is p mortem redemptoris. Titulus est
canticū ezechie regis. Nota est historia. Ezechias rex eg
tans mori debuit. Sz lacrimis penitēcie fata mortis dis
tulit. et ne de salute desparet. dn̄s ei grande signū pre
buit. quia solem iam occiduū. repente in ortū sustulit.
Signans q regis vita morti ppinqua in ortum vivendi ess
redditura. cui postq̄ convaluit. hoc canticū p grar acti
one. dño cecinit. Ezechias dr. fortitudo dn̄i. et intelligit.
xps. qui est virtus dei. qui accepit a nobis infirmitate
carnis. et contulit nobis fortitudinē deitatis. et occasum
nre mortalitatis. vertit in ortum eternitatis. hic talis eze
chias. infirmatus est usqz ad mortem. dum languores no
stros. ipse abstulit. et infirmitates nras ipse portavit. et
pcta nra sup lignū crucis ptulit. fortis in prelio. dum
dyabolum et mortem vicit. huius cantici materia est humane
vite miseria. Intencio est nos amonē. ut grās agamus
deo. p nra liberacōe. Verba supta sūt de egrotacione

ezechie regis et signat infirmitate xpi vel humani generis
In quatuor partitur quia humana preuaricatio per preuaricatione
iiiior legum, iiiior mortibus adicitur prima lex data est
ore dei s. ne comedas. Secunda naturalis, Quod tibi non vis, alijs
non feceris. Tercia scripta per moysen. Quarta promulgata per
xpm. Prima pars est. Ego dixi. In qua predicto peccatorum deplo-
ratur. Secunda. de mane usque ad vesperam. In qua miseria presentis
vite defletur. Tercia. tu autem domine. In qua redempcio humani
generis, per xpm innuitur. Quarta. domine saluum me fac. In qua
oracio. gratias agentis clauditur. Vox ezechie regis. sub persona humani
generis pro redempcione sua. gratias agentis.

B in sermone de assumpcione

Bona. B. viue debes ut semper dies
putes sit et meliores quam preteriti. glossa.
etiam vij. virtutes faciunt dies bo-
nos vicia malos. glossa etiam primo.
Bene implet dies suos. ut abra-
ham mortuus plenus dierum. in
senectute bona. Peccatores. in
dimidio dierum moriuntur.
glossa ysidori xxxviij.

Ego dixi in dimidio dierum meorum. Duo dimidia habet
vita humana. Unum. quo homo irritante. male vivit
in iuuentute. aliud quo spiritu instigante. bene viuit
in senectute. Impij et peccatores. in dimidio dierum suorum moriuntur
quia non implent opera virtutum. et ideo ad tharthara ducuntur.
Iusti autem in plenitudine dierum obeunt. quia dampna prioris
vite studio melioris recompensant. et ideo gaudia vite percipi-
unt. Sicut abraham mortuus est in senectute bona ple-
nus dierum. Ego igitur egrotans dixi in corde meo positus.
in dimidio dierum meorum. i. in praua vita iuuentutis. uadam ad
portas inferi. hoc est sine penitencia nunc moriar. et sic
ad infernum deducar. Porte magistri inferi sunt praue actio-
nes. que ducunt ad penas homines. Hec porte non valent ad-
uersus ecclesiam. quia per ostium xpm intrat ad vitam.
Quesiui residuum annorum meorum. s. cum lacrimis rogaui. ut reli-
quum dimidium. bone vite viuere. quo portas inferi eua-
dere possem. Per hoc datur intelligi. si etiam homo per pec-
catum morti addictus fuerit. si penitenciam cum lacrimis agat
euadat. Queritur cum scriptura dicat. Constituisti terminos
eius. qui preteriri non poterunt. Quomodo ezechias super constitutum
terminum. xv. annis vixerit. Sed sciendum. quod terminus vite
ezechie a deo prefixus fuit. qua die et obijt. peccatis autem
exigentibus ad hunc venire remanentibus. adhuc xv annis
non potuit. sed per penitenciam et satisfaccionem, ad constitutum

vite termin[um] incurrit. Sequit[ur]. Dixi. sub audis in corde meo.
no[n] videbo d[omi]n[u]m deu[m] in t[er]ra viuenciu[m]. hoc est si in p[e]cc[at]is mor-
tuus ad inferos ductus fuero. no[n] videbo deum in regione
viuo[rum]. Non aspiciam hominem ultra sub audis in hac vita.
et habitatore[m] quietis. i. angelum in celis. vel iustum habita-
tem in p[ar]adiso quietis. Querit[ur] cur iustus rex in tantum
mori timuerit. vel cur tanto t[em]p[or]e p[rese]ntem vitam optauit.
Sed sciendum est q[uod] xp[istu]s de semine dauid nasciturus erat. in
cui[us] successionis linea iste fuit. s[ed] adhuc filiu[m] no[n] habuit. Ti-
muit ergo si sine filio moreretur. ne ipse de genealogia de-
leret[ur]. Ideo sequit[ur]. Generacio mea ablata est. subaudis a
genealogia xp[ist]i. et conuoluta est a me. ad aliu[m]. quasi taber-
nacula pastor[um]. pastores cum pascua mutant. tabernacula
sua inuoluunt. et auferunt. pastores sunt ap[osto]li. qui pascunt
fideles. qui sunt oues xp[ist]i. hor[um] tab[er]nacula. sunt corp[or]a in qui-
bus hic militant co[n]tra vicia. de quib[us] vnus dixit. p[ro]pe est dis-
solucio tabernaculi mei. hic pascua mutauerunt. dum
ad paradisi prata migrauerunt. Tabernacula v[er]o cor[um]. i. corp[or]a
sunt. ab hominib[us] ablata. et puluere t[er]re inuoluta. Alia tr[ans]la[cio]
habet. quieuit generac[i]o mea. i. generac[i]o dauid in me ces-
sauit. ablata est in mea morte. et conuoluta est a me. du[m]
corpus inuoluit[ur] in tumulum. sicut tabernaculum pastor[um]
mutat[ur] ad aliu[m] locum. Precisa est velud a texente vita mea.
Sicut tela filis ordit[ur]. sic series t[em]p[oru]m generacionib[us]. sic vita
cui[us] hominis dieb[us]. sic genealogia xp[ist]i patribus co[n]texit[ur].
Et sicut tela a texente adhuc imp[er]fecta est scindit[ur]. sic
vita peccatoris a deo serie t[em]p[oru]m disponente ad summa[m] nequicia[m]
non p[er]ducta. securi mortis succidit[ur]. Vnde subdit[ur]. du[m] adhuc
ordirer succidit me. i. dum adhuc p[er] generac[i]o[n]es contexerer.
mors abstulit me. vel dum michi ezechie adhuc xv an[n]i
sup[er]essent. et genealogia d[omi]ni. p[er] p[ro]phetas texeret[ur]. succidit
me. i. dum me sine p[ro]le mori voluit. Sequit[ur] lamentabil[is]
vox huma[n]i generis. de mane usq[ue] ad vesp[er]am finies me. Spe-
rabam usq[ue] ad mane. Similitudo trahit[ur] ab egrotante.
qui in die expectat noctem. in nocte prestolat[ur] lucem.

putans mutatoe tpm mutari supplicia. Mane est exordiu
mudi. vespa finis seculi, in quo spacio finiet deus genus
huanu. qd sine fine in padiso erat victurp. Quod tame spe
rat in deo. usqz ad mane illius futuri diei. qui no habet
vespam. Sequit. Quasi leo sic cotriuit omia ossa mea. Sic dr
est a febricitante. cui ignis internus omia in similitudinem
leonis cosumit. Leonis natura tradit ee talis. qd qn esurit
saltus lustrat. terram cauda signat. et tuc rugiens pami
das bestias invadit ac discerpit. quaru nulla sulcum
caude eius trasire psumit. Hoc designat dyab. qui tamqp leo
rugiens. gentes circuit. querens que devoret. qui cauda ter
ra signauit. dum uni cocupiscencia terrenos sibi anotauit.
quos suggestionibus invasit, multis viciis et pctis discerp
sit. Nullus notam caude eius trasire psumpsit. quia nul
lus se a iugo dyabi vel a carnalibus desideriis excutere po
tuit. Hic leo omia ossa hominis cotriuit. dum vires anime
in humano genere enervauit. Sicut enim caro ab ossibus.
sic anima portat a virtutibus. aliter. leo ht aliam naturam
catulos mortuos generat. quos pater tercia die flatu suo vi
uificat. Hoc designat xpm. qui fortis leo de tribu iuda vic
dyab. quem tercia die suscitauit pater mortuum. Hic leo omia
ossa cotriuit. dum xpc omes potentes et supbos sctm p pre
dicatores humiliauit. Sequit. de mane usqz ad uespam finies
me. Hoc superius iam dctm est. sz ibi generalit ad totu ge
nus humanu spectat. hic specialit ad quelibz mortale.
Similitudo trahit a tela. que mane incipit. et in uespe
finit. Mane est infancia. vespa decrepita. Infra hoc spa
ciu termiat vita hominis. qui si madatum dei seruasset ine
ternu viveret. Sicut pullus hyrundinis sic clamabo medi
tabor ut columba. Pullus yrundinis garula voce. fletu co
lumba vo imitat gemitu. Qui dicebat. Noctes et dies fletibz et
gemitibz indulgebam. In infancia sp flebam. in senectute
gemebam. p hoc notat tota vita hois deduci in miseria.
Attenuati sunt oculi mei. suspicientes in excelso. Hoc est racio
et discrecio. oculi anime in me defecerunt. In prima etate. ca

sanitatis et misericordie. attendentes in celum quod perdidi pete-
tes auxilium quod non merui. Tunc dixi. domine vim patior. Si-
militudo est ab illo qui ab hostibus capitur et torquetur. Iuste
patitur qui tantum recipit quantum fecit. Vim patitur qui plus
torquetur quam merita eius exigant. humanum genus vim
est passum. quod per dyabolum a paradisi gaudiis est seductum. inferni
omnibus penis subactum. quod ad redemptorem se convertit dicens.
responde pro me. q. d. Si quid erravi convertar ad melius. tu factus
homo pro me responde. pro me iudici et dyabolo me accusanti Si-
militudo est a defensore qui pro reo accusato iudici respondet. xpistus
defensor humani generis. iudici patri et accusatori dyabolo pro homine
respondit. quando innocentiam suam pro culpa morti eius opposuit
Sequitur. fidelis vox hominis. quid dicam. i. quid causabor contra
factorem meum. talia promerui. qualia patior. aut quid res-
pondebit michi querenti. cum ipse fecerit quod voluit. Sustinenda
sunt ergo. quecumque decreverit. quia omnia iuste disposuit. Sequitur.
Recogitabo tibi omnes annos meos. in amaritudine anime mee. Ezechi-
as recogitavit omnes annos regni. et preterite beatitudinis. ut
presentem mitiget amaritudinem infirmitatis. porro genus humanum
recogitat omnes annos in amaritudine dic. quia a lapsu primi
parentis. omnes annos duxit in amaritudine vite. domine si sic vi-
vitur. ut dixi. in amaritudine. in dolore. in miseria. et in talibus
vita spiritus mei. i. tali sum conditione generatus. quia homo nasci-
tur ad laborandum. qui creatus erat ad requiem. Sed hoc vertit
michi deus in bonum. quia corripies me. adversitatibus. et vivifica-
bis me. virtutibus. Vel corripies me. morte presenti. et vivificabis
me. vita perhenni. ecce in pace amaritudo mea amarissima. hoc est
non solum amaritudinem patior. cum bellis urgeor. sed etiam
cum in pace dego. varias amaritudines corporis et animi
sustineo. Vel ego ezechias amaritudinem paciebar. dum ab
assiriis impugnabar. nunc pace reddita. et urbe secura. a-
marissimam amaritudinem patior quia iam ad mortem trahor
Sequitur vox gratulantis et gratias agentis. Ego quidem ama-
ritudinem huius vite passus sum ut promerui. Tu autem domine
salvator. eruisti animam meam. sanguine tuo. de inferno et depu[t]i

nō.

misericordia · ut non periret · eterna morte · proiecisti post tergum tuum
omnia peccata mea · Ante faciem suam iudex peccata suspendit · que
punit · post tergum proicit · que dimittit · Peccata hominis post
tergum proicit · dum ea clementer indulsit · Hic idem · Quia non
infernus confitebitur tibi · neque mors laudabit te · infernus est con
suetudo peccandi / mors vero dampnacio anime · Infernus non
confitebitur domino · quia qui in profundum malorum venerit non lau
dat deum · sed contempnit eum / neque mors laudabit eum / quia
ad mortem dampnatus non laudat iudicem · sed tamen sentit suppli
cium · non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam · lacus est pro
funditas inferni · veritas christi sentencia ultimi iudicij · Qui ergo in
lacum inferni nunc descendunt · veritatem extreme iudicis sentencie
non expectabunt / sed statim ut corpore exuuntur · penis subduntur ·
Illi non laudabunt te · sed viuens in fide · viuens in opere · ipse confitebitur
tibi · i · laudabit te · sicut et ego uiuo hodie · gratias ago pater filijs
ut notam faciunt ueritatem tuam · hoc per singulas generaciones poste
ris dicet a patribus clemencia dei · vel seueritas iudicij christi · Sequitur
orbis conclusio · Domine ihesu saluator · saluum me fac · populum fidelem ·
et corpore et anima · et omnes qui in te credimus · psalmos nostros can
tabimus · i · bona ad laudem tuam operabimur cunctis diebus uite nostre
hoc est quamdiu uixerimus · et hoc in domo domini · i · in catholica ecclesia
Hoc canticum ideo tercia feria ad laudes cantatur · quia humanum genus
tercio tempore a morte per christum uiuificatur · Unum quippe tempus erat ante legem ·
aliud sub lege · tercium sub gracia · quo reddita est vita · Ideo autem pro
mortuis cantatur · quia in die sepulture christi canitur · qui mortem
destruxit · animas de inferno eruit · omnia peccata post tergum proicit · xl
Sequitur canticum quod cecinit humanum genus viuificatione ·
Sanctum canit prolis fecunditatem · Titulus est canticum Anne
matris · historia est · Elchana habuit duas uxores · nomen
uni Anna / alteri fenenna · fenenna erat fecunda · Anna vero
sterilis · que demum peperit samuelem sacerdotem / et principem populi
pro quo carmen domino cecinit / et ideo vocatur canticum gratulacio
nis · Helchana significat deum · fenenna sinagogam · in carnali po
pulo fecundam · Anna quod dicitur gracia · ecclesiam gracia dei saluatam
Samuel christianum populum · de quo sacerdotes et reges electi · et in

regnum dei crismate uncti. pro quo ipso canit anna canticum
gratulacionis. i. ecclesia cantat christo canticum eterne iubilacionis.
Queritur cur istud canticum post positum sit. cum anna diu
ante ezechiam fuerit. Sed sciendum est quod hic non servatur
ordo gestorum sed misteriorum. Materia huius cantici est fecunditas
ecclesie. et repulsio sinagoge. Intencio est ostendere nos esse
filios libere non ancille. et ideo per bona opera heredes regni
futuros. Verba supra scripta sunt de fecunditate anne. et significant fecunditatem
ecclesie. Quatuor speciebus distinguitur. quia ecclesia de quatuor partibus
mundi colligitur. Prima est. Exultavit cor meum. In qua ecclesia pro
beneficiis dei gratulatur. Secunda. nolite multiplicare. In qua adver-
sarii increpantur. Tercia. dominus mortificat. In qua potencia dei
predicatur. Quarta. dominum formidabunt. In qua iudicium dei memoratur.
Vox anne sub persona ecclesie gratulantis de sua fecunditate.

Exultavit cor meum in domino. hoc est anima mea letatur
in christo. per quem multos spirituales filios incipio gene-
rare. que diu sterilis mansi in infidelitate. Alia translatio
habet. Confirmatum est cor meum in domino. subaudis non in me.
et exaltatum est cornu meum in deo meo. i. regnum christiane reli-
gionis ubique in christo sublimiter erectum. Dilatatum est os meum
super inimicos meos. hoc est habundo sermonibus contra iudeos
et hereticos. et inimicos meos. ut possim eis exprobrare. sicut
longo tempore michi exprobrabant. quia letata sum in salutari tuo
i. letificata est in christo filio eius. sive in salutari tuo. i. in salua-
cione tua christe. non est sanctus. in angelis vel hominibus. ut est dominus
qui omnes sanctificat. neque enim est alius deus extra te christe. et non est
fortis sicut deus noster. qui devicit dyabolum. et destruxit mortem impiorum.
Alia translacio habet. Non est iustus sicut deus noster. non est sanctus preter
te. hoc est ipse est per se iustus. alios iustificans. ipse solus sanctus
alios sanctificans. Sequitur increpacio contra adversarios. Nolite
multiplicare loqui sublimia gloriantes. hoc est o iudei. nolite
amplius superbe loqui. neque gloriari adversum me. quia ego
facta sum regina. vos concubina. Recedant vetera de ore vestro.
i. blasphemie et vaniloquia. quia deus scienciarum dominus. et ideo arbiter
scienciarum. Tot sciencie sunt quot artes. Tamen due sunt principales.

una secularis que inflat, altera spiritualis que edificat. Secula-
ris sciencia est rethorice vel dyalectice. vel alcius artis noticiam
possidere. que inflat. si proximum ydiotam despiciat. Spiritualis sci-
encia est. sacre scripture intelligenciam obtinere. que edificat
si proximum in dilectione instruit. Deus est scienciarum dominus, quia
donum dator. Propterea sciendum quod sacra scriptura et racio. ut due so-
rores sunt concorditer incedunt. Scriptura docet fidem, racio probat
veritatem. Scriptura dicit. Deus unus est. racio probat non esse nisi
unum solum. Hoc modo deus est enim cui omnia bona sunt substan-
cialiter inest. Cui autem nichil deest. consequenter perfectissimus est. porro
si duo sunt. alter pulcherrimus. et alter fortissimus. neuter erit
perfectus, cum illi pulchritudo. isti fortitudo desit. Necesse est
ut unus sit. cui totum sunt assit. Sequitur. et ipsi preparantur cogi-
taciones. id est ipse videt hominum cogitaciones. quoniam vane sunt. Arcus fortium
superatus est. id est dolus iudeorum victus est. Sicut enim arcus impul-
se sagittas mittit. Sic impulsi iudei dolum contra christum moli-
ebantur. et infirmi accincti sunt robore. id est prius infirmi. sed spiritu sancto
roborati. Vel gentes prius infirme accepta fide sunt robore ca-
ritatis ad opera virtutum accincte. Repleti prius pro panibus se locaue-
runt. id est iudei doctrina legis et prophetarum saturati. sed spirituali intellige-
cia vacui, pro sciencia seculari se philozophis subdiderunt,
et famelica saturati sunt. scilicet gentiles, nichil prius de deo scientes,
spirituali sciencia repleti sunt. Donec sterilis peperit plurimos. id est gen-
tilitas prius sterilis in infidelitate. multos ad optimos filios
generauit a deo per baptismum. et que multos habebat filios in-
firmata est. id est iudea que multos zelum legis habentes genuit in
infidelitate perdurauit. Alia translacio habet. Sterilis peperit vij.
Queritur. quomodo hoc de anna verum sit, que non septem. sed quinque
partus edidit, tres videlicet mares et duas feminas. Sed sciendum
est. quod duo filii samuel computantur pro filiis anne. Traditur
autem. quod filio anne nato. filius mortuus sit fenenne. usque
dum in hunc modum omnes mortui sunt. Unde sequitur
que multos habebat filios infirmata est. scilicet pre dolore morientium
filiorum. Anna quod sonat gratia. est ecclesia gratia dei saluata, huius
septem filii sunt omnes electi. per septem ordines distincti,
qui sunt sapientes spiritualia intelligentes, bona consiliantes.

contra vitia fortes, recta sentientes. pii in deum et in pa-
rentes, deum timentes, aliter tres filii anne sunt tres ordi-
nes in ecclesia scilicet doctores, continentes, coniugati, due filie eius
sunt due vite in ecclesia videlicet activa et contemplativa. Por-
ro duo filii Samuel sunt minores filii Christi scilicet imitatores Christi
qui in duo dividuntur. videlicet in eos qui publice tormenta
in corpore a persecutoribus et hereticis patiuntur. et in eos qui oc-
culte iniurias in animo a falsis fratribus et ypocritis patiuntur.
Filii autem fecunde morientes sunt iudei. filii synagoge in per-
fidia morientes. Sequitur potentia dei. Dominus mortificat.
subaudis iudeos. et vivificat. subaudio gentiles per fidem.
Vel mortificat peccatores. vivificat penitentes per emendationem.
Deducit ad inferos subaudis infideles. et reducit inde fideles.
Dominus pauperem facit. iudaicum populum in scientia. et ditat gentilem
in sapientia. humiliat superbos et sublimat humiles ut legitur.
Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Suscitans de
pulvere egenum. scilicet Christum de sepulchro. qui propter nos pauperem factum
et de stercore erigens pauperem. videlicet Christum de iudaico populo
in celum. Vel gentilem populum de carnali corruptione ad iusti-
ficationem vite. Ut sedeat cum principibus. id est cum apostolis et predicatoribus
et solium glorie teneat. id est celeste regnum possideat. Domini enim sunt cardi-
nes terre. id est quatuor plage mundi et posuit super eos orbem. id est dila-
tabit in eis ecclesiam in virtutibus rotundam. Ut a solis ortu usque
ad occasum laudet nomen eius. Pedes sanctorum suorum servabit. hoc est
affectus et opera eorum dirigit in viam iustitie. et impii in tene-
bris conticescent. id est iudei ignorantia tacent sive tabescent. quia non
in fortitudine sua roborabitur vir. hoc est credens populus non in
propria sed divina virtute roboratur. Incredulus autem populus in sua
virtute firmatur. Memento hec verba esse anne contra emulam
suam ecclesie contra synagogam. Alia translatio habet. Dominus de stercore erigit
pauperem ut collocet eum cum potentibus populi. et solium glorie hereditatem
dans eis. votum voventi et benedixit annos iusti scilicet ut est illo vi-
vat. quoniam non in virtute sua potest esse vir. Sequitur terror iudicii. Dominum for-
midabunt adversarii eius. Adversarii domini sunt iudei. et omnes impii
et peccatores, hii formidabunt eum in suo fine. et in die iudicii,
et super ipsos in celis tonabit. quando terribiliter dicet. discedite a me

maledicti in igne eternum. dominus iudicabit fines terre.
modo unius cui'q; hominis finem sive finito mundo in die iu
dicii. reddet unicuiq; iuxta opa sua. et dabit imperium regi suo
i. xpo iudicium sup omne genus hominum. et sublimabit cornu
xpi sui. i. regnum xpi. s. ecclesiam. exaltabit in secula seculorum.
Alia translatio habet. dominus infirmum faciet adversarium suum. s. dyabolum
vel infidelem populum. dominus sanctus sub audis psc. alios sanctificans
non glorietur prudens in prudentia sua. non glorietur potens in pote
ntia sua. et non glorietur dives in diviciis suis. Sed in hoc glorietur
qui gloriatur intelligere. et scire dominum. et facere iudicium et iusticiam
in medio terre. hoc est. quod dum vivit in corpore. dominus ascendit in ce
lis et tonuit. Postquam enim a morte resurrexit. in celos ascen
dit. unde prius descendit. et intonuit. quando spiritum sanctum misit
et per nubes suos. s. apostolos in toto mundo sonuit. Ipse iudica
bit extrema terre. i. extrema hominis, quando non iudicabuntur.
que in melius. et in deterius medio tempore commutantur. sed
in quibus inventus fuerit quia iustus est. et dat virtute regibus suis.
hoc est apostolis. vel aliis rectoribus ecclesie. et exaltabit cornu xpi
sui. hoc est xpianum populum crismate unctum. qui est regnum
xpi. hoc ideo feria iiii. canticum ad laudes cantatur. quia quarta
etate mundi floruit. que hoc carmine deo cecinit.

In precedenti cantico plausit ecclesia de sua fecunditate.
In pnti vo psallit de sua victoriosa exultatione. hoc can
ticum est victorie, quia victoriam populi dei canit. Et hoc
canticum primum est omnium. Titulus eius. canticum moysi. Moy
ses dicitur de aqua sumptus. et significat xpianum populum. de aqua
baptismatis ad regnum dei sumptum. Materia huius est can
tici. victoria xpi, et dyaboli ac satellitum eius dampnatio
et ecclesie exaltatio. Verba sumpta sunt de pharaonis in ma
ri rubro submersione, et hebreorum evasione, et significant
dyaboli in abissum submersionem, et iustorum de inferno ereptionem
in xpi resurrectionem. Vel antixpi, et omnium iniquorum perditionem
et bonorum de mundo liberationem in generali resurrectione. Intencio
est nos hortari ad laudem eius qui nos de potestate dyaboli libe
ravit. et in celestibus exaltavit. Sex partibus hoc canticum dividitur.

quia sex opibus ewangelij victoria ppli dei pficit. Pma
pars est Cantemus dno. In qua pharaonis sub mersio
canit. et dyali in abissum submersio accipit. Scda est
dextra tua dne. In qua egipciorum depressio describit. et pseccutorum
repressio intelligit. Tercia est. quis silis tui. In qua hebreorum li-
beracio memorat. et iustorum de impijs erepcio notat. Qrta. ascende-
runt ppli. In qua philistim et alie gentes aduentu apostolorum uel
aliorum doctorum pertimuisse designat. Qnta. Introduces eos. In qua
hebrei in terram repmissionis introducti referunt. et xpiani
in padisum introducendi intelligunt. Sexta. Ingressus est eni
pharao. In qua regis egipti et suorum pdicio. et hebreorum libe-
racio repetit. et dyali uel anticxpi. et omnium malorum extrema
dampnacio. et sanctorum saluacio innuit. Vox est moysi. vel
hebrei ppli. sub figura xpiani populi.

Cantemus domino. Nos redempti a dyabolo cantam(us) can-
tem(us) canticum dno. xpo victori. gloriose enim magni-
ficatus est. quia gloriosa morte vicit dyabolum. ante pas-
sionem quidem magnificatus. cum in gloria patris susceptus est ab
angelis. equum et ascensorem pjecit in mare. hoc est supbia. et
dyabolum ascensorem eius. dampnauit in abissum. dyabolus cecidit
propter supbiam. ego autem ecclia in humilitate consistens non ca-
dam. quia. fortitudo mea dns. p quem vincam aduersa mundi
et insidias dyali. Ideo et laus mea dns. non mea virtus. et
merito. quia factus est michi in salutem. assumendo carnem
et subeundo mortem. Iste deus meus non alius. et glificabo
eum. corde voce et ope. deus patris mei. s. abrahe patris credentium
in cuius semine. i. in xpo benedicte sunt omnes gentes. et exaltabo
eum. i. in dextera dei exaltatum laudabit. dns qui uir pug-
nator. currus pharaonis. et exercitum eius deiecit in mare. pharao
non est nomen hominis. sed honoris. Sicut enim romani reges ab
augusto dicunt augusti. Ita egipcij reges a primo rege pharaone
dicti sunt pharaones. Qui autem in mari submersus est. Ce-
neres. cum quo submersus est. et cecrops rex atheniensium
pharao dicit. denegans uel dissipans uel affligens et signat dyabolum.
qui deum denegat. virtutes dissipat. iustos affligit. Cum quo

xpc qui vir pugnator in cruce pugnauit et victum stravit
currus suus sunt philozophi vel poete. cum enim scriptis vexe
runt per mundum. Exercitus autem eius sunt tirampni. et omnes iniqui.
quos xpc victor deiecit in mare. dum eos in tharthara depre
hendit. per epenthesim impositum erat. omnipotens nomen eius.
quia hoc solus facere potuit qui omnia potest. Queritur quomodo deus
dicatur omnipotens. cum non possit mentiri. vel peccatum non facere. quod sit
peccatum. Per hoc magis predicatur eius potencia. quod omnis creatura
non potest eum ad incouenienes flectere. Sequitur. electi principes eius
submersi sunt in mari rubro. i. principalia vicia submersa sunt in
baptismate xpi sanguine rubicundo. Vel persecutores et tiranni
submersi sunt in stagnum ignis et sulphuris. abissi operu
erunt eos. i. iehenna deuorauit eos. et quia non erant lapides
viui. sed in malicia indurati. descenderunt in profundum inferni
quasi lapis. in igne comburendus. et in calcem conterendus. dextera
tua domine magnificata est in fortitudine. hoc est xpc filius tuus
in dextera tua exaltatus magnifice fecit in fortitudine victo
rie. qua vicit mundum. mortem. dyabolum. dextera tua. s. filius
tuus percussit auctorem inimicum. libertatis mee. et in multitudine
glorie tue. quando intrasti in gladium pro nobis. deposuisti adversarios
meos. demones de diuino acceptorum. misisti iram tuam. i. vindic
tam que deuorauit eos. sicut ignis stipulam. in spiritu furoris
tui congregate sunt aque. ad submergendos egipcios infernales
pene ad cruciandos demones et impios. Stetit vnda fluens
vel diuisi maris. vel iordanis. congregate sunt abissi in medio
mari. ne nocerent iustos. et vt necarent iniustos. vnda fluens
vita mortalis. que tunc stetit. quando in morte a fluxu suo ces
sauit. abissi sunt corda. prauis cogitacionibus profunda. que conge
gata sunt in medio mari. i. in medium putei infernalis. Sequitur.
verba pharaonis vel dyaboli. vel malorum per que iuste dampnatur.
dixit inimicus. persequar et comprehendam eos. diuidam spolia eis
ablata. implebitur anima mea. i. desiderium meum diuicijs. euaginabo
gladium meum. interficiet eos manus mea. Flauit spiritus tuus. i.
ventus. et operuit eos mare. s. egipcios. vel fortior superveniens
fortior dyabolo vicit. et spolia eius abstulit. tunc spiritus sanctus flauit

alias.
.. de Domino

i. fideles saluauit. perdidit vos in credulos opprimit. et qui erant ut plumbum flexibiles ad malum, et graues in peccatis submersi sunt quasi plumbum in aquis uehementibus. Egipcii in mari rubro persecutores in inferno. Sequitur exclamatio fidelium. quis similis tui in fortibus domine. s. in angelis. uel in sanctis. uel in regibus. quis similis tui. magnificus in sanctitate. hoc est magna faciens in sanctis terribilis in iudicando, atque laudabilis in dimittendo. et faciens mirabilia. impios saluando. extendisti manum tuam. i. uirtutem tuam. et deuorauit eos terra. s. egiptios harena persecutores. terrea peccata. dux fuisti in misericordia tua. ad promissam terram. populo quem redemisti de egipto. vel ad paradisum. uel ad celestem iherusalem. populo quem sanguine tuo de inferno redemisti. et portasti eum in fortitudine tua. hoc est sine eius labore aduexisti eum. ad habitaculum sanctum tuum. i. ad locum ubi uidet tabernaculum. uel templum tuum sicut sancti in paradisum. ubi est dei habitaculum. ascenderunt populi. s. hebrei de mari rubro. et irati sunt. contra eos aduersarii. vel ascenderunt populi. s. pagani. contra eos irati. scilicet amalech. cum quo pugnauit Jhesus. Ranc et Seon. et og. reges, cum quibus pugnauit moyses, dolores obtinuerunt habitatores philistiim. pre timore aduentus eorum. Tunc conturbati sunt principes edom. de regno. s. esau. qui dictus est edom. et seyr. robustos moab obtinuit tremor. de aduentu eorum. obriguerunt. i. indurauerunt. habitatores chanaan formidantes aduentum eorum. Nam terra eorum data est eis in possessione. Sed iudei et pagani surrexerunt contra xpistianos irati. philistiim dicuntur alienigene. uel cadentes poculo. et significant inebriatos uiciis. cadentes a uirtutibus. a regno dei alienos, ut sunt iudei. hos dolores obtinuerunt. cum apostolos signa facere uiderunt. Edom dicitur sanguineus uel terrenus principes edom. sunt persecutores gentium. sanguini martirum. et terrenis inhiantes, hii conturbati sunt. dum martires uincere non potuerunt. moab dicitur ex patre. et significat eos qui sunt nati ex patre dyabolo ut sunt inmundi. s. philosophi uel magi hos tremor obtinuit. dum xpistianos miraculis florere cernerent. Chanaan dicitur motus eorum. et sunt instabiles ut sunt heretici qui circumferuntur omni uento. inanis doctrine. hii obriguerunt

dum catholicos · sapientia et virtutibus insuperabiles senserunt · Sequitur imprecatio ecclesie contra eos / Irruat super eos formido · in corpore · et pavor in animo · in magnitudine brachii tui · i · in fortitudine protectionis tue · fiant immobiles quasi lapis · i · induratі fiant inconvertibiles / donec pertranseat · de infidelitate ad fidem · populus tuus domine · de iudeis predestinatus · et donec pertranseat de ydolatria ad fidem christi / populus tuus de gentibus convertendus · iste · populus · scilicet christianus · quem possedisti · per fidem · Cum enim plenitudo gentium intraverit / tunc omnis israel salvus erit / De quibus populis subdit · Introduces eos · in ecclesiam · et plantabis eos in virtutibus · in monte hereditatis tue Iudeos in monte syon · christianos in christo / qui est mons ecclesie · que est hereditas dei · firmissimo habitaculo tuo · quod operatus es domine · scilicet in tabernaculo · quod fecit moyses vel in templo quod fecit salomon · christiano vero in catholica ecclesia · quam fundavit super firmam petram · aliter introduces eos · in celestem ierusalem · et cum plantabis eos ut lignum vite in eternum / hoc est facies eos feliciter vivere eternaliter · In monte hereditatis tue · i · in alto celorum · firmissimo habitaculo · i · in celesti paradiso · quod operatus es domine · i · quod pleno gaudio perfecisti · In hoc monte et in hoc habitaculo erit · Sanctuarium tuum domine quod firmaverunt manus tue · hoc est scrinium assumpte carnis · quod non manu hominum est factum · sed manibus dei est paratum / Dominus regnavit in eternum · i · in finem mundi · et ultra · i · sine terminali fine · Aliter angeli et anime habent inicium · sed nullum finem et ideo regnabunt in eternum · dominus vero regnabit in eternum et ultra quia nec inicium · nec finem habet / et alii per eum · ipse vero in se regnabit · Sequitur perdicio malorum · Ingressus est enim pharao cum curribus et equitibus eius in mare · et reduxit super eos dominus aquas maris · Pharao est antichristus vel dyabolus / currus eius philosophi / equites eius persecutores et tiranni vel omnes iniqui · Super quos dominus aquas maris educet · cum eos in iudicio · stagno ignis et sulphuris involvet · Filii autem israel ambulaverunt per siccum in medio maris · i · fideles per fidem videntes deum · qui ambulaverunt per adversa et prospera mundi · Ibunt tunc illesi per ignem ad libertatem celestis regni / Hoc canticum ideo feria quinta cantatur ·

quia sicut fera quinta. pisces sunt aquis immersi. aves in aere suspense. Ita in hoc cantico referuntur mali fluctibus penarum immersi / iusti de periculo erepti /

Precedens canticum cecinit hebrea plebs victoriam de egiptiis. ymo christiana plebs palmam de suis adversariis. Hoc sequens canit christi magnalia / per que victoriam de viciis et demonibus consecuta est ecclesia. Titulus est canticum abacuk prophete. Abacuk dicitur amplexans et significat ecclesiam / christum per fidem amplexantem. Hic propheta captivitatem populi in babilone vidit in spiritu reversuram in ierusalem / ymo gentilitatis reversione ad ecclesiam et cecinit hoc carmen gratulacionis domino. Materia est christi incarnacio. et eius passio / atque in celum ascensio / salus gencium. et cecitas iudeorum. Intencio est ostendere gentes per christi passionem salvatas / et iudeos propter perfidiam dampnatos. Verba scripta sunt de ipsis rebus. quas in spiritu previdit. In septem partes dividitur / quia ecclesia per septem dona spiritus sancti ad celestia vocatur. Prima pars est. domine audivi. In qua oracio prophete. vel ecclesie ponitur. Secunda. deus ab austro. In qua christi incarnacio. et eius passio. et gencium conversio describitur. Tercia pro iniquitate vidi. In qua apostolorum predicacio ecclesie persecucio / et eius per adversa dilatacio notatur. Quarta. egressus es in salutem populi. In qua iudeorum conversio et antichristi dampnacio narratur. Quinta. audivi et conturbatus est. In qua prophete vel ecclesie pavor vel impetracio intimatur. Sexta. ficus enim non florebit. In qua synagoge sterilitas insinuatur. Septima. ego autem in domino. In qua prophete vel ecclesie iubilacio commemoratur. Vox prophete pro conferendo populo dei beneficiis. vel ecclesie pro iam collatis per christum beneficiis.

Domine audivi audicionem tuam et timui. Christus in forma servi audivit a patre quantas iniurias / quantas contumelias / quanta obprobria / quanta supplicia pro humano genere esset passurus. et sic in gloriam deitatis intraturus. Hanc audicionem cetus discipulorum audivit et timuit / Hanc eciam propheta olim in spiritu audivit et timuit. Et mox orat ut liberacio hominis fiat. dicens / domine opus tuum in medio an

nos vivificat illud. Dimidium annorum erat ab adam usque
ad xpm in quo omnes moriebantur. Aliud dimidium a xpo
usque in finem mundi in quo omnes vivificantur. In medio annorum
deus opus suum vivificavit. dum inter annos mortis et vite
humanum genus in peccatis mortuum ad vitam per xpm resuscitavit.
In medio annorum notum facies. hoc est cum venerit plenitudo tem-
poris inter annos prophetarum et apostolorum implebis promissum tuum
et venies liberabis hominem per tuam mortem. Cum iratus
fueris peccantibus misericordie recordaberis penitentibus. Ab
adam usque ad xpm iratus est deus humano generi et ideo
periit. per xpm misertus est eius et ideo ad gratiam rediit. De
quo xpo subditur. Deus ab austro veniet et sanctus de monte pha-
ran. Pharan est locus vicinus monti sina in quo dominus legem
dedit qui in bethleem per virginem nasci voluit que ad au-
stralem plagam est ierusalem. Ipse ergo qui in monte pharan le-
gem populo dedit non alius ab austro id est de bethleem ad ierusalem
venit quando virgo mater pro eo sacrificium in templo obtulit.
Operuit celos gloria eius. quando angeli eo nato gloria in excelsis
cecinerunt. et laudis eius plena est terra. quando dicitur pax in terra annunciata
est hominibus bone voluntatis. vel quando fama signorum eius
divulgata est usque ad extrema terre. Splendor eius ut lux
erit. quando in monte transfiguratus est et resplenduit facies eius
sicut sol. Cornua in manibus eius id est brachia crucis affixa ma-
nibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius. quando non potentia
sed patientia hostes suos vicit dicens Pater dimitte illis non
enim sciunt quid faciunt. Ante faciem eius ibit mors scilicet que do-
minata est humano generi ab adam usque ad passionem
xpi victa ab eo exivit ab electis. Egredietur diabolus ante
pedes eius. quando eo baptizato dyabolus occurrit et eum in deserto
temptavit. Aliter. pedes xpi sunt apostoli ante hos pedes egressus
est de ecclesia. quando eis predicantibus fugit de simulachris in quibus
latebat. Stetit et mensus est terram. Xps stetit in iustitia non ceci-
dit sicut adam in iniustitia. et mensus est terram id est ecclesiam in
numero et merito electorum. Aspexit per misericordiam humanum genus quod
prius despexit per superbiam. et dissolvit gentes de vinculis infide-

litatis. et contriti sunt montes seculi .i. potentes et superbi sunt
ad primam humiliati. Incuruati sunt colles mundi .i. iudices scilicet
ad fidem conuersi. Ab itineribus eternitatis eius. hoc est ideo quod
eternitas in homine iter ad nos fecit. Deinceps dulis aut iudeis
subiungitur. pro iniquitate uidi tentoria ethiopie. ethiopia dicitur
nigredo. et significat sinagogam propter perfidiam denigratam.
Iudei qui se templum dei esse dicebant. pro iniquitate auaricie
luxurie. et omnis malicie facti sunt tentoria ethiopum
.i. demonum. turbabuntur pelles terre madian. pelles posuit
tabernaculis. de pellibus enim olim fiebant tabernacula. madyan
dicitur relinquens iudicium. pelles terre madyan. sunt pagani. et
omnes iniqui. qui relinquunt iudicium. qui in nouissimo turba-
buntur. dum iudicium dei mandunt. quod hic non timuerunt.
Sed quia Christus non venit mundum iudicare sed saluare. Subditur
nunquid in fluminibus iratus es domine. aut in fluminibus furor tuus. uel
in mari indignacio tua. flumina vocat populos iudeorum. mare
gentilitatem. que toto intentionis impetu ad inferiora descen-
dunt. quasi dicat. Nunquid ad hoc venisti Christe. vt iram vindicte.
et furorem dampnacionis exerceas in populis iudeorum. aut
indignationem pene. effundas in populum gencium. Minime. Qui
ascendes super equos tuos. et qui est super apostolos. et quadrige tue
.i. quatuor euangeliste. saluacio. Christum quippe in quadriga
euangelii vectum traxerunt apostoli ut equi per totum mundum
per quem venit salus gentibus. Suscitans suscitabis arcum
tuum. hoc est generale iudicium. adhuc facies in quo iustas sen-
tencias. quasi de arcu sagittas emittes. Iurasti iuramen-
ta tribubus que locutus es .i. que iurasti patribus. implebis omnibus
nationum tribubus. Fluuios scindes terre .i. persecutores ecclesie disper-
ges. cum persecutores ad fidem conuertes. viderunt te aque .i. populi
crediderunt in te. et doluerunt montes .i. principes seculi tremuerunt.
vt Constantinus et alii quamplures. Gurges aquarum transiit.
.i. persecucio que populum tuum vexabat cessauit. dedit abissus
uocem suam .i. ordo philosophorum laudauit te. Altitudo ma-
nus suas leuauit .i. profunda secularis sapiencia opera sua in reli-
gionem christianam transtulit. vt gramatica. musica. et alii

doctores. Aliter. Dedit abyssus vocem suam. i. inferi laudauerunt
te. Altitudo manus suas leuauit. i. angeli resonabant te creato-
rem. Sol et luna steterunt in habitaculo suo. quando christus et ecclesia
steterunt in cenaculo. cum post resurrectionem eis apparuit. et pacem
eis nunciauit. spiritum sanctum dedit. Sol quippe est christus. luna ecclesia.
Hec verba tracta sunt de bello Iosue. quando sol et luna per spacium
unius diei steterunt. In luce sagittarum tuarum ibunt. i. in predicatione apostolorum
per gentes fulgebunt. Sagitte christi fuerunt apostoli. quos misit in
corda gencium. Lux sagittarum erat predicatio apostolorum. In hac luce
sol et luna ibant. quia christus et ecclesia omnibus scilicet gentibus per
predicationem apostolorum innotuerant. Ibunt etiam in splendore fulguran-
tis haste tue. i. in claritate splendentis scripture. Sacra enim scrip-
tura est fulgurans hasta. que transfigit auditorum corda. In fremi-
tu conculcabis terram. i. in terrore iudicii deprimes terrenos. In furore
obstupefacies gentes. i. de vindicta. quam exerces in malis ad-
mirari facies omnes gentes. Nunc dirigit verba ad patrem.
Egressus es in salutem populi tui. in salutem cum christo tuo. pater in sa-
lutem populi cum christo egredietur. quando per predicationem Elye et Enoch
deus pater christi et christus eius filius a iudeis credetur. vel pater
egressus est in salutem populi cum christo. quia deus erat in christo re-
concilians sibi mundum. Percussisti caput de domo impii. i. per christum
filium tuum. percussisti antichristum. caput malorum. de domo impii
i. de mundo. qui in maligno positus. qui est domus impiorum
qui hic habent dilectam ciuitatem. et futuram non inquirunt. Denu-
dasti fundamentum eius usque ad collum. i. omnia abscondita fecisti
aperta usque ad summum. Hoc erit tempore antichristi vel tempore iudicii. quando
omnia occulta erunt manifesta. Maledixisti sceptris eius. i. reg-
num antichristi dampnasti. capita bellatorum eius. subaudis ma-
ledixisti. i. principes persecutorum eius dampnasti. Maledixisti ex-
uenientibus ut turbo ad dispergendum me populum tuum. omnes enim
satellites antichristi qui ecclesiam dispergere laborabant peribunt. Ex-
ultatio eorum sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.
Pauper est christianus populus. quem antichristus quasi in abscon-
dito deuorat. dum eum occultis consiliis supplantat. Sic
ergo ipse exultat. cum aliquem dampnauit. sic ministri

eius exultant. cum fideles in consortium sui pertraxerint. Viam
fecisti in mari equis tuis .i. predicatoribus in populis nacionum
in luto aquarum multarum .i. in conturbacione gencium. Sequuntur
verba prophete uel ecclesie hec omnia in spiritu. audiui et conturbatus est uen-
ter meus .i. anima mea. a uoce contremuerunt labia mea .i.
ab hiis verbis pertimui. dicens ingrediatur putredo in ossibus
meis .i. ossa mea computrescant. et subter me caro scateat
vermibus. Job. ad quid. Vt requiescam in die tribulacionis
hic purgatus a peccatis. ut ascendam ad populum accinctum nostrum
.i. ut ueniam in consortium eorum qui in Christo me precesserunt qui
virtutibus ad iter salutis accincti fuerunt. ficus enim non florebit
.i. synagoga a fide arescet. que ut ficus maledicta aruit
cum dixit. Sanguis eius super nos et super filios nostros. Et non
erit germen in uineis .i. bonum opus in iudeis. Judea enim erat
vinea quam dominus de egipto transtulit. et terram repromissionis
plantauit que labruscas pro uuis protulit dum acetum
cum felle Christo porrexit. mentietur opus oliue. oliua erat
iudea de qua fracti sunt rami. et oleaster gentilis populi
est insertus. Aliud verbo promiserunt aliud fecerunt. Dixerunt
namque ad moysen. Omnia quecumque iusserit dominus faciemus
sed mox ydolum adorauerunt. et in Christum a moyse predicatum
credere noluerunt. et arua non afferent cibum .i. descriptura
non habent spiritualem intellectum. abscidetur de ouili pecus .i. de iu-
dea auferetur vulgus. et non erit armentum in presepibus .i. legis
doctorum turba deficiet a scripturis. Sic destruetur synagoga.
Ego autem ecclesia in domino gaudebo. pro suscepta fide. et exultabo
in deo ihesu meo. pro saluacione mea. Deus dominus fortitudo mea. per
quem vincam dyabolum. et omnia mala. et ponet pedes me-
os quasi ceruorum. et sic omnia pericula delictorum transcendam sicut
cerui spinosa transsiliunt. et super excelsa mea deducet me uic-
tor in psalmis canentem .i. transcendere me faciat omnem
mundanam sublimitatem in contemplacione celesti victoriam eius
et triumphum canentem.

Domine audiui auditum tuum et timui. propheta filium
dei. probrosa et indigna ab hominibus et pro hominibus

dum appropinquauerint anni cognosceris.

passurum. a spiritu sancto audiuit et timuit. Consideraui opera tua et expaui. quia in medio duum animalium innotesceris. Hoc contigit quando infans in presepio iacuit. quando bos cognouit possessorem suum, et asinus presepe domini sui. Aliter. in medio duum animalium. i. in medio duorum testamentorum deus et homo, aut in medio duorum latronum, aut in medio Moysi et Elye apparuit deus innotesceris, scilicet anni gratie repromissi. cum uenerit a saluandis cognosceris, dum aduenerit tempus ostenderis. Hoc est cum tempus repromissum aduenerit ostenderis tu hominibus olim repromissum patribus. In eo dum conturbata fuerit anima mea in ira misericordie memor eris. Hic transfigurat propheta in se iudeos quorum gentis fuit. qui in ira turbati crucifixerunt christum. Sed ille memor misericordie, dixit. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Deus de theman. vel ut alia translatio habet a libano ueniet. et sanctus de monte umbroso et condenso. Theman est prouincia ad austrum ierusalem, et significat meridies. i. feruor caritatis. et splendor ueritatis. Libanus mons in quo sunt cedri. significat iudaicum populum in quo fuerunt patriarche et prophete. de quibus uenit christus. Mons umbrosus et condensus est sacra scriptura. preceptis alta, allegoriis umbrosa, figuris condensa. De hoc monte sanctus sanctorum uenit. quia christus eo modo est natus, quo scriptura predixit. Operuit celos maiestas eius. Hoc tunc contigit, quando assumptam carnem in celos transtulit. et laudis eius plena est terra. Hoc hodie comprobatur. quia in omni terra laudatur. Splendor eius ut lux erit. i. fama eius credentes illuminabit. cornua in manibus eius sunt. i. per tropheum crucis composuit firmamentum caritatem fortitudinis sue. ante faciem eius ibit uerbum. Hoc antequam huc ueniret pronuntiatus est. et prodiit in campum post pedes eius. i. postea quam hinc reuersus est. renuntiatus est. Stetit et terra commota est. hoc est stetit ad subueniendum. et terra commota est ad credendum. respexit et tabuerunt gentes. Hoc est misertus est. et fecit populos penitentes. Contriti sunt montes uiolentia. Hoc est uim facientibus miraculis elatorum contrita est superbia. defluxerunt colles eternales. hoc est conuersi humiliati sunt eri gentes meetum [?]. Ingressus est nos eius pro laboribus uidi. Hoc est

Testamentum enim uetus dicitur mons umbrosus et condensus. quia spiritus allegoriarum obscuritatibus opacatur. Scriptura sacra mons quidam est. de quo in nostris cordibus ad intelligendum dominus uenit, de quo monte per prophetam dicitur. Deus a libano ueniet. et sanctus de monte umbroso et condenso. Iste mons et condensus est per sententias, et umbrosus per allegorias. de quo iterum scriptum est. Bestia si tetigerit montem lapidabitur. Bestia tangit montem quando irrationabilibus motibus dediti scripture sacre celsitudini appropinquant. et non eam secundum quod debent intelligunt. sed rationabiliter [?] ad sue uoluntatis intelligentiam flectunt. Ardet autem mons iste quia sacra scriptura quem spiritualiter replet. amoris igne succendit. Unde scriptum est. Ignitum eloquium tuum uehementer. Iste autem ignis quidquid in nobis inuenit exterius [?] rubiginis et uetustatis exurit ut mentem nostram uelud olocaustum in dei contemplatione offerat. Greg. super cantic. c. i.

l. originalem in c. mons viii

non sine mercede de re eternitatis laborem caritatis aspexi. Ta-
bernacula ethiopum expauescent. et tabernacula terre madyan.
hoc est gentes que non sunt in iure romano. erunt in populo xpi-
ano. perterrite nuntio mirabilium tuorum. Numquid in fluminibus iratus
es domine. aut in fluminibus furor tuus. aut in mari impetus tuus.
hoc est quamuis non credant in te. tamen non mox vindicabis te in
populis iudeorum. et in populo gentium. qui non venisti iudicare mun-
dum. sed saluare ipsum. Qui ascendes super equos tuos. et equitatio tua
salus. hoc est euangeliste tui portabunt te. qui reguntur a te. et euan-
gelium tuum est salus eis. qui credunt in te. Intendens arcum tuum
super sceptra dicit dominus. hoc est comminaberis iudicium tuum. etiam regi-
bus terre. Fluminibus scindetur terra. hoc est in fluentibus sermonibus
predicantium te aperiantur ad confitendum corda hominum. Viderunt
te et doluerunt populi. hoc est credent in te. et lugent. ut sint
beati. vel videbunt te in iudicio. et dolebunt se contempsisse te. Disper-
ges aquas in itinere. hoc est in ambulando in eis. qui te usque
annunciant. hac atque hac dispergens fluenta doctrine. Dedit abissus vo-
cem suam. id est profunditas cordis humani expressit quod ei videretur.
altitudine fantasie sue. subaudis dedit. fantasia est visio quam
non tenuit. non operuit sed confitendo eructauit. Eleuatus est sol
et luna stetit in ordine suo. hoc est xpistus sol iustitie assumptus
est in celum. et ecclesia sub rege suo est ordinata. quam emisso
spiritu sancto est illustrata. In lucem iacula ibunt. hoc est non in occul-
tum sed in manifestum verba tua mittentur. In splendore cho-
ruscationis armorum tuorum. subaudis iacula tua ibunt. Arma
dei sunt virtutes. splendor chorruscationis. lux predicationis.
In hac luce iacula dei ibant. quando eis in tenebris dicta in luce
predicabat. In comminatione minorabis terram. id est comminando humilia-
bis homines. et in furore decies gentes. id est eos qui se exaltant
vindicando collides. Existi in salutem populi. ut saluos facias xpista-
nos tuos. hoc est de occulto patris exisisti in carne. visibilis ap-
paruisti. ut saluares xpistianos crismate unctos. Misisti in ca-
pite iniquorum mortem. hoc est principes malorum morte dampn-
asti. Excitasti vincula. usque ad collum. hoc est vinculis penarum
superborum colla subegisti. Prelasisti in stupore vincula. hoc est

mirabiliter percussisti vincula peccatorum. Capita potencium moue-
buntur in ea. subaudis admiracione. Aperient morsus suos si-
cut edens pauperem absconse. potentes quidam iudeorum sicut Nico-
demus veniebat ad Christum, facta et verba eius mirati, esurien-
tes panem doctrine manducabat absconse propter metum iudeorum.
Et immisisti in mare equos tuos turbantes aquas multas. Hoc est
predicatores misisti in mundum et turbati sunt populi ad predicacionem.
Hic propheta vidit populos turbandos et imminentes ecclesie tribula-
ciones perterritus subiungit. Obseruaui et expauit venter meus. A
voce oracionis labiorum meorum. Et introiuit tremor in ossa mea. Et sub-
tus me turbata est habitudo mea. Cum se cognosceret de hiis qui
sunt spe gaudentes, in tribulacione pacientes, addidit. Requies-
cam in die tribulacionis ut ascendam ad populum peregrinacionis mee. Quod
est dicere. Si tribulacionem hic pacior cum populo babilone peregri-
nantem ascendam ad populum in celesti ierusalem regnantem. Deinde
vidit gentem que Christum erat occisura vbertate copie spiritualis
perituram subdit. Cum ficus non afferet fructus. id est iudea non fa-
ciet bonum opus. et non erunt natiuitates in vineis. id est doctores
iusticie non erunt in sinagogis. Mentietur opus oliue. Hoc est
opus sacerdotum oleo unctorum erit prauum ut Cayphe et
Anne. et campi non facient escam. id est scripture non pascent plebem.
deficient ab esca oues. id est subditi in doctrina. et non super erunt in
presepibus boues. hoc est in scripturis legis doctores. post defectum
iudeorum transfert se propheta in populum fidelium dicens. Ego autem in domino
exultabo. gaudebo in deo salutari meo. exultabo de diuina promissione
gaudebo de humana saluacione. Dominus deus meus virtus mea. statu-
it pedes meos in consummacione. id est affectus meos in perfectionem.
super excelsa imponet me ut vincam in cantico eius. hoc est super
excelsa celi ponet me ut vincam excelsa mundi in cantico in
leticia eterne vite. Hoc canticum ideo feria vi. cantatur, quia Christus
sexta etate venit in mundum, qui feria vi. sua morte re-
demit hominem. quod canit istud carmen.
Hoc canticum ipse deus composuit. sed Moyses legisla-
tor scripsit. In hebrea lingua est unus versus exameter
alter pentameter. Est autem hoc canticum laudis

pro iustis iudiciis dei. Titulus eius est canticum deuteronomii .i. secunde legis
quod scilicet continuit que est secunda lex. Et hoc canticum pertinet ad perfectionem
nove legis, qui laudat deum pro omnibus suis iudiciis. Materia
eius sunt iudicia dei. Intentio est ostendere deum iustum in omnibus
iudiciis. Verba accepta sunt de beneficiis iudeis collatis et de penis
eis iuste illatis. Sex partes habet. quia sex diebus omnia sua o-
pera deus perfecit. Et hic mundus sex etatibus distinguitur. quarum
unaqueque iusto iudicio dei intimatur. Prima pars est. Audite
celi. In qua elementa et testimonium sermonis dei inuocantur. Secunda da-
te magnificentiam. In qua rationales creature ad laudem inuitantur.
Tercia generatio praua. In qua ingratorum malicia increpatur. Quarta.
vidit dominus. In qua pene iuste eis illate referuntur. Quinta. Videte
quod ego sum solus. In qua dei potentia et iudicium predicatur. Sexta.
laudate gentes. In qua gentes deum pro iustis iudiciis suis lau-
dare admonentur. Vox est spiritus sancti.

Audite celi que loquar. et terra. Maxima elementa
ideo in testimonium vocat, ut auditorem intentum fa-
ciat. et ut significet se de magnis locuturum. Vel au-
dite celi .i. apostoli que loquar in euangelio. audiat terra .i. iudea. ver-
ba oris mei. hoc est precepta christi. Aliter. audite celi .i. spirituales
que loquar in scripturis. audiat terra .i. terreni et carnales verba
oris mei per doctores. Concrescat in pluuiam doctrina mea. Fluat
ut ros eloquium meum. Hoc est sicut innumerabiles gutte sunt pluuie
et roris. sic in hoc carmine de inscrutabilibus iudiciis dei dispu-
tabo. Vel sicut pluuia et ros faciunt terram fructificare. sic doctri-
na mea faciat in vobis virtutum fructus crescere. Quasi ymber
super herbam. et quasi stille super gramina. Pluuia est quod iugiter pluit.
ymber quod cum impetu venit. Gutta est que stillat. Stilla est
que cadit ut de tecto. Per pluuiam, doctrina que fit per scripturam.
Per ymbrem autem doctrina que fit viua voce accipitur. Per guttas
sententie scripture. Per stillas sermones ore prolati notantur. Herba
ad pastum hominum, gramen pertinet ad pastum animalium. Per herbam
rationales virtutes, per gramina bestiales intelliguntur. Quasi ymber
super herbam. descendens eam fecundat, sic doctrina mea allego-
rica spirituales fecundet. et quasi stille super gramina veniens ea irri-
gatur. Sic doctrina mea historica carnales irriget. quia nomi-

domini inuocabo .i. de domino est michi sermo. Que sit illa doctrina
sequitur. Date magnificentiam deo nostro. hoc est sapientes et insipien-
tes magnificate dominum et digne honorate eum fide et ope-
re qui fecit magnifica in omnibus. dei perfecta sunt opera. qui omnia
in mensura et numero et pondere fecit. et omnes uie eius in
iudicio .i. omnia precepta eius sunt iusta. deus fidelis in omnibus
promissis suis. et absque ulla iniquitate. nulli faciens iniuste.
iustus in factis et rectus in preceptis. peccauerunt ei. subau-
dis filii sui, ymo et non filii eius in sordibus. hoc est quos ad-
optauit in filios ut essent hereditatis sue .s. terre repromissionis
heredes facti sunt eius, non filii. sed filii dyaboli. quia peccaue-
runt ei in sordibus .i. in ydolis. aliter. sacerdotes dicti sunt filii dei. Qui
fuerunt eius non filii, dum peccant ei in sordibus inmundicie
et fornicationis. generatio praua in sensu atque peruersa in opere. Hec-
ne reddis domino .i. an reddis domino talia pro beneficiis suis .s. prauitatem
pro fide. peruersitatem pro dilectione. Tu popule stulte in hoc quod ydola-
tris et insipiens in hoc quod deum non intelligis. Numquid non ipse est
pater tuus. deus pater est christi per naturam, pater omnium hominum
per creationem pater saluandorum per gratiam. qui possedit et fecit et
creauit te. per contrarium est legendum. qui creauit te disponendo
fecit formando, possedit dominando. memento dierum antiquorum .i.
quando electus sis in patriarchis, cogita generationes singulas quomodo
abraham ysaac et iacob. et plurimos alios singulariter elegerit
Interroga patrem tuum .i. doctorem spiritualem. et annuntiabit
tibi. facta dei. maiores tuos. subaudis sanctos interroga. et dicent
tibi. ista. Cum diuidebat altissimus gentes. in constructione turris
babel. in lxxii duas linguas. quando separabat filios adam .i. filios
hominum posteros ade. in centum patrias. et in mille generationes. Tunc
constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum israel .i. tot populos in
gentibus constituit, quot fuerunt israel. yperbolice loquitur .s. quod
tanta capita in eo populo erunt quanta gentium numerositas. de ipsis
quippe scriptum est. Non elegit te dominus propter multitudinem
cum minor sis omnibus populis in mundo. alia translatio habet
statuit terminos gentium iuxta numerum filiorum dei. hoc est sicut
unicuique homini preficit angelum. Ita unicuique genti preficit

nota

exponitur in celesti ierarchia c. viii° prope finem.

archangelum. Ipse aut deus voluit pesse pplo fideliu. Unde
et michael princeps gentis iudeorum legitur. et alius angelus
princeps persarum. alius grecorum. Alia translacio habet. statuit Nota
terminos gencium iuxta numerum filiorum dei. hoc est tam diu statuit ee
gentes in mundo. quousque dim tot electi de eis eligantur quot angeli. qui
dicuntur filii dei in celis remanserunt. pars aut dni pplus eius. Ia-
cob funiculus hereditatis eius. hoc est angeli acceperunt alias ge-
tes regendas. pplus aut israel. qui de stirpe iacob descenderat venit
in partem dni ut ipse eum regeret. Per funiculos solebant antiqui
hereditates dividere. hoc ideo dicit quod esset hereditaria posses-
sio Israhel videns deum. Iacob dicitur supplantator. et intel-
ligitur pplus fidelium. qui mente videt deum. supplantat vicia et
dyabolum. hic est pars dni et hereditas eius. Invenit eum
in terra deserta. scilicet pplm israel in monte syna. ubi eum legibus instruxit.
in loco horroris ubi homo non habitavit. sed serpentes. et vaste so-
litudinis scilicet arabie. Circumduxit eum. per viam montis seyr. et do-
cuit paciam ut leges suas. et custodivit quasi pupillam oculi sui
hoc est tam diligenti cura eum servavit. sicut pupilla oculi
bus membris cautius custoditur. vel xpianum pplm in ydolatria
que circumduxit per exempla istorum. et docuit mandata eorum.
et custodivit eum a viciis et peccatis. Sicut aquila provocans
ad volandum pullos suos et super eos volitans. Ferunt phisici
aquilam pullos contra solem ponere. et que viderit aciem
in radios solis fortiter figere. illum nutrit. que vero torpe-
tem viderit dimittit. Sic dns docet nos semper oculo intelligencie
solem divine maiestatis intendere. et sicut aquila super voli-
tans provocat pullos suos ad volandum. Ita divina pietas vult
nos semper proficere de virtute in virtutem. Aquila lassos in se sublevat
et ubi nos minus sufficimus. divinum aderit auxilium. expandit
alas suas. hoc est misericordiam et pietatem. et assumpsit eos atque por-
tavit in humeris suis. i. in defensione sua. Vel xpc ut gal-
lina expandit alas crucis et assumpsit redemptos in suam
graciam. et portavit in humeris. quando crucem baiulavit. et
peccata nostra in se portavit. dominus solus dux eius fuit. scilicet ppli
quem de egipto eduxit. et non erat cum eo deus alienus.

No.

qui eum adiuuaret. vel xpistus solus dux fuit. xpistianis ad vitam
qui torcular passionis calcauit solus et non erat cum eo uir
de gentibus qui eum iuuaret in redemptione humana. Con-
stituit eum super terram excelsam .i. in terram repromissionis que
erat vertex mundi. ferunt sapientes terram globo esse similem
vndique conuexam cuius vmbilicus iudea videtur. ut comederent
fructus agrorum. vt sugerent mel de petra. oleumque de saxo durissimo
hoc dicit propter affluenciam omnium bonorum illius terre. quia
quamuis rupibus sit aspera. tamen frumento vino et oleo ha-
bundat. per hoc intelligitur quod sicut manna habuit omnem sa-
porem. ita aqua de petra producta. nunc mellis nunc olei. vel
alterius liquoris saporem exhibuit. Butirum de armento
et lac de ouibus cum adipe agnorum et arietum filiorum basan. Et hir-
cos cum medulla tritici. et sanguinem vue biberet meracissimum
.i. vinum purissimum. hoc dicit totum propter habundanciam anima-
lium. et copiam tritici et vini. Basan enim regio erat fertilis-
sima ad alendos greges. Unde rubenitis et gadditis tradi-
ta est. qui plurima pecora habebant. Terra nostra est ecclesia
que omni mundo virtutibus celsior est. in qua xpistianus populus
constitutus est ut comedat fructus agrorum .i. pascatur sentenciis
scripturarum. vt sugat mel de petra .i. dulcem doctrinam de xpisto que
ante passionem fidelibus ministrata est. oleumque de saxo durissimo
.i. spiritum sanctum de xpisto quem post resurrectionem dedit. cum iam im-
mortalis factus est. Petra est lapis asper. nondum politus.
Saxum vero lapis politus. xpistus ante passionem erat petra
quia aspere iudeos increpabat. post resurrectionem vero saxum
quia passionibus erat politus. Butirum de armento est doctri-
na de patriarchis et prophetis. lac de ouibus est doctrina ~~de patri-~~
~~archis. lac de ouibus est doctrina~~ de xpistianis. Adeps agnorum
et arietum sunt exempla subditorum et maiorum sequacium
apostolorum. Basan quod dicitur pinguedo significat pinguedinem cari-
tatis. Per hircos penitencium exempla intelliguntur qui sic in
mundo viuunt. quod semper sua peccata defleant. vt heremite et
veri monachi. Medulla tritici est corpus domini. vel doctrina
euangelii. Sanguis vue meracissimus est sanguis xpisti puris-

sinu. Qui fuit uva quam filii israel in vecte portaverunt
quia prophete et apostoli xpistum in vecte crucis portatum mun-
do innotuerunt. Incrassatus est dilectus .s. iudaycus populus
propter dominum habundantiam et recalcitravit preceptis dei sequendo
deos alienos. incrassatus divitiis impinguatus deliciis dilata-
tus in generationis propagine. dereliquit deum factorem suum. secutus
idola et recessit a deo salutari suo .s. a cultu et a lege dei ut in
libro Iudicum legitur. provocaverunt eum in diis alienis .i. in cul-
tura demonum. et in abhominationibus ad iracundiam concitaverunt. hoc
est talibus causis dominum ad vindictam irritaverunt. Populus quoque
hereticorum in ecclesia Incrassatus scripturis. impinguatus misteriis
dilatatus donis et honoribus atque dignitatibus dereliquit
deum per hereses et recessit a deo salutari suo .i. a xpisto salvatore per
scismata. Tales provocaverunt deum in diis alienis .i. in dyabo-
licis dogmatibus et in abhominationibus .i. in malis operibus ad ira-
cundiam concitaverunt. Sed et quisquis post baptismum ad ydolatriam
convertitur vel vitiis vel malignis spiritibus se mancipat deum
vindictam in se concitat. Immolaverunt subaudis Iudei vel here-
tici demoniis et non deo. diis quos ignorabant .s. belphegor et
astaroth. vel heretici secte a dyabolo inventis. Novi recentesque
venerunt. subaudis dii quos non coluerunt patres eorum. quia stabiles
non erant in cultura dei qua a patribus didicerunt. accedebant ad
deos colendos quos non coluerunt patres eorum. Sicut heretici non
erant stabiles in doctrina apostolorum et ideo novas hereses et recen-
tes sectas invenerunt. deum qui te genuit dereliquisti .s. qui te for- al.
mavit antequam esses vel generavit per baptismum. et oblitus es deum domini
creatoris tui. Iudei per ydolatriam. xpistiani per malam vitam.
Sequitur vindicta dei pro talibus scripta xiiii plagis. Vidit do-
minus quem nil latere potest et ad iracundiam concitatus est .i.
ad vindictam. quia provocaverunt eum in cultura ydolorum
vel in studio malorum operum filii sui et filie. hoc est illi quos
adoptaverat in filios et filias regni sui coheredes. Et ait
subaudis deus. abscondam faciem meam ab eis .i. subtra-
ham auxilium meum eis. et considerabo novissima eorum
.i. videbo ad quem finem pervenient. Ipsi me provocaverunt.

in eo qui nō erat deus et irritauerūt in uanitatibus suis. et ego
prouocabo eos in eo qui non est populus. et in gente stulta irritabo
illos. hoc est. Sicut illi me unum reliquerunt, et multos deos se
cuti sunt. Ita et ego multas gentes assumam, et hanc una
respuam. et prouocabo eos in eo pplō. qui ab eis nō reputatur
ppls. i. in gentili. et in gente stulta. in hoc ydola surda et mu
ta colit irritabo illos. Multum quippe iudei cōmoti sūt. q gē
tes conuerse sunt. Ignis succensus est in furore meo. i. uindic
ta mea p talibꝫ actibus hic incipiet. et ardebit usqꝫ ad inferni
nouissima. i. ad eternam dampnatōne. Quod scriptum est
non iudicabit deus bis in idipsum, de illis tantum dicit. qui emē
dantur. cum hic flagellantur. ut dauid. et alij penitentes. Q'
uero non emendant. de pntibus flagellis transeūt. ad et'
nas penas. ut herodes et alij tales. Deuorabit qꝫ terram cum
germine suo. i. pctores cum opibus suis. et montium fundamē
ta cōburet. i. supborꝫ cogitatōnes et cōfidentiā destruet. Cō
gregabo sup eos mala. i. multiplicabo sup eos penas. que
male uidentur sufficientibus, sed iuste. apud insipientem
et sagittas meas cōplebo in eis. i. uindictas in eis exercebo
Consumentur fame. sicut cōtigit in obsidione samarie. uel
Jerosolimorꝫ, qn̄ fame cogente. matres filios comederunt
et deuorabūt eos aues morsu amarissimo. Dentes bestiarꝫ i
mittam in eos cū furore trahentiū sup terram atqꝫ serpentiū.
Quos enī fames et gladius cōsumpserūt, horꝫ cadauera
aues et bestie. p agros trahentes comederūt. Cōsumentur
nunc quoqꝫ pctores. fame uerbi dei. et deuorabūt eos
aues. i. maligni spiritus. morsu amarissimo. i. crudeli pe
na. dentes bestiarꝫ. i. seuiciam demonū. qui pter feroci
tatem dicti sunt ursi. lupi. leones, immittentur in eis. et
serpentiū. i. dyaborꝫ qui sunt aspides et basilisci. dracones
pter maliciam, qui eos trahant sup terram. i. in mundis
desiderijs subruant. Foris uastabit eos gladius et intus
pauor. hoc contigit tpe tyti. et uespesiani. qn̄ foris uas
tati sūt gladio, intus pauore et fame. Iuuenē simul
ac uirginem, lactantem cū homine sene. Iuuenes quippe sc̄

interempti vt venditi, virgines stuprate, infantes cum
senibus trucidati. Aliter. Impios foris vastabit eos gladius.
dum penas sustinebunt exterius. intus pauor. dum consciencia
propria torquentur intus, Vnde dicit. Ignis eorum non extinguetur
et vermis eorum non morietur. per iuuenem lasciuia et libidino-
sus, per virginem ab omnibus operibus sterilis, per lactantem he-
bes, per senem inutilis diu impigricia notatur, quos omnes vin-
dicta dei consumet. et dixi i. alios dicere faciam. vbi nam
sunt qui olim in diuicijs et in malicia gloriabantur. cessare fa-
ciam ex hominibus memoriam eorum. cum iudei non apparent in terra
repromissionis. Vel cum iniqui de memoria sanctorum discerne-
tur, et pro nichilo reputantur. cuius rei exempla multa sunt. Vt de Juliano
apostata, et alijs quam pluribus. Sed propter iram inimicorum distuli
ne forte superbirent hostes eorum. et dicerent. manus nostra excelsa et non
dominus fecit hec omnia. hoc est ideo. sepe sustinui mala eorum. ne
gentes circumposite blasphemarent nomen dicentes, quod non ego
sed ipsi destruxissent eos, Sic et nos sustinet peccantes, ne
statim dampnet, ne glorientur maligni spiritus in perdicione
nostra, et se victoriam iactent percepisse. Gens absque consilio est.
et sine prudencia. scilicet gens iudeorum. absque consilio salutis. et omnium
impiorum. sine prudencia. future vite. vtinam saperent eterna
et intelligerent scripturas. ac nouissima prouiderent. que ventura
sunt malis, tunc scirent vnde essent. Quomodo vnus ex iu-
deis. persequebatur mille. de gentibus vt sampson. Et quomodo duo
de Judeis. fugarent decem milia. de hostibus vt Jonathas
filius Saul et armiger eius, qui duo viginti milia in
fugam compulerunt, quod totum venit de adiutorio dei
et de peccatis illorum. Vnde sequitur. Nonne ideo. hoc contigit
quia deus suus. scilicet quilibet demon. vendidit eos hostibus.
i. venundatos sub peccato decepit. vt traderentur. in manus hosti-
um. et dominus deus conclusit illos. in manus inimicorum.
Aliter. Si iudei saperent. tunc intelligerent. vnde hoc esset quod vnus
de gentibus, persequebatur mille. de iudeis. vt tempore Judicum se-
pe contigit. et quod duo de gentibus. fugabant decem milia
de iudeis. vt tytus et vespesianus. Nonne. hoc ideo contigit

quia deus suus vendidit eos gentibus, que ipsi vendiderunt
triginta argenteis. et dominus conclusit illos in manus hostium.
Nam omnes sunt ab hostibus vel capti vel occisi vel venditi.
Hec omnia ventura predixit deus, qui non mentitur. Non enim
deus noster est ut deus eorum qui est fallax. noster autem deus verax
et inimici nostri sunt iudices. i. ipsi pagani comprobatores. Nam quamvis
omnes gentes varia idola colant, tamen omnes unius dei
potentia mundum regi confitentur que nos colimus. de vinea
sodomorum vinum eorum. et de suburbanis gomorre. Sepe syna-
goga vel ierusalem sodome comparatur. quia sicut illi male
abusi sunt donis dei, sic et isti beneficiis dei semper ingrati ex-
titerunt. Et quia sicut sodomite male vixerunt. Ideo sic et
illi male perierunt. Uva eorum uva fellis et botrus amarissi-
mus. Vinea domini erat domus israel. que conversa est in amari-
tudinem. i. conspirans in mortem domini. et pendenti in cruce
acetum felle mixtum porrexit. et botrum malicie protu-
lit. dum ei insultavit. Fel draconum vinum eorum. hoc est sicut
fel draconum corpora, sic doctrina iudeorum vel hereticorum interi-
mit animas. et venenum aspidum insanabile. dicitur quod morsus
aspidis sanari non possit. Sic est argumentum de dogmate
pravorum, quod curari scripturis nequit. Nonne hec condi-
ta sunt apud me. i. reservata ad retributionem. et signata
in thesauris meis. i. diligenter reposita usque in diem iudicii
ut reddam unicuique iuxta opera sua. Usque ad novissimum qua-
drantem. Hoc ideo quia. Mea est ultio. quia iudex sum; et
ego retribuam eis in tempore vindicte que meruerunt. ut labatur
pes eorum. i. ut qui videbantur stare pereant. Iuxta est dies perdicio-
nis. i. dies iudicii prope est. et adesse festinant tempora retributionis.
Quamvis aliquis hic multos annos vivat, tamen ad compa-
rationem eternitatis modicum est. Tunc. Iudicabit dominus populum suum.
i. sanctos suos discernet ab impiis. sicut agnos ab edis.
et in servis suis miserebitur. i. misericordiam suam sibi hic servien-
tibus tunc ostendet. cum eos in gaudium domini sui introducet
et super omnia bona sua constituet. Videbit subaudis deus
quod infirmata sit manus. i. videri faciet quod opera malorum

infirma fuerūt. que putabantur fortia. et clausi q̄z defecerūt
residui q̄z cōsumpti sūt. i. qui ab hac vita exeunt. postea nō
hn̄t facultatem aliquid faciendi. Aliter. d̄n̄s ꝑplm suū iudi=
cauit. q̄n tytus iudicio dei ꝑplm isr̄l obsedit. in cuius suis
est misertus. quia xp̄ianos iussit de ierlm exire trās iorda=
nem. ne perirent in ciuitate. Tūc vidit tytus q̄ infirmata
est manus iudeorꝫ. q̄n ei resistere nō potuerūt. Tunc
clausi defecerūt fame. residui q̄z cōsumpti sūt gladio.
Et dicent. subaudis. hostes eorꝫ. vbi nam sūt dij eorꝫ. in
quibꝫ habebāt fiduciam. De quorꝫ uictimis comedebant
adipes. et bibebant vinū libaminū. Surgant et opitulentur
nobis. i. adiuuent vos. et in necessitate pn̄ti. protegant
vos a nobis. Hec est insultacio hostiū. ad dampnatū
ꝑplm iudeorꝫ. Hec est et insultacio demonū ad turbam
ꝑditorꝫ. Sequitur amonicio dei. videte. i. intelligite. q̄ ego
sū solus deus. et non est alius deus p̄ter me. quod in h̄ cognoscatur.
Ego occidam. i. mortem cunctis inferam. et ego
viuere faciā. i. iterꝫ omēs resuscitabo de morte. Vel. ego occidā
in viciis. et viuere faciā in v̄tutibus. ꝑcuciam homines
diuersis plagis. et ego sanabo eos. et non est qui de ma=
nu mea possit eruere. i. potencie mee resistere. Leuabo ad
celū manū meam. i. xp̄m tollam in celum. et dicā viuo
ego in eternū. i. ostendam eum viuere meum in eternū. Aliter
tollam manū meam ad celū. i. iurabo hoc modo. Si hoc
verum est. q̄ ego viuo in eternū. Ita istud erit. Si acuero
ut fulgur gladiū meū. et arripuerit iudiciū manus mea.
Reddam ulcionē hostibus meis. et hijs qui oderūt me retri=
buam. xp̄s est gladius p̄ris. qui ut fulgur acuitur.
repente in splendore maiestatis ad iudiciū ꝑtrahitur.
quo gladio omēs impij interficientur. q̄n dicetur. Discedite
a me maledicti in ignem eternū. Manus quoq̄z dei est
xp̄c. Cum hec manus arripuerit vltimū iudiciū. tūc
reddet vlcionem hostibus suis paganis. et hijs qui ode=
rūt eum retribuet. s. iudeis hereticis. et omnibꝫ malis. q̄n
dicet. Discedite a me omēs opari iniquitatis. Nunquam noui vos.

Inebriabo sagittas meas sanguine. i. vindictas meas ostendam in persecutoribus. et gladius meus devorabit carnes. i. iudicium meum carnales. de cruore occisorum. i. de perditione dampnatorum et de captiuitate nudati inimicorum capitis. hoc de hiis qui ab antichristo capite malorum decepti sunt. vel a dyabolo capite omnium impiorum seducti sunt, quod caput denudatum. quia in iudicio dei. omnis fallacia antichristi, et omnes artes dyaboli peribunt. Ad litteram. captiui tondebantur et vendebantur. quod est sub corona vendere. Quod legitur de iudeis. qui a Tyto capti. capite capillos denudati. triginta et triginta pro denario. et denario vendebantur. Aliter. dominus vindictam de captiuitate nudati inimicorum capitis faciet. cum arrogantiam mentis malorum. et maliciam destruxerit. Sequitur generalis exhortatio. Laudate gentes populum eius. scilicet christianum quia sanguinem seruorum suorum. i. martirium dominus ulciscetur. Alia translatio habet. letamini gentes cum plebe eius. hoc est christiani de omnibus gentibus letamini cum iudea christiana facta. hoc erit nouissimo tempore. et vindictam retribuet in hostes eorum. i. in persecutores et hereticos, et propicius erit terre populi sui. i. propiciationem eterne vite dabit ecclesie, que est terra christiani populi, hoc canticum ideo in sabbato cantatur. quod requies dicitur. quia post laborem sex dierum dabitur eterna requies sanctis, post ultimum iudicium. quod in hoc carmine describitur. Sequitur.

Presens canticum est laudis, de omni creatura dei. Titulus eius est, ymnus trium puerorum. Nota est historia. Nabuchodonozor rex iherusalem destruxit, templum salomonis. interius et exterius deauratum euertit, de quo auro in babilone. auream statuam erexit. lx. cubitorum altam. sex cubitorum latam, quam omnem populum adorare iussit, hanc cum ananias azarias misael captiui adorare nollent. Iussit rex ereain fornacem vii. diebus incendi, et illos tres ligatos in ignem mitti. Angelus autem domini descendit cum illis in fornacem, et excussit flammam ignis de fornace, et incendit chaldeos.

pueros aut a bruialis soluit. et cum eis hūc ympnū ce-
cinit. qui in hebrea lingua. heroyco metro currit. Na-
buchodonozor est antixp̄s. Jrlm ecclia. Templū salo̅is
cultus diuinus. huc antixp̄s subuertet. et ymagine
suam eriget. quam totum mūdum adorare iubet. For-
nax est maxima p̄secucio. in quā antixp̄s tres pueros
.i. tres mūdi p̄tes. Asyam affricam. et europam. de
tribus filijs noe Sem cham et Japhet ortas. uiolent͛
mittet. Sed angelus dn̄i eas soluet. quia michael archa-
gelus antixp̄m interficiet. post cui͛ morte omes fideles
deum bn̄dicunt. et omem creaturam ad laudem dei inuo-
cant. quā p̄cinus in melius immutari nō ignorant. Ma-
teria est bn̄dictio dei. ab omi creatura. Intencio deū bn̄dice͛.
p̄ homi͛ liberacōe. Verba sumpta sūt de sc̄is p̄s. Bn̄dic. Vbi
scriptum est. Bn̄diate dn̄o omīs angeli eius. quatuor p̄tes
ht. quia ecclia de quatuor plagis mūdi bn̄dicit deum. Pri-
ma pars est. Bn̄diate oīa opa dn̄i. In qua deus de celestib͛
bn̄diat͛. Scd̄a. bn̄dic terra. In qua de terrestribus bn̄diat͛.
Tercia. Bn̄dicat isrl͛. In qua de gradib͛ ecclie bn̄diat͛. Quarta
bn̄dicam͛ patrem. In qua trinitas ab omnibus bn̄diatur.
Vox est totius ecclesie. Sequit͛.

Benedicite omīa opa dn̄i dn̄o. laudate & sup exal-
tate eū in s̄cla. hoc est. omīa opa dn̄i. laudate dn̄m
in omnibus bn̄dictum. et sup omīa exaltatum.
Omīs creatura bn̄diat deum. non voce. s; ope. et omīs
creatura racionalis et animata bn̄diat deum p̄ racionale
creatura. Bn̄diate angeli dn̄i dn̄o. Ideo dicit angeli dn̄i quia
sūt et angeli dyal͛i sicut scribit͛. Ite in ignē etnū. qui p̄parat͛
est dyal͛o et angelis eius. bn̄diate celi dn̄o. hoc est angeli
et celi. sunt nobis materia bn̄dicendi deum. et aque que sr͛
celos sūt. et omēs virtutes dn̄i. sunt nobis matia bn̄dicendi
deum. Ideo dixit virtutes dn̄i. quia sūt. et virtutes dyal͛i. Ira
et luxuria. Sol et luna et stelle celi. oīs ymber et ros. omīs
sp̄us dei. ignis et estus. frigus et estas. rores & pruina. gelu
et frigus. glacies et niues. noctes & dies. lux et tenebre. ful

gina et ualles. sint nobis materia benedicendi deum. Terra
montes et colles. uniuersa germinantia in terra. fontes maria et
flumina. cete et omnia que mouentur in aquis. omnes uolucres
celi. omnes bestie et pecora. filii hominum. sint nobis materia
benedicendi deum. Populus israel. sacerdotes domini. serui domini. spiritus et
anime iustorum. sancti et humiles. sint nobis materia laudandi
deum. Ananias azarias misael. quos liberauit de fornace
ardente. sint nobis materia benedicendi deum. Sic omnia
ad literam. Allegorice autem sic. Angeli domini. sunt predicato-
res et prophete. celi. apostoli. aque super celos. sunt monachi super
doctrinam apostolorum. uirtutes domini. sunt uirtuosi. sol sapientes. luna
eloquentes. stelle celi. signis micantes. ymber doctores. ros mun-
di contemptores. spiritus dei spirituales. Ignis caritate feruentes.
estus. alios amonitione calefacientes. frigus actiui. estas
contemplatiui. rores heremite. pruina subiecti conuersi. gelu
de impiis conuersi. frigus de paganis conuersi. glacies de iudeis
conuersi. niues de hereticis conuersi. Noctes penitentes. dies ius-
ti. lux. in scripturis lucentes. tenebre peccatores. fulgura. prelati
nubes magistri. terra de terrenis conuersi. montes principes et
colles iudices. germina terre de amatoribus mundi conuersi
fontes librorum opifices. maria gentiles philosophi. flumina
scripture expositores uel interpretes. cete et pisces in aquis studi-
osi in scripturis. uolucres celi. mathematici. bestie de bestiali-
bus conuersi. pecora de rusticis conuersi. filii hominum. ratio-
nabiliter uiuentes. israel deum mente uidentes ut claustrales. sa-
cerdotes domini se ipsos deo ymolantes. serui domini precepta dei
implentes. spiritus est superior uis. anima inferior iustorum
sancti id est casti et humiles corde non ficte uoce. Anania dici-
tur gratia dei. azaria auxilium domini. misael populus domini et sunt
hii qui sunt gratia dei pleni et habent auxilium domini et sunt
populus dei. Sydrac. dicitur decorus meus. Misac. risus uel
gaudium. Abdenago. seruiens tacito. et sunt decori fide et opere
hilares deo seruientes. Vos omnes benedicite deum. Per hos omnibus
benefaciens. Sequitur generalis exhortatio. Benedicamus patrem et filium
cum sancto spiritu. laudemus et superexaltemus eum in secula. id est patrem in filio

filium in patre. spm scm in utroqz. laudemus fide et ope.
et sup omnia exaltemus. Benedictus es in firmamento celi. Benedictus
es dne in firmamento celi. i. in superioribus creaturis. et laudabilis.
et gloriosus. i. dignus laude et gloria. et sup omnia exaltatus
in scla. Hoc canticum ideo dnica die cantatur. quia illa die
omnia creata leguntur. que in hoc ymno in laudem dei intro=
ducuntur. Ideo aut de sanctis cantatur. quia totum spualiter ut
expositum est intelligitur. Ideo vero in quinto loco matutine lau=
dis cantatur. quia in quinta etate seculi. Nabuchodonozor fuit.
qui tres pueros in caminum misit. qui hoc carmine dno ceci=
nerunt. qui in flamma illesi fuerunt. Ideo aut sine gla pri cantatur.
quia tpe antixpi. nullus palam trinitatem confitetur. quod p
hoc canticum signatur. Hec septem cantica. p septem gradus
spus sancti sunt disposita. Primum canticum congruit spiritui
timoris. In quo cantatur. Iratus es michi. Scdm spui pietatis.
In quo cantatur. proiecisti post tergum omnia pcca mea. Ter=
cium spui sciencie. In quo cantatur. Deus scienciarum dns. Quartum spi=
tui fortitudinis. In quo cantatur. Dextera tua dne magnificata
est in fortitudine. Quintum. spiritui consilij. In quo cantatur.
Cornua in manibus eius. quia occulto dei consilio per
crucis patibulum est homo redemptus. Sextum. spui intel=
lectus. In quo cantatur. Utinam saperent et intelligerent. ac
novissima providerent. Septimum spui sapiencie. In quo cantatur.
ab omni populo benedicitur. Hec septem cantica. a veteri tes=
tamento sumpta. insinuant dilectionis precepta. P tria quip=
pe dilectio dei notatur. qui in tribus psonis adoratur. Per
quatuor vero dilectio proximi intimatur. qui ex quatuor
elementis constare predicatur. Sequuntur tria cantica de novo
testamento accepta. que proferunt fidem trinitatis. que per
dilectionem operatur. Primum est de laude humane visitacio=
nis. Scdm de laude humane reparacionis. Tercium de laude
eterne pacis. Hec sunt edita. a luca ewangelista.

Huius cantici titulus est. Canticum zacharie prophete.
Zacharias dicitur memoria dni. In hoc quippe can=
tico cantatur. quod dns humani generis memor fuerit

quod eius oblitum fuit. herodes rex de stirpe esau. afflixit populum dei isrl. pro quo populo sacerdos dei zacharias sacrificium optulit. cui angelus apparens filium ex eo nasciturum predixit. qui in spu et virtute helye. preiret illum. qui populum ab herode. s. a dyabolo et peccatis liberaret. qui postquam talem filium genuit. pro gratiarum actione. hoc carmen dno cecinit. Materia eius est. humani generis divina visitatio. Intencio est deum laudare. pro humana visitatione. In duo membra dividitur. quia adventus dni. exprimitur. predicatur. unum est. Benedictus dns deus isrl. In qua xpi laus canitur. aliud est. et tu puer propheta. In qua laus iohannis scribitur. Vox est zacharie. sub persona totius ecclesie. Sequitur canticum Benedictus dns.

Benedictus dominus deus isrl. hoc est xps deus fidelium mente videndum sit exaltatus. quia visitavit et fecit redemptionem plebis sue. Visitatio. ad infirmos. redemptio pertinet ad captivos. humanum genus infirmum in peccatis. captivum a dyaboli fraudibus quod xpc veniens in mundum visitavit infirmum. quando a peccatis liberavit captivum in inferno redemit. quando eum morte sua a potestate dyaboli abstraxit. Et erexit cornu salutis nobis in domo david pueri sui. Per cornu quod carnem excedit. intelligitur celsitudo spiritualis. Cornu salutis. est regnum salvatoris. hoc cornu in adam corruit. sed deus in xpo hoc erexit. Et hoc. in domo david pueri sui. i. in ecclesia. que est domus xpi. contra dyabolum manu fortis. et angelis atque animabus desiderabilis. qui factus est puer. i. servus in forma hominis. ut nos faceret participes libere deitatis. Sicut locutus est per os sanctorum. et prophetarum eius qui a seculo sunt. scilicet. per adam. per abel. per enoch. et per omnes alios prophetas. predixit. Salutem ex inimicis nostris. et de manu omnium qui oderunt nos hic tangit etiam herodem. et alios hostes iudeorum. et significat dyabolum et omnes hostes xpianorum. de quibus xpc nobis salutem contulit. et de potestate eorum eruit. Ad quid erexit cornu salutis. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris. hoc est ut in nobis compleret misericordiam. quam patribus nostris. s. patriarchis repromisit.

quod xpc in domo dauid esset nasciturus, et memorari testame-
nti sui sancti . i . quod pactus testamentum . promisit xpm de populo
israel nasciturum . Iusiurandum quod iurauit ad abraham patrem
nostrum daturum se nobis . Iureiurando promisit deus abrahe, quod
semini suo . i . fidelibus daret xpm, quod compleuit in nobis
vt sine timore seruiamus illi . i . in dilectione . liberati de manu
i . de potestate inimicorum nostrorum . demonum et malorum hominum . Et seruia-
mus dico . In sanctitate . i . in castitate . et iusticia coram ipso .
i . in pura consciencia . vbi ipse uidet . omnibus diebus nostris . hoc est
quamdiu in istis diebus vixerimus . Deinde ad puerum se conuertit,
et in laudem eius prorumpit, xpc quidem hec fecit, Et tu
puer propheta altissimi . i . patris uocaberis . et plus quam propheta
quia dominum digito ostendit, quem alij predixerunt . A domino
eciam angelus dicitur . Preibis enim ante faciem domini . i . filij . parare ui-
as eius . Johannes xpm preiuit, sicut vox verbum, sicut precursor
dominum . Vias eius parauit, cum penitenciam iusticiam et veritatem
homines docuit, Hanc laudem patris, dicitur Johannes puer intellex-
isse, qui plenus spiritu sancto fuit, et adhuc in vtero matris
xpm adesse sensit . Ad dandam scienciam salutis plebi eius . in
remissionem peccatorum eorum . Sciencia salutis est . vera penitencia
et pura confessio, hanc consequitur remissio peccatorum . hanc Io-
hannes primus in mundo docuit . cum dixit . Penitenciam agite appi-
quabit enim regnum celorum . Hec remissio erat . per uiscera misericordie
dei nostri . i . per humanitatem xpi, qui misertus nostri . humana uiscera
induit . In quibus uisitauit nos . infirmos . oriens . eterni solis
ex alto . celorum, Adam fuit occasus, per quem omnes ad eternam
lucem resurgentis, ortum vere aperuit . i . filios noctis . ac
tenebrarum efficeat filios lucis . Illuminare hijs qui in tenebris et
in vmbra mortis sedent . Tenebre sunt peccata . vmbra mortis
obliuio, propter peccata fuimus in obliuione dei . Sed tenebris cir-
cumdatos illuminauit sol iusticie . Ad dirigendos pedes nostros in
uiam pacis . hoc est vt dirigat actus nostros . et affectus, in opera
iusticie . que sunt via ad eternam pacem . Omne tempus ab adam
vsque ad xpm pro nocte computatur . In qua omnes iusti . ab abel
vsque ad Johannem . quasi stelle in nocte luxerunt . Johannes quasi
lucifer, qui ortum lucis precessit . Maria quasi aurora erat, de-

qua processit sol eternus qui illuminavit sedentes in tene-
bris et in umbra mortis et fecit eos filios lucis Et quia
eo in carne adventante hoc carmen zacharias cecinit
Ideo ecclesia hoc cottidie appropinquante luce canit. Et quia post
persecucionem antichristi que in benedictus figuratur. christus sol insti-
cie adventabit in cuius adventu ecclesia de nocte malorum libera-
ta cum isto cantico exultabit ¶ Titulus huius cantici est can-
ticum marie. Maria dicitur illuminatrix vel domina vel maris stella
quia per ipsam illuminatus est mundus que est domina mundi et
stella navigancium in salo seculi ad eternam patriam Materia
est humani generis reparacio. Intencio deum laudare pro
humana reparacione. In duas partes secatur. quia synago-
ga et gentilitas per christum salvantur. Una pars est magnificat
In qua tria dona dei ponuntur. Altera fecit potenciam In qua
dei iudicia et totidem beneficia scribuntur. Postquam angelus con-
ceptum christi marie nunciavit. illa ad elizabeth matrem
Johannis perrexit. Quam cum salutaret infans in utero
eius exultavit. Quod elizabeth cum gaudio marie retu-
lit et ei verba angeli implenda. Tunc maria pro gratiarum
actione hoc carmen domino cecinit. Sequitur.

Magnificat anima mea dominum. Hoc est tanto
et tam inaudito munere me dominus sublimavit
quod nullo lingue officio explicare potero. Ideo
anima mea iubilet magnificenciam eius. Et exultavit spiri-
tus meus i. superior vis anime. in deo salutari meo. Hoc
est de divinitate christi salvatoris spiritus meus letatur. cuius
spiritu caro mea temporali concepcione fecundatur. Et merito letor.
Quia respexit humilitatem ancille sue. Per superbiam eue mors
mundum intravit. per humilitatem marie vita advenit
que mortem interemit. Humilitatem eius dominus respexit
dum non a filia regis vel ducis. sed a paupercula nasci
voluit. Ideo autem ab illa non ab alia nasci voluit quia
ipsa prima votum virginitatis in mundo fecit. Ecce enim
ex hoc beatam me dicent omnes generaciones. Omnes
generaciones beatificant mariam. quia ipsa genuit

beatitudinis auctorem. Quia fecit michi magna qui po-
tens est. Magna deus cum ea fecit, quia filium ex se geni-
tum de ea nasci voluit, que post partum virgo et mater
fuit. Ut humanum genus per euam lapsum, per ipsam re-
pararet ad vitam. Et hoc ideo quia potens est, quia nullus
alius potuit hoc facere. Et sanctum nomen eius quod est deus, qui
me suam ancillam sanctificavit, prius etiam sanctos et ange-
los, et homines sanctificans. Et misericordia eius a pro-
genie in progenies. iudeorum christianorum timentibus eum. non
aliis. Alia translacio habet. In progenies et progenies time-
tibus eum. hoc est sicut misericordia eius venit super me timente se, Ita veniet in omnes progenies timencium se.
a spiritualibus donis ad generalia dei iudicia se convertens, to-
tius humani generis statum describit. Et quid superbi
quid humiles mereantur, quid filii ade per liberum arbitri-
um, quid filii dei sint per graciam altius discibus explicat.
Fecit potenciam in brachio suo. scilicet deus pater in filio suo
per quem potenter potentem dyabolum expressit, qui iniuste
humanum genus possedit. Christus ideo dicitur patris brachi-
um, quia sicut homo per brachium operatur, ita deus per
verbum suum operatus est mundum. Per illud brachium dis-
persit superbos mente cordis sui. id est per humilitatem christi de-
iecit demones superbos, et tirannos philozophos de sa-
piencia mundi elatos. Deposuit potentes de sede. id est principes
mundi potentes in malis eiecit de superbia. et humiles factos
exaltavit in gloria. Vel superbos angelos de sede celi deposu-
it, et homines humiles pro eis reposuit. Esurientes implevit
bonis. id est apostolos et alios credentes, esurientes iusticiam implevit
bonis sapientie et sciencie. Et divites. id est phariseos et prin-
cipes sacerdotum, qui se sapientes et iustos reputabant,
dimisit inanes. id est vacuos gratie. Suscepit israel puerum suum.
id est humiles de populo israel sibi servientes suscepit in fidem. vel
populum fidelium fidem israel imitancium suscepit in graciam
recordatus misericordie sue olim repromisse. Sicut locu-
tus est ad patres nostros abraham et semini eius in secula.
Abraham dicitur pater multarum gencium. huic promisit deus

ad.
.. decem

quia in semine eius benedicentur omnes gentes. Semen abrahe est xpc. quem maria genuit. que de stirpe abrahe orta fuit. Semen abrahe etiam sunt omnes fideles. fidem eius imitantes. qui omnes benedicentur in xpo scilicet cum eis benedicet. venite benedicti patris mei percipite regnum. ab inicio vobis paratum. hoc canticum ideo cantat ecclesia cottidie ad vesperam. quia in vespera mundi natus est dominus. qui in fine mundi dabit eternam benedictionem in possessionem. Sequitur.

Huius cantici titulus est. canticum symeonis. Symeon dicitur tristicia audiuit. vel habitaculum suum. et significat xpianum populum qui tristicia iehenne descriptionis audit. et ideo se habitaculum facit. materia est desiderium eterne pacis. intencio ostendere veram pacem desiderandam. Uniforme est hoc canticum. quia veram pacem in unitate deitatis cunctis appetendam. forma eciam puncti i. centri. quod fixum et immobile manet in circulo. obtinet et significat pacem. que fixa et immobilis in eternitate manet. Symeon qui xpm in carne in templo suscepit. quem diu videre desiderauit. hoc carmine dominum pro gratiarum actione cecinit.

cl. v. l.

Vox symeonis sub persona fidelis populi.

Nunc dimittis servum tuum domine. secundum verbum tuum in pace. hoc est. diu desiderium habui dissolui habitaculis corporis, et esse in pace i. in requie absque huius vite labore. cum abraham et aliis patriarchis. Et tu domine dixisti michi in spiritu. me prius xpm in carne visurum et tunc in pace iturum. Iam implesti quod promisisti. Iam video xpm dominum. Nunc ergo dimittis me servum tuum a labore in pace. secundum verbum tuum i. promissum tuum. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. hoc est oculi carnis viderunt xpm incarnatum. oculi cordis viderunt eum salvatorem mundi. Quod salutare parasti ante faciem omnium populorum i. quod omnibus postmodum gentibus predicatis ac linguis fide ac mente conspiciendum. parasti spe ac dilectione querendum premisisti ipsum oculis et corporis et cordis contemplator. Lumen ad revelationem gentium i. quo lumine omnes gentes.

illuminent. et gloriam plebis tue israel. i. qui sit gloria populi
nati de stirpe israel. vel qui sit gloria populi xpiani. fide vi
dentis deum, et post faciem ad faciem in eternum. Hoc can
ticum ideo cantatur ad completorium. quod est finis diei, quia
hoc symeon cantavit in fine vite, et ut nos post finem
huius vite possimus intrare pacem in regnum eterne vite.
Hec decem cantica preferunt legis decalogum. et primum denari

Vs. ymnus. Te deum laudamus.
est ab hylario pictaviensi episcopo editus. sed ab
ambrosio et augustino per ecclesiam divulgatus.
huius materia est laus et oracio. intencio deum laudare
et eterna bona orare. In duo distinguitur. in laudem et oracionem.
Te deum laudamus est usque. Te ergo quesumus. Inde oracio usque in
finem. In quo ymno hoc solum est dicendum. quod in versu
Tu ad liberandum suscepturus hominem. est cantandum, Hic ym
nus ideo in festivis diebus cantatur, quia in eo festum an
gelorum et sanctorum denotatur. Hec oracio ideo dicitur dominica
quia ipse dominus eam docuit, sed matheus ewangelista eam
composuit. huius materia est oracio corporis et anime. In
tencio orare bona eterna et temporalia. Hec oracio in duo dividitur
quia in ea et bona anime et necessaria corporis petuntur. Una
pars est. Pater noster. In qua tria ad animam pertinencia. Al
tera. panem nostrum. In qua quatuor ad corpus respicien
cia petuntur, discipuli rogabant dominum. ut eos orare doceret, sicut
Iohannes baptista suos discipulos. tunc docuit eos, istam oracionem
dicens. Sic orate.

Pater noster. Secundum carnalem generacionem habemus
omnes unum patrem. adam. Secundum spiritualem re
generacionem. iterum unum patrem deum. Ideo omnes
et in carne et in spiritu fratres sumus. Deus est pater xpi
secundum naturam. noster pater. secundum graciam, dominus iudeorum. pater
xpianorum. Qui es in celis. i. in angelis. vel in sanctis. Sanc
tificetur nomen tuum. i. nomen tuum fiat in nobis sanctum,
ut habeamus digni. qui vocemur. et simus filii tui et regni
coheredes. Adveniat regnum tuum. i. fac nos regnum tuum

·s· tales in omnibus regnes · et qui digni sunt regnare in te· Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra · hoc est / sicut voluntas tua est in celo · in angelis / qui tibi per omnia placet · Ita fiat in terra in hominibus · ut tibi in omnibus complaceant · Hec tria ad animam · que sequuntur pertinent ad presentem vitam · Panem nostrum cottidianum da nobis hodie · i · doctrinam spiritualem · que est victus anime · da nobis cottidie Vel victum cottidianum da nobis · et sine peccato · quamdiu cognominatur hodie / Alia translacio habet · panem nostrum supersubstancialem da nobis hodie · hoc est corpus domini / quod precellit omnes substancias / da nobis in presenti tempore · quatenus hoc viatico perveniamus ad illam patriam · ubi neque esuriamus neque sitiamus ultra · Et ut hoc fiat · dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris · Hoc de minutis peccatis intelligendum est / de quibus iustus septies in die cadit et resurgit · Maiora vero per penitenciam · et satisfactionem delenda sunt · et ne nos inducas in temptacionem · hoc est ne paciaris nos temptari super id quod possumus · Sed libera nos a malo · anime et corporis · Hec oracio est scala celi · in qua sunt septem gradus peticionum / per quos ascenditur ad alta celorum / que congruunt septem donis spiritus sancti et septem beatitudinibus · libera nos a malo · convenit spiritui timoris / qui sunt spiritu pauperes · ne nos inducas in temptacionem spiritui pietatis · quo sunt mites / dimitte nobis debita nostra spiritui sciencie · quo sunt lugentes / panem nostrum cottidianum da nobis hodie · spiritui fortitudinis · quo sunt iusticiam esurientes · fiat voluntas tua · spiritui consilii · quo sunt misericordes / adveniat regnum tuum · spiritui intellectus / quo sunt mundicordes / pater noster · spiritui sapiencie / quo sunt pacifici · qui filii dei dicuntur · Hec oracio ideo per septenarium comprehenditur · quia septenarius est numerus pertinens ad dileccionem · per quam tota lex et prophete complentur · per tria namque dileccio dei / per quatuor intelligitur dileccio proximi · Per hanc oracionem mundus qui constat ex quatuor elementis deo coniungitur qui in tribus personis colitur · Anima que habet tres vires · Corpus · quatuor qualitates · que duo hac oracione considerantur ·

hec oro ido ad omes horas repetit. quia in omni hora sut bo
corpis et aie a deo petenda. Hui fidei titulus est simbolum
aplorum. Symbolu dr collaco. vel signu vl cofessio. Cu apli
ab inuice erant discessuri p mundu xpm pdicaturi. coferebat
ad inuice. qualr fidem cocorditer pdicaret p orbem. ut si qs
sic no crederet, hui pdicaco no reciperet, hui materia est diui
nitas et humanitas xpi. Intencio homies docere. xpm deu et hoiez
credere. In tria diuiditr. In una pte deitas, in alta xpi huani
tas, in tcia eccle sacramenta cotinetr. vox tocius eccle.
Credo in deu. aliud est crede in deu, aliud credere
deum. et demones credut esse deu et contremiscut, omnes quoque
infideles credut deum. sz soli fideles credut in deu.
In deum crede, est dilecoe in deum tende. Ego no ut demones
credo deu. sz ut xpianus diliges xpm. Credo i deu patrem oipote
tem. qui pr est omnu. et oia pt. creatore celi t tre. i. dnm celestiu
et trestriu. et in ihm xpm. subaudis. credo. filiu eius e unicu.
dnm nrm. licet sint multi dii. et multi dni. sed nob est unus de
et unus dns. qui conceptus est de spu sco. i. de dono spus sancti. Sag
mine naqz nullo. est spu sancto fecudatus. Et sic ille dnicus homo
sn pcedente merito. sz gratuito dono spus sci conceptus, aia ro
nali uiuificatus, diuinitati unitus. natus ex maria vgie. i. clau
so utero egressus. qui clauso est ingressus. passus. scdm hoiem
sub poncio pilato. pilatus erat romanus pses a Tiberio augus
to. Jerosolimis est cotitutus. poncius dictus vl a puincia. vel
ponto. Poncius dicitr declinas cosiliu. utiqz iudeorum, qui ma
nus lauit et dixit. Innocens ego su a sanguie huius. pilatus os
malleatoris, qa dnm xpm et iustificat et codepnat. qui utrqz
ferit. crucifixus a gentibus, traditus a iudeis. mortuus i carne
et sepultus. a Joseph ab arimathia. descedit ad inferna. ipsa aia
tcia die resurrexit a mortuis. in corpe et aia. Ascendit ad celos. in corpore et anima. sedet ad
dei patris oipotentis. i. requiescet in gla patris. inde uenturus est in dexteram
huc mundu. iudicare uiuos adhuc in corpe et mortuos in
carne. vel bonos uel malos. Credo in spm scm. pri et filio
coequalem. scam ecclam. subaudis. credo p xpm. in spu sco
sanctificata. catholica. i. uniusalem, hoc est unum ritum, una

religionem. in una fide, in uno sacrificio corporis xpi. per totum
mundum celebratem. sanctorum communionem. subaudis. Credo per sancta opera re-
missionem peccatorum. credo per penitentiam et confessionem. carnis resurrectionem.
credo in novissimo die. et vitam eternam. credo pro bonis meritis. Hanc
fidem ideo ecclesia ad primam et ad completorium cantat. ut in prin-
cipio et in fine operum suorum deum invocet ore. quem credit corde.
[T]itulus huius fidei est fides catholica. Hanc Anasta-
sius alexandrinus episcopus contra arrianam heresim
edidit. Arrius erat presbiter et magister scolarum alexan-
drie, et quia episcopatum adipisci non potuit, hanc heresim condi-
dit. ut diceret patrem maiorem filium minorem, spiritum sanctum creaturam.
Ob hanc causam ab alexandro episcopo ab urbe pellitur. postea in ni-
cena synodo dampnatur. Constantino iubente in exilium
portatur. sed penitentiam ficte agens in communionem recipitur. in Al-
exandria vero effusus visceribus rumpitur. Materia huius fidei
est trinitas et unitas. Intentio est ostendere patrem et filium et
spiritum sanctum unum esse deum in personis distinctum, in essentia
discretum. filium solum incarnatum. et hunc esse verum deum
et verum hominem. deum ex patre sine initio hominem ex matre
in fine temporum. In duo dividitur. In una parte equalitas tri-
nitatis et essencie unitatem exponit. In altera misterium
xpi humanitatis plenius describit. Una pars est Quicunque
vult. altera. Sed necessarium. Hanc fidem ideo ad primam canta-
mus. ut nos lorica fidei contra omnia adversa muniamus. In
qua fide notandum est. quod natura divinitatis est simplex. Sim-
plex autem dicitur. ubi non aliud substantia aliud qualitas. ut
in anima que non est simplex sed composita. quia aliud est
anima, aliud sapientia. anima substantia, sapientia qualitas. dei
autem essentia est ipsa sapientia. Ideo nichil potest ei addi, nichil
adimi. ab anima autem potest auferri sapientia. utputa qualitas
eius. potest iterum reparari in ea. et ideo mutabilis dicitur. Deus autem
immutabilis, quia semper eadem sapientia. Sapientia dicens. id est omnia
fieri iubens est pater. quia omnia patrat. i. facit. ut scriptum
est. Ipse dixit et facta sunt omnia. Sapientia dicta dicitur filius. quia
a patre natus. eadem dicitur et verbum. quia a patre dictum. tamen eadem

sapientia · amborum amor dicitur spiritus sanctus · sed eadem sapientia ·
Ergo tria propria vocabula · sed una essencia · Et cum sint tria
una substancia · Queritur quo solus filius sit incarnatus. In anima
sunt tria inseparabilia · Intellectus · Consilium · Voluntas · Intellectus
quo anima res concipit, vel intelligit, Consilium · quo utiles
res facere disponit · quod et verbum dicitur, quia eas disponendo
dicit, Voluntas quo utiles res vult. Igitur intellectus gignit
consilium · de utroque procedit voluntas · et cum hec tria inseparabi
lia · sint in una anima, tamen neque intellectus, neque voluntas
sed solum consilium · i · verbum corpus vocis induit, et ad audienciam
hominum prodit · Sic cum pater et filius et spiritus sanctus sit una insepe
rabilis essencia, tamen neque pater, neque spiritus sanctus · sed solus filius
· i · verbum patris · corpus humanum induit · et visibile ad homines processit ·
Qui putant, quod Christus animam non habuerit · sed divinitas
loco anime, falluntur, erat enim perfectus deus, et perfectus homo
Homo autem constat · ex anima et corpore, et ipse totum hominem as
sumpsit · ut totum hominem redimeret · Si solum corpus humanum
divinitas assumpsisset · sola corpora hominum redimeret, et me
lior pars hominis, extra redempcionem maneret · assumpsit ergo
animam racionalem · ut animas redimeret, assumpsit corpus
humanum, ut corpora redimeret · Hec est [hole]s catholica · opus fides
quod de psalterio · vel de canticis instituimus · auxilio dei ad
unguem perduximus. Rogo autem omnes filios ecclesie · qui hoc
opus lecturi sunt · ut meum Christo · pro hoc labore gratias agat ·
et pro meis excessibus preces pio indultori fundat, et no
verint in hoc nil esse meum · preter solum laborem, sen
tencias autem esse sanctorum · Explicit Honorius super can
tica ·





Joannes Ponethowsky



Abbas Gradicensis